Universidad de Deusto
Biblioteca

Polydorus Vergilius
Foroiulensis Leuoniens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRECVLPHI EPI
SCOPI LEXOVIENSIS CHRO

nicorum Tomi II. Quorum prior ab initio mundi, usq; ad Octauiani Cæsaris tempora, & Seruatoris nostri Christi Natiuitatem: Posterior dehinc usque ad Francorum & Longobardorum regna, rerum gestarum Historiam continet.

(*)

Opus insigne, utpote Historiarum uel omnium Epitome luculentissima: Nunc primum typis excusum.

PHS
BOM. COLON.

Imprimebat Melchior Nouesianus, Anno à CHRISTO nato, M. D. XXXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MELCHIOR NO-
VESIANVS CAN-
DIDO LECTORI.

VPERIORIBVS HISCE AN nis, studiose lector, haud obscura nostri affectus in pior⁊ studijs iuuandis, documenta dedimus: dum aliquot ueteris, solidę⁊ illius Theologię, præclara monumenta publicaremus: certe, non tam nostro cum lucro, quam studio de literis bene merendi, & studiosorum, ut speramus, cum fructu. Ita sane erga omnes, maxime sacrarum literarum candidatos, affecti sumus, ut ingenuo quodam amore sæpius, non citra rerum dispendium, eorundem profectui consulere meditemur. Nec⁊ probare possumus quorūdam admodum sordidam sententiam, quibus nimis placet illud Satyricum: Lucri bonus odor est ex re qualibet. Hoc modo spectantes ut rem faciant & suo scrinio sit bene: quo fit ne ullus author indignus prælo, & ut in publicū exeat, quantumuis malus, dum illis bonus, hoc est, πρὸς τὰ ἄλφιτα sit, uideatur. Leuius autem piaculum esset, ni dum suum agunt studiose negotium, quæstuique inhiant, simul Reipublicę Christianę quietem, & tranquillitatem labefactarent, non modo nugacissimis quibus⁊ nænijs, sed uirulentissimis calumnijs & pestilentissimis dogmatibus excudendis diuulgandis⁊, cum incredibili orthodoxæ ac Catholicæ fidei iactura & ruina. Extrema profecto & deplorata malitia est, non indigna Hipponacteis conuicijs, ex clade, ruinaq⁊ publica priuatam fortunam uelle stabilire. Porro, ne uidear hic meum ac nō potius publicum negotium agere, ualere hoīes male feriatos cum isto suo animo iubeo, quibus cum adeo nihil nobis esse cōmune uolumus, quin prono cursu ijsdē, quibus cœpimus, uestigijs pergamus in studiosor⁊ profectum, totis uiribus desudare, nec⁊ committemus huius nostri conatus qualemcunq⁊ famam, temere, pro facultatum modo, nobis interire. Quapropter in hac cogitatione dum sumus tori, cōmodum ad manus nostras uenit Freculphus Lexouiensis quondam Episcopus, qui licet ἀνώνυμος hactenus silentio latuerit, exquisita diligentia circumuolitans, præstantium ueterum historiographor⁊ elucubrationes fragrātissimos quosq⁊ flores, ueluti in sertum quoddam historiæ, miro compendio connexuit. Imitatus in hoc studij genere, ut apparet, D. Augustinū in libro de Ciuitate dei, ita feliciter, ut nec⁊ fide, nec⁊ commodissimo seruato historiæ ordine, nec⁊ perspicuitate, quicquam ipsi concedat. Admiramur, & nō iniuria, Iustinum, Flor⁊ & alios plerosq⁊, qui prolixas quorundā historias, ueluti ex uastissimo pelago in lympidissimos compendio riuos deduxerunt, eo quod parum otiosos longo labore inquirendi, tenuiores tot authores magno sumptu comparandi leuarunt, præci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pua rerum capita, dilucida breuitate in lucem proferendo. Atqui quoties fi xius, intentiusq; huius scriptoris industriam & operas intueor, non inuenio cur ulla in parte cum ijsdem, qui iam olim publicum totius orbis calculum abstulerunt, conferri non debeat. Hoc ipso admirabilior, quod ex tam diuiti historiographorum copia uix unum reperias, quin multum in scribendo indulserit affectibus, nunc placendi & gratificandi principibus, nunc auræ popularis fauorem captandi, nonnunquam etiam obscurandi famam inimicorũ hostiumq; studio, multa permissis habenis eloquentiæ uiribus ἐνεργείαις confingentes, longisq; digressionibus ingenij artisq; potius, quam ueritatis testimonia relinquentes. Neq; ab hoc crimine apud quosdam T. Liuium ipsum inimitabilis propemodum eloquentia liberat, eo quod nimis Romanis, minus hostibus tribuisse uideatur. Nulla sane eiusmodi suspicio uere in hunc authorem cadit, neq; gratiæ, neque simultatis: Nihil studio dictum, nihil metu suppressum, sed rebus ipsis dedit omnia & in primis ueritati seruiuit: malens perpetuam ueritatis, fideique laudem, quam ὀμιλφδημα gratiæ plausum impetrare: Hac igitur de causa, neq; uisum est has suas lucubrationes, more eorum, ab Assyriorum, Medorum, Persarumq; imperio exordiri, penitus prophano & funesto initio, utpote tot cladibus, tot cædibus, & tanta humani sanguinis profusione parato, sed ab ipso primo homine historiam suam auspicatur, ita commoda serie res ipsas persequendo, ut ansulis quibusdam cohærere, & una ex altera nasci uideatur. Sed scio non defuturos zoilos, ut eximia ingenia plures habent æmulatores quam imitatores, qui phrasin huius authoris criminabuntur, quos uelim meminisse illius Euripidis:

Αλλ' οὐ γὰρ ὥιτοὶς τοῖσδ' ἐπίσταμαι λέγειν
πέφυκα, ἄλλοι δ' ἄλλα πρόσκεινται γέγας.

Satis est esse Latinam, ut etiam careat phalerata oratione, & operoso apparatu. Neq; arbitror statim, ac proletarios, contemptim abijciendos, scriptores omnes, quibus ad Ciceronis dictionem & orationis Veneres, Liuijque lacteum flumen pertingere negatum est: Tunc in tanta, tamq; uaria rerum bonarum copia, si durior interim translatio uel inconditius uerbum subsultet, indignũ puto hunc næuum magnopere cãdido lectori displicere. Habet ille, habet sane haud obtusa philtra, qbus affatim se cõmendabit, si quid forte in eo desideres. Nimirum, perspicuam & succinctam in exponendo seriem, fidem & ueritatem rerum gestarum singularem. Atq; hęc sunt quę potissimum in historia requirat Cicero, appellans eam temporum testem, lucem ueritatis, uitam memoriæ, nuntiam ueritatis. Certe pictæ tectoria linguæ ac nugæ bullatæ cuiusuis potius quam historici sunt, ne quidem oratoris, nisi ambitiosi & ostentatoris. Quid? an non summa laus sit & res eterna memoria digna, excellentium populorum, claroq; principum ac omnino illustrium uirorum res, præclare prudenterq; gestas, in literas mittere? & aliquot retroactis seculis acta, uelut ab imis manibus eruta in lucẽ proferre:

ferre: & tanq; in tabula, speculoq; ætatum, consilia, mores, studia, factaque contemplãda exhibere, ut etiam seculis aliquot uiuere tibi uideare, unde ad uitam publice priuatimq; instituendam locupletissima exempla haurias? Accedit ad operis authorisq; cõmendationem non spernandam, quod tanta synceritate aliorum sententias referat, ut etiam illorum uerba reddat, quę nullo dictionis suæ admixtu uitiet aut deprauet: præterq; cum latius fusiusque aliorum scripta, ipsum institutum postulet arctiori pomœrio circumdanda. Quoties autem scriptores inter se differunt compositione, acerrimo iudicio & prudentia singulari optima ac ueritati maxime cõsona excerpsit, delegitq;. Quid commemorem hominis acumen & sagacitatem in abstrusis grauibusq; quibusdam quæstionibus theologicis discutiendis? non obscurum sacrarum literarum peritiæ argumentum, humanarum prophanarumque disciplinarum cognitionem eiusdem, ut ego taceam, res ipsa affatim testatur. Hæc patiar me uideri impudentius dicere, nisi res ipsa, non modo nostrę commendationi respondeat, sed superet. Ob has eximias ingenij dotes & uitæ probitatem retulit honorificentissimum præmiũ & amplissimum ornamentum, ut ex infimo humilisq; loco ad episcopatus culmen eueheretur, cum summo bonorum omnium, studio, gratia, & plausu. Quocirca indignissimum duximus, tantum uirum, tamq; de re literaria bene meritũ, diutius inter blattas tineasq; squalescere, eritq; uestri muneris pie lector operam nostram probare, & alacritate sedulitatem studiumq; nostrum in bonis hagiographisq; scriptoribus proferendis magis ac magis inflammare, quod si sentiam, pœnitebit me nunq; laboris in emaculando impensi, & sumptuũ in excudendo. Sed ne uidear longus buccinator nostrę laudis, ac, ut ille dixit, mercẽ laudare quam cupio extrudere, malo hæc omnia uos ex ipso opere cognoscere uberius. Feliciter uale. XV. Calend. Septemb.

Colonię ex officina nostra typographica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PRIOREM HV

IVS OPERIS TOMVM AVTHORIS

ipsius ad Elisacharum suum præceptorem Præfatio.

VM TORPENTIA QVO-rundam ingenia ind ustria prudentiũ excitare so leat, ne ignauiæ depressa sopore, otio languenti inutiliter cõtabescant, sed caligine detersa somno lentiæ expergiscantur, ut quibus prodesse potue rint scribendo uel docendo, accurate hoc agere studeant: ne de talento male defosso, terribilem domini promulgatam audiant quandoq; senten tiam: tu quidem, mi dilectissime Elisachare, & amore insatiabilis sophiæ uenerande præceptor, post cæteros quos stimu lis instanter charitatis agitare soles, ut uigilantes, fideliter ea quæ eis credita sunt, domini sui famulis tempore distribuant opportuno, tandem meam ag gressus paruitatem, iussisti ut perscrutando diligenter uolumina antiquoꝝ seu hagiographorum, siue etiam Gentilium scriptorꝝ, quæcunq; pertinent ad historiæ ueritatem, breuiter ac lucide colligere desudarem, a conditione quidem primi hominis, usq; ad CHRISTI natiuitatem domini: eo scilicet modo, ut quicquid de primo seculo quod ante generalẽ fuerat cataclysmum, siue de secundo quod fuit post diluuium usq; ad natiuitatem Abrahæ, & regis Assyriorum Nini regnum, nostri siue Gentiles senserunt scriptores, pandere diligentius curarem. Quæstiones etiam difficiles, quæ per hæc tempora in scriptis habentur legislatoris, enodare non negligerẽ, quantum attinet ad historiæ ueritatem. Inde autem per reges Assyriorum, Medorum, atq; Persarum, siue Græcorum, & usq; Octauiani Cæsaris monarchiam, ad quas gentes Assyriorum deriuando regnum per succedentia peruenit tempora: in populo autem dei per patriarchas, iudices, reges, ac sacerdotes, iterumq; reges, numerum custodire annorꝝ cautius obseruarem, & ea quæ gesta in singulis mundi partibus, & memoria sunt digna, adnotarem: ut quæque immortaliter per singula frequentantur tempora, quando uel ubi fuerint, qui tunc etiam imperauerint in eminentioribus regnis, uel qui populo dei præfuerint, ostenderem. Insuper a destructione templi Hierosolymitani, usq; ad domini natiuitatem CHRISTI, quæq; in populo gesta sunt Iudęorum, quoniam confusa propter calamitates quæ eis acciderunt, esse uidentur, ordinando summatim colligere instigasti. Hæc quidem omnia ceu picta breui in tabula, meq; ostendens paruitati, nullam excusationis occasionem reliquisti, sed otius operam dare imperasti. Igitur auxilio dei adiutus, qui facit mutos loqui: non temeritatis, sed obedientię gratia, hoc tam ingens parua cum cymba ignarus nauta pelagus nauigare cœpi. Sed si maris se immutauerit serenitas, fluctusq; intumuerint: tu qui iussisti, nau-

naufrago porrige manum. Quamuis enim ecclesiasticis alligatus ac secularibus negotijs, lingua prępeditus, sensu obtusus, hoc tam magnũ ineruditus tyro arripui opus, quod sapientibus erat committendum: tamen quia tuæ hoc non potui negare beneuolentiæ, tibi examinandum mitto, & si utile adiudicaueris fore, non magis acceptum feretur scribenti, quam censori. Porro nomina authorum, ex quibus ea collegi, quę in VII. libris concluſi, idcirco non ubiq; inserui (ut præmonuisti) quoniam in his, in quibus concordare uidebantur, sensum eorum, quæ elegeram, compendiose complexus, sub breuitate dictare studui. Eorꝝ autem nomina adnotare decreui, siue nostrorum siue gentilium, sententiasq; illorum assumpsi, ut in suis habentur libris, qui uariando a cæteris exorbitare uidentur. Obsecro itaq; candidum lectorem, ne præsumptioni tribuat meæ imbecillitatis, si quid in his ei displiceuerit libris, sed obedientiæ. Nec temere reprehendat, antequam diligentius eos legerit authores, ex quibus nos hæc decerpsimus, & ad quos eorundẽ quoque fidem referimus.

Eiusdem ad eundem Carmen Hexametrum.

Te duce CHRISTE uia facilis nos ire per omnes
Quod natura negat, uarios, fessosq; labores,
Das qui ausus fragili, das grandia uincere posse,
Paruula mens trepidat hominum, quæ tangere dura,
Miratur tetigisse quidem, gaudet superasse.
Si quid enim fuerit dignum laude, & memorandum,
Nec sibi, sed domino tribuat, quæ gesta uidentur:
Qui dedit ingenium stolido, qui cuncta gubernat,
In cœlis, terris, perq; omnia secula semper:
Cuius ego auxilio iutus, non uiribus æquis,
Arripui celsos secli transcendere colles.
Quæ ut fuerint, calamo pingam per tempora prisca.
Aeternos replicare dies, ingentia regum
Tempore quo fuerint, ubi talia facta per orbem.
Quiq; uiri fortes, portenta, fames, mala mundi,
Quas dederint clades populis ciuilia bella.
Triuerit externas gentes infanda cupido:
Quos casus tribuit regnis improuida cura.
Hæc cecini, breuiter memorans uenerande sacerdos:
Non ignota canens ueterum, sed dicta priorum.

EXI-

Universidad de Deusto. Biblioteca

EXIMII HISTORIOGRAPHI FRE culphi Episcopi Lexouiensis uita, ex Iohan ne Trittenhemio, religiosissimo uiro, abbate Spanhe mensi, contexta.

FReculphus episcopus Lexouiensis, in prouincia Rothomagensi, mo nachus ordinis sancti Benedicti, ad quem Rabanus adhuc Abbas mul tis uoluminibus exercitauit ingenium, uir in diuinis scripturis studiosissi mus & ualde peritus, atq; in docēda plebe satis idoneus, non minus conuer satione q̄ scientia insignis, fertur quædam pręclara scripsisse opuscula. De quibus tantum legi uolumen grande & insigne, continens ab exordio mun di usq; ad natiuitatem domini nostri Iesu Christi.

Rerum gestarꝫ historiam Lib. VII Dum aliquam tēporis.

De alijs nihil uidi. Scripsit autem præfatum opus ad Elisacharum, in quo etiam difficiliores quæstiones scripturarum enodauit, & res tam ludę orum q̄ etiam Gentilium ab initio mundi usq; ad partum uirginis gestas, luculento sermone conscripsit.

Claruit sub Lodouico, Anno domini DCCCXL.

FRE

FRECVLPHI EPI COPI LEXOVIENSIS, CHRO nicorum Tomus prior, continens ab exordio mun di usq; ad Natiuitatem Seruatoris nostri IESV CHRISTI rerum gestarum Historiam.

Tomi prioris Liber I.

De eo quod pene omnes Historiographi texere suas cœperint Historias à NINO Assyriorum rege. Cap. I.

VM ALIQVAM TEMPO rum seriem cōmatico sermone ex nobilium stu dijs, tam diuinarum scriptorum historiarum, q̄ secularium, & ex pluribus eorꝫ paucos libando flosculos libris, ceu ex diuersorꝫ uernātium pra torum floribus perstringere curarem, ut lector animaduertere facile ualeret, quid ex celebriori bus factis in singulis tam regum quam regnorꝫ sit gestum temporibus: offendit meæ imbecillita tis paruitas, omnes pene historiographos, maxime autem Græcorum, atq; Latinorum, a Nino Beli filio, rege gentium multarum scilicet, primo suas gestorum inchoasse narrationes: prǫcipue uidelicet bellorum casus, regum, regionumq; destitutiones, atq; hominum miserias, & ut eorum instruimur assertionibus, nihil aliud esse bella, nisi in alterutrū uergentia mala: quæ stu diosissime descripserunt. Transacta autem retro secula, ac si sine uitio forēt (ut quibusdam illorꝫ placuit) & homines ritu pecorꝫ irrationabiliū prius uixissent, intacta reliquerunt. Igitur auxilio omnipotentis dei fultus, atq; au thoritate diuinæ scripturæ fretus, ab ipso protoplasto exordium meæ nar rationis sumere curaui: qui primus parēs, authorq; mortalium hominum, ultimus in fabrica dei cōditus est: sexta scilicet die. Post eius nanq; conditio nem dominū cessasse a noua operatione, non autē a gubernatione creatura rum, haud dubium est. Qua de re scriptura cōmemorat dominum requie uisse die septimo ab omnibus operibus suis.

Cur homo nouissimus in creaturis conditus sit. Cap. II.

Væri tamen potest, cur homo in conditione ultimus creatus sit, sexto scilicet die: cum constet propter intelligentiam nobiliorem esse hominem cæteris creaturis, quæ in præcedentibus factę cō memorantur diebus: nisi ut prius conderetur mundus quasi do mus, & sic demū introduceretur dns, id est, habitator domus.

A Quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo ad imaginem & similitudinem dei, homo sit conditus. Cap. III.

QVi etiam ad imaginem & similitudinem dei est cõditus, quam uidelicet imaginem atq; similitudinem, in rationalis animæ intellectu, non in corporis forma esse nouimus, iuxta quod ait Apostolus: Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Et alibi: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem, induite nouum, qui renouatur in agnitione dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Quamuis & ipsum corpus nostrum ita sit fabricatum, ut ostendat nos meliores esse, quam reliqua animalia. Illa enim omnia inclinata sunt ad terram: hominis autẽ corpus erectum est, ut manifestet animã nostram, in supernis ad spiritalia debere semper esse erectam. Igitur inter imaginem & similitudinem, hoc distat: quod imago dei in immortalitate animæ est. Vnde etiam anima peccatrix, imago dei esse non desistit: similitudo in moribus constat. Quam ob rem non nisi anima sancta similitudinem dei habet, in eo enim suo creatori similis est, in quo angelis sanctis erit æqualis.

De obedientia homini à deo data. Cap. IIII.

IDem etiam fator hominum, colonus paradisi constituitur: ut in eo feliciter, si præceptum mandati obediendo seruaret, absque ullis calamitatibus, aut metu mortis, æternis fruendo gaudijs uiueret: sin autem inobediens existeret, priuatus æterna felicitate, miserijs subiaceret mortis: quas est expertus, dum uetitum comigit lignum: de quo inhibitus fuerat, ne illud tangeret. Sic ergo primus parens a paradisiaca amœnitate depulsus est, cum sua coniuge, quam Apostolus diabolica fraude deceptam dicit: ipsum uero Adam non deceptum, sed causa suæ socię fuisse transgressum.

De ligno scientiæ boni & mali in paradiso, & de ligno vitæ. Cap. V.

ERat utique in paradiso corporaliter lignum, quod nuncupatur lignum uitæ: sicut & petra, quæ percussa, aquas præbuit in eremo populo dei, quamuis significarent mystice CHRISTVM. Quod propterea lignum uitę dictum est, quoniam dum illi hoĩes inde gustarent, nec morbo nec senectute deficerent. In cæteris enim erat alimentum, in isto sacramentum, lignumque scientiæ boni & mali, non quod ipsum in sua natura lignum esset rationale, uel scientiam boni et mali habuisset: sed propterea appellatum est boni & mali scientiæ, quia homo per experimentum ab ipso didicit, quod esset inobedientiæ malum. Si quis uero de his plenius scire uoluerit, patris AVGVSTINI libros de Ciuitate dei legat.

De Abel à fratre suo Cain occiso, & de vindictis, quas Cain pertulit. Cap. VI.

ERgo Adæ nati sunt filij masculi duo, in regione ad quam transmigrauit eum deus a paradiso, post suam præuaricationem. Quorum prior appellatur Cain, secundus autem Abel. Germani siquidem, sed diuersis lætabantur studijs. Abel quidem iunior, iustitiam colebat, & in omnibus quęcunque gerebat, dominum putabat esse præsentem: cuius erat conuersatio pastoralis. Cain autẽ erat quidem circa alia pessimus, & ad lucra solummodo semper intentus: terram uero primus arare cœpit. Fratrem quippe huiusmodi causa peremit. Nam cum eis deo sacrificare placuisset, de frugibus quidem terræ munera Cain obtulit: Abel autem de primogenitis agnorum, & lac. Deus enim hoc potius sacrificio delectatus est, quod spontanee & naturaliter ortum fuerat: & non in illo, quod ex inuentione hominis auari natum uidebatur. Quapropter Cain indignatus, eo quod Abel fuisset a deo præpositus: & hoc ita nouit, ignis enim dei sacrificium fratris consumpsit, & eius intactum reliquit: quo stimulatus liuore, fratrem suum Abel interemit.

De exordio duarum ciuitatum. Cap. VII.

QVa de re dominus ad Cain ait: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio. Dominus non tanquam ignarus interrogat, sed tanquam iudex reum, quem puniat. Putans enim Cain deũ latere quæ gesserat, respondit: Nescio. Cui deus ait: Arbitratris me quod gessisti, nescire: qui cogitationem tuam, quam impie concepperas, inspiciens, ne opere consummares ante præmonui? Sed ne causeris iniuste me aduersum te proferre sententiam, ego tibi accusationem non infero: sed est testis, qui te accusat, uox uidelicet sanguinis fratris tui: qui clamat ad me de terra. Respondit que Cain ad dominum: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Intellexit enim ex furia mentis, & ex tremore corporis quo agitabatur, se dignum interfici, & ait: Ecce eijcis me hodie a facie tua, & a facie terræ abscondar, & ero gemens super terram, & omnis qui inuenerit me, occidet me. Verum deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradi pœnæ, qua se ipse damnauerat, ait: Non sic, id est, non ut tu æstimas morieris, & mortem pro remedio accipies: uerum uiues usque ad septimam generationem, & conscientiæ tuæ igne torqueberis: ita ut quicunq; te occiderit, secundũ duplicem intelligentiam, aut in septima generatione aut magno te liberabit cruciatu, non quod ipse, qui percusserit Cain, septem ultionibus subijciendus sit: sed quod septem uindictas, quæ in Cain tanto tempore cucurrerunt, soluat interfector, occidens eum, qui uitæ fuerat derelictus ad pœnam. Vt autem quod dicimus manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis ponamus exemplum. Loquitur inter uerbera seruus ad dominum: Quia incendi domum tuam & uniuersam substantiam dissipaui, interfice me. Dominusque respondeat: Non ut uis morieris, & finies morte supplicia, uerum longo tempore custodieris ad uitam, & tam infeliciter in hac luce uersaberis, ut quicunque te occiderit, beneficium præstet occiso: dum tam multis te liberauerit cruciatibus.

Quomodo deus primis hominibus loqueretur, & de eo quod scriptum est: Nónne si recte offeras, recte autẽ non diuidas, peccasti. Cap. VIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVomodo deus primis hominibus loqueretur, quæri solet, scilicet per creaturam subiectam, uelut eorum socius forma congrua loquebatur cum eis. Sed quid profuit Cain? Nonne conceptum scelus in necando fratre, etiam post uerbum diuinum impleuit? Illud uero quod dictum est: Nonne si recte quidem offeras, recte autem non diuidas, peccasti? quia non lucet cur uel unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas: cum diuinarum scripturarum quisq; tractator secundum fidei regulam id conatur exponere. Recte quidem offertur sacrificium, cum offertur deo uero: cui uni tantummodo sacrificandum est. Non autem recte diuiditur, dum nõ discernuntur recte uel loca uel tempora, uel res ipsæ quæ offeruntur, uel qui offert, & cui offertur: uel his quibus ad uescendum distribuitur quod oblatum est: ut diuisionem, hic discretionem intelligamus. Siue cum offertur, ubi non oportet, aut quod non ibi, sed alibi oportet, siue cum offertur, quando non oportet, siue cum id offertur, quod nunquam penitus debuit, siue cum electiora sibi eiusdem generis retinet homo, quam sunt ea, quæ offert deo, siue eius rei quæ oblata est, fit particeps prophanus, aut quilibet, quod fas non est fieri. In quo autem horum displicuerit Cain, facile non potest inueniri. Sed quoniam sicut Iohannes ait, ex maligno erat, & ex inuidentia occidit fratrem suum, fratris autem illius opera bona erant: datur intelligi, propterea dominum non respexisse in munera eius, quia hoc ipse male diuidebat, dans deo aliquid de suo, sibi autem seipsum. Quod omnes faciunt, qui non dei, sed suam sectantur uoluntatem, non recte diuidendo, hoc est, non recte uiuendo. Dominus enim dans ei mandatum iustum & bonum, dixit: Quiesce, ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis illius. Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim, peccasti. Tum deinde addidit, quiesce: ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis illius. Potest quidem sic intelligi, ad ipsum hominem conuersionem esse debere peccati: ut nulli alij quam sibi sciat tribuere quod peccat. Hæc enim est salubris pœnitentiæ medicina, & ueniæ petitio congrua. At ubi ait, ad te enim conuersio eius, non subaudiatur erit, sed sit, præcipientis uidelicet, nõ prædicentis modo. Tunc enim dominabitur quisque peccato, si id sibi nõ defendendo præposuerit, sed pœnitẽdo subiecerit.

De eo quod scriptum est: Cognouit Cain uxorem suam, & peperit ei Enoch, ex cuius nomine nuncupauit ciuitatem, quam ædificauerat, & hoc qualiter conueniat, ut tres homines, qui tunc tantum erant, ciuitatem ædificarent. Cap. IX.

SEquitur: Cognouit Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatem, & uocauit nomen eius Enocha, ex nomine filij sui Enoch. Vnde quęri potest, dum non plures eo tempore quam uiri quatuor, uel potius tres postea, quia fratrem frater occidit, fuisse uiderentur in terra: quomodo Cain solus ciuitatem ędificasse dicitur. Sed quos hoc mouet, parum considerant, non omnes homines, qui tunc esse potuerunt scriptorem sacræ huius historiæ necesse habuisse nominare, sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat: illos uidelicet, per quos ad Noe, ac deinde ad Abraham, genealogia texendo perduceretur. Nec enim consequens est, ut istum primum filium genuisse credatur Cain, quia dictum est, cognouit uxorem suam, quasi tunc primitus ei commiscuisset. Nam de ipso Adam hoc dictum est, non solum quando cõceptus est Cain primogenitus: uerum etiam posterius: Cognouit, inquit, Adam Euam uxorem suam, quæ concepit & peperit filium, & nominauit eum Seth. Vnde intelligitur, ita solere illam scripturam loqui, quamuis non semper. Potuit enim fieri, ut licet alios haberet filios, hunc tamen propter aliquam causam, plus cæteris dilexerit. Non enim Iudas primogenitus Iacob, ex quo Iudæa dicta, & Iudæi sunt nuncupati. Ergo si Cain primogenitus Enoch, non ideò putandus est confestim filio nato ex eius nomine ciuitati nomen dedisse: quia nec constitui tunc ab uno poterat. Aliud enim ciuitas non est, quam hominum multitudo, societasque. Sed cum illius hominis tanta crescceret numerositate familia, ut quantitatem populi iam haberet, tunc potuit fieri, ut & ciuitas condderetur, & ex nomine primogeniti nuncuparetur. Ergo si adtendãt tunc temporis tam longæuos fuisse homines, ut qui minime uixerant septingẽtos quinquaginta uixisse reperiãtur annos: nec eos solummodo habuisse filios, quos scriptura commemorat, cum subditur, genuit filios & filias: unde eis fœcundissimam prolem fuisse datur intelligi. Ex quo conijci potest, quod si a nepote Abraham, Iacob uidelicet tanta multitudo hominum multiplicari potuit in Aegypto intra annos trecentos, ut sexcenta milia fuissent, quando ascenderunt ex Aegypto, quid mirum homines multam potuisse condere familiam, per spacium nongentorum annorum aut eo amplius, qui ciuitates ædificarent plurimas? Sed hanc ciuitatem Cain propter terrenam ciuitatem commemoratam fuisse, credibile est, quæ ab ipso constitutionis conditore initium sumpsit. Hinc iam ciuitates duæ exortæ sunt, impiorum scilicet atque iustorum. Iustorum quidem fundamentum peregrinationis suscepit in Abel, ac deinde in Seth, & in posteritate eius: ac sic laborando peregrinatur usque ad præsens tempus. Ergo in prioribus seculis, quamuis usque ad septimam progeniem in filijs Seth multipliciter fœcundaretur ciuitas dei: tamen in paucis ædificata est ad comparationem iniquorum, quoadusque dominus CHRISTVS, deique filius deus ante secula, homo in nostro tempore ex utero uirginis MARIAE sacratissimæ procederet: qui uerus deus, ueruſque homo, ex duabus substantijs & una persona, nouum lumen mundo resplenduit: ac deinceps per uniuersum orbem, in membris eius hæc ciuitas sancta fœcundius ædificatur, & ad ciues suos angelos scilicet dei quotidie colligitur: quor; præsidijs in hac peregrinatione iugiter suffragatur. In Cain uero atque eius cognatione latissime impiorum ciuitas fabricata est. Refert quidem de eo ille antiquitatum scriptor IOSEPHVS, cp postquam signũ acceperat, ut non interficere

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur a quibuſcunque inueniretur beſtijs, ſed ſine formidine per omnem terram ſigno ei impoſito, quo notus fieret, uagus et profugus abiret, ab ea deiectus regione, in qua fratrem occiderat, & in qua cum patre habitauerat, multam peragrans terram cum ſua uxore, tandem deuenit in locum, qui Naida nuncupatur, ibique moratus eſt, in quo ei etiã filij nati ſunt. At uero pœnam illam non habuit pro emendatione, ſed ad incrementum & ad libidinem ſuo potius nutriuit in corpore, licet cum iniuria ſecum commorãtium hanc haberet, augens domum multitudine pecuniarum, ex rapinis & uiolentia congeſtarum, ad luxuriam quoque et latrocinia ſuos inuitãs familiares, quorum doctor in ſceleſtis ſtudijs erat. Et ſimplicitatem quidem cum qua prius uiuebant homines, ad inuentionem menſurarum & ponderum permutauit, integramque earum uitam ex earum rerum ignorantia ad callidiatem, corruptionemque perduxit. Terminos terræ primus poſuit, ciuitateſque conſtituit, muriſque muniuit, illicque ſuos coegit conuenire domeſticos. Hãc uero ciuitatem ab Enoch ſeniore filio ſuo Enocham appellauit, ut prædiximus.

Quod aliter ſentiant philoſophi Græcorum & Latinorum de primo ſeculo, quàm Hebræorum. Cap. X.

IGgitur philoſophi Græcorum atque Latinorum, longe aliter ſenſerunt de primo ſeculo, quam Ioſephus referat, qui aurea prima nuncupãt ſecula, & tunc homines ſolo uacaſſe otio, & his tãtummodo frugibus fuiſſe cõtẽtos, quas terra ſpõte protulerat, et ſimplici aqua eos eẽ potatos, nec ullius carnis eſum attigiſſe, autumant. Secundũ quorũ opinionem quidã ex noſtris ſuũ ita cõpoſuit carmen, q̃d huic noſtro opuſculo inſerere libuit:

Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu:
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande.
Non Bacchica munera norant,
Liquido confundere melle,
Nec lucida uellera Serum
Tyrio miſcere ueneno.
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoq; lubricus amnis,
Vmbras altiſſima pinus.
Nondum maris alta ſecabant,
Nec mercibus undeq; lectis,
Noua littora uiderat hoſpes.
Tunc claſſica ſæua tacebant,
Odijs neq; fuſus acerbis,
Cruor horrida tinxerat aruã.
Quid enim furor hoſticus ulla
Vellet prior arma mouere,
Cum uulnera ſæua uiderent,
Nec præmia ſanguinis ullæ?
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Sed ſæuior ignibus Aethnæ
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti,
Gemmaſq; latere uolentes,
Precioſa pericula fodit?

SALVSTIVS enim collaudans breuiter antiquiora tempora, ita ait: Quando uita hominum ſine cupiditate agebatur, & ſua cuique ſatis placebant. Poſtea uero, inquit, quam in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedemonij

monij & Athenienſes cœpere urbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi cauſam belli habuere: maximam gloriam, in maximo imperio putare, & cætera, quæ ipſe inſtituerat.

De Seth filio Adam, qui placuit deo, eiuſque filijs ac nepotibus, qui uſque ad ſeptimam generationem mirabiliter ſapientiam adinuenerunt, & deum in columnis ſcripſerunt. Cap. XI.

IGitur Adam, qui primus e terra factus eſt, poſt Abel quoque necem filij ſui, & Cain depulſionem, cum ducentorum triginta eſſet annorum, genuit Seth. Qui adultus, uirtuti ſtuduit, & nomen domini inuocare cœpit: & cum eſſet uir egregius, imitatores ſui filios reliquit. Ex eius nanq; proſapia ciuitas dei creuit. Refert enim Ioſephus de eius filijs in hunc modum: Illi autem omnes cum boni fuiſſent, orti in eadem terra, ſine aliqua uexatione uiuentes, feliciſſime commorati ſunt: Nihilq; eis uſque ad uitæ terminum crudele prouenit. Diſciplinam uero rerum cœleſtium, & ornatus earum primitus inuenerunt. Iobal autem cõſanguineus eorum exiſtens, muſicam adinuenit, & pſalterium citharamque laudauit. Et ne dilaberentur ab hominibus, quæ ab eo inuenta uidebantur, aut antequam uenirent ad cognitionem deperirent, cum prædixiſſet Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis uirtute, alteram uero aquarum ui ac multitudine fore uenturam, duas facientes columnas unam quidem ex lateribus, alteram uero ex lapidibus, in ambabus quæ inuenerant conſcripſerunt, ut & ſi conſtructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens, prẽberet hominibus ſcripta cognoſcere: quæ tamen lapidea permanet hactenus in terra Syriæ. Ergo Seth cum ducentorum quinq; eſſet annorum, genuit Enos. Enos autem uixit annis centum nonaginta, & genuit Cainan. Cainan autem uixit centum ſeptuaginta, & genuit Malalehel. Malalehel uixit annis centũ ſexaginta quinq;, & genuit Iarech. Iarech uero uixit annis cẽtum ſexaginta duo & genuit Enoch.

De Enoch qui translatus eſt, qui etiam ſuas prophetias ſcriptas reliquit. Cap. XII.

ENoch autem uixit annis centum quinquagintaquinque, & genuit Matuſalam, & poſt hẽc annos trecentos, ambulauit cum deo: unde & non comparuit, quia deus eum tulit. Qui etiã aliqua ſcripſit, Iuda teſte apoſtolo. Ait enim: Prophetauit ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce ueniet dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes: & arguere omnes impios, & cætera. Liquido nanq; claret, ab ipſo exordium literarum primo homine cœpiſſe, qui adhuc ſupererat, quando filij ac nepotes ſui in ſtudio ſapientiæ feruebant. Vnde etiam filij Seth cum Iobal conſanguineo in columnis ea quæ ſapienter de diſciplina cœleſtium rerum adinuenerunt, cum reliquis artibus conſcripſerunt: ſicut ſuperius ex uerbis Ioſephi declaratum eſt.

De filijs Seth, qui poſt ſeptimam generationem deo diſplicuerunt. Cap. XIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FIlij nanque Seth, in septem generationibus permanserunt, dominum iudicantes dominum omnium, & ad uirtutem semper inspicientes, ut Iosephi utamur uerbis. Deinde tempore procedente, de paternis solennitatibus ad mala progressi sunt: neque legitimos honores ulterius deo præbẽtes, neque circa homines iustitiam facientes: sed zelum quem prius habuerant, in duplam malitiam per ea quæ gerebant, postea demonstrabant. Ob hoc itaque contra se dominum irritauerunt.

De filijs dei, qui filias hominum acceperunt vxores. Cap. XIIII.

SEquitur. Dicit enim Moses: Videntes filij dei filias hominum, eo quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Ergo ijdem dicti sunt angeli dei. Vnde multi illos putant non homines fuisse, sed angelos. Quod tamen, angelos sanctos illo tempore sic labi potuisse, nullo modo credibile putatur: nec de his dixisse Petrum apostolum, quod angelis peccantibus non pepercit: sed de illis, qui cum principe eorum diabolo ceciderunt. Angeli enim in sacro eloquio homines dicti sunt, ut de Iohanne scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Et Malachias propheta proprie dictus est angelus. Igitur ut omittamus multorum opiniones, filios dei, hic filios Seth intelligimus: filias uero hominum, Cain utique filias, ex quibus nati gygantes referuntur: quos & ante esse historia declarat, cum dicit: Gygantes enim erant in illis diebus. Fuisse etiam post diluuium quosdam, sed plures antea, historica traditione deprehendimus: sicut Nebroch, & alij de progenie Noe exorti sunt, qui omne bonum despicientes propter confidentiam fortitudinis, & pulchritudinem corporis, dominum irritantes perierunt.

Vtrum homines primi seculi sine coniugibus per tot curricula annorum fuerint, vt legimus, post plures annos filios genuisse. Cap. XV.

VIxit autem Matusalam CLXXXVII. annis, & genuit Lamech: & post hæc annis DCC.LXXXII. Hic nanque quæri potest, si homines tunc temporis per tot curricula annorum uxoribus uacabant, aut si eas prius ducebant, quænam causa erat ut absque liberis tamdiu manerẽt? Hæc autem quæstio duplici soluitur modo. Aut enim homines qui tantæ prolixitatis habebant ętatem, diutius a uinculo coniugij uacabant: aut, quod uerissimum est, hi tantum assumuntur a ueridico Mose historiographo, ex quibus Noe cum filijs ducebat originem, per quem & mundus post cæterorum hominum perditionem in diluuio, erat restaurandus. Sic nanque Matthæus non primogenitos tantum assumens in catalogo generationis Christi, sed eos ex quibus natiuitas domini secundum carnem ducebatur, non enim, Abrahæ primogenitus fuit Isaac, sed Ismael. Nec Iudas primogenitus Iacob, sed Ruben, neque Dauid Isai.

De Matusala vtrum quatuodecim annos post diluuium vixerit, vt in Genesi contineri videtur. Cap. XVI.

Vixit

VIxit itaque Lamech CLXXXII. annis, & genuit filium uocauit que nomen eius Noe. Noe ergo cum sexcentorum esset annorum, uenit diluuium super uniuersam terram, omne genus humanum delens, præter Noe eiusque filios, cum uxoribus, quos dominus in arca reseruauit ad genus restaurandum hominum. Nunc autem famosissima hic nascitur quæstio de Matusalam, & in ecclesijs sæpissime uentilata, quod iuxta diligentem fertur supputationem, XIIII. annis post diluuium uixisse. Cum autem supra DCCCC. LXIX, annis sit dictum eum uixisse: quomodo uerum est, quod VIII. tantum animæ in arca saluæ factæ sint, si hic post diluuium uixit. Restat igitur quod quomodo in plerisque alijs, ita & in hoc sit error in numero. Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris, ita scriptum reperitur. Et uixit Matusalam CLXXXVII. annis, & genuit Lamech. Et uixit Matusalam postq̃ genuit Lamech, DCC.LXXXII. annis. Et fuerunt omnes dies Matusalę anni DCCCC. LXIX. Et uixit Lamech centum octoginta duobus annis: & genuit Noe. A die ergo natiuitatis Matusalæ, usque ad diem ortus Noe, sunt anni CCCLXIX. His adde DC. annos Noe, quia in sexcentesimo uitę eius anno diluuium factum est. Atque ita fit ut nongentesimo sexagesimo nono anno uitæ suæ Matusalam mortuus sit, eo anno quo cœpit esse diluuium.

De hoc quod dicitur Vltio dabitur dẽ Cain septuplum, de Lamech vero septuagies septies. Cap. XVII.

DIxit quoq; Lamech uxoribus suis, Adę & Sellę: Audite uocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum, qm̃ occidi uirum in uulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech uero septuagies septies. Lamech itaque qui se homicidium uxoribus suis fatetur perpetrasse, septimus erat ab Adam. In huius enim homicidæ filijs, septem Cain uindictę aquis diluij solutæ sunt, quoniam omnis progenies Cain in eo delera est. Dira nanq; mors atq; humanorum scelerum uindex, inter reliquos perituros ipsum homicidam Lamech reperisse credibile est. De Lamech uero septuagies septies. Igitur superius partim retulimus, quæ ad huius quæstionis pertinebant solutionem. Secundum historię tamen ueritatem, ab Adam usq; ad Christum LXXVII. generationes inueniuntur, in quibus peccatum Lamech, id est, totius mundi, sanguinis Christi effusione solutum est. Siquidem & in populo Iudæorũ propter interfectionẽ Christi LXXVII. uindictæ sunt statutæ: iuxta illud Euangelium, in quo dictum est Petro apostolo: Non solum septies, sed etiam septuagies septies, si pœnituerit fratri remittendum: Iudęum scilicet reuertentem, per LXXVII. uindictas statutas, recipiendum ad indulgentiam Christi.

De ira dei, & de eo ąd scriptum est in Genesi: Pœnitet me hominẽ fecisse, cum in deo nulla sit pœnitentia, in quo est certa præscientia. Cap. XVIII.

Videns

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIdens, inquit, dominus deus, quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, dixit: Delebo hominem, quem feci, a facie terræ, ab homine usq; ad pecus, & a repentibus usq; ad uolatilia cœli: quia iratus sum, quoniã feci eos. Ira dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium, in quo irrogatur pœna peccatori. Cogitatio uero eius & recogitatio mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita dominũ cuiusquam facti pœnitet sui, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. Sed si non utatur scriptura talibus uerbis: non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum, quibus uult esse consultum.

De eo quod dixit deus: Erunt dies eorũ centum viginti annorum. Cap. XIX.

QVod autem dixit deus: Erunt dies eorum centum uiginti annorum, non sic accipiendum est, quasi prænuntiatum sit, post hæc homines centum uiginti annos uiuẽdo non transgredi, cum & post diluuium etiam quingentos quosdam excessisse inuenimus: sed intelligendum est hoc dominum dixisse, cum circa finem quingentorum annorum esset Noe, id est, quadringentos octoginta uitę annos ageret, quos more suo scriptura quingentos uocat: nomẽ totius summę per maximam partem plerunq; significans. Sexcentesimo quippe anno uitæ Noe secundo mense factum est diluuium: ac sic CXX. anni prędicti sunt futurę uitæ hominum perituroꝝ, quibus transactis, diluuio delerentur. Hieronymus autẽ sic ex Hebræo uertit: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt: hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituam quod merentur: Ergo non seueritatem, ut in nostris codicibus legitur, sed clemẽtiam domini sonat, dum peccator hic pro suo scelere uisitatur. Porro ne uideretur in eo esse crudelis, quod peccantibus locum pœnitentię non dedisset, ad iecit: Sed erunt dies eorum centum uiginti annorum, hoc est, habebunt CXX. annos ad agendam pœnitentiam. Non ergo humana uita, ut multi æstimant, in centum uiginti annos contracta est: sed generationi illi centum uiginti anni, ad pœnitentiam dati sunt. Siquidem inuenimus, quod post diluuium Abraham uixerit annis centum septuagintaquinque. Dominus autem noluit tempus expectare decretum, sed uiginti annorum spacijs amputatis, induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato.

De Noe quomodo decimus ab Adam princeps suæ gentis extiterit. Cap. XX.

NOe uero principatum tenens, quem per successiones patres eius habuerant, scilicet per generationes X. id est, a Noe usq; ad primum parentem, filij patribus succedentes, dum esset ab Adam decimus, grauiter ferens actus hominum, & habens eorum consilia nimis ingrata, satagebat ut ad meliora mentem eorum actusque transfer

transferret. Cum autem uideret, quod non adquiescerent ad talia, sed uehementer malorum libidine detinerentur: metuens ne ipsum quoq; cum uxore & filijs suis interficerent, discessit ab ea terra. Deus itaque Noe quidem iustitiam dilexit, condemnauit autem non solum illorum malitiam, sed omne genus humanũ. Quod cum ei disperdere placuisset, & aliud constituere genus, malignitate priuatum: Noe præcepit ut arcam fabricaret quatuor cameras habentem, & longitudinem cubitorum CCC. L. uero latitudinem, & XXX. altitudinem: qua protectus cum filijs & uxoribus remansit ex hominibus solus post diluuium cum domo sua, ut præmisimus. Hæc iuxta intelligentiam Iosephi, de Noe actibus sufficiunt.

De magnitudine arcæ & cameris eius. Cap. XXI.

ERgo fuerunt nonnulli impossibile putantes, ut tot genera animalium, repentium, hæc arca capere potuisset: & ea quæ sibi pro solatio uitæ forent necessaria, per tm̃ temporis spatium. Qui non attendunt Mosen in omni Aegyptiaca eruditum sapientia, & cubitum geometricæ disciplinæ, quo utuntur Aegyptij, tantum ualere, quantum sex cubiti, quibus nos utimur: Qui autem dicunt tantæ molis fabricam, humano fieri non posse ingenio, spatium C. annorum considerent, quod constructionis gratia acceperat Noe, hominumque fortitudinem, qui primo uigebant seculo, cum sciant immensas urbes fuisse constructas, nisi forte lapis lapidi adhærere potest, sola calce coniunctus, ut murus per tot miliaria circum agatur: & lignum ligno cæmentatũ, clauis solidatum, gluten bituminis non potest connectere ut fabricetur arca, non curuis sed rectis lineis longe lateq uæ porrecta: quam nullus in mare mittat conatus hominum, sed leuet unda cum uenerit, naturali ordine ponderum, magisque diuina prouidentia, quam humana prudentia. Legitur etiam hæc habuisse arca cœnacula, & tristega: quod alia translatio bicamerata & tricamerata uoluit nominare: ita ut quinque habitationes distinctas in ea esse aduertamus: inferiora loca stercoribus esse deputata & contigua bicamerata, quæ conseruarent pabula animalium. In hos ergo usus tradunt fuisse inferiores partes distinctas, superiores uero partes quæ tricameratæ dicuntur, primo ad habitaculum bestiarum, uel immitium animalium serpentiumque: hinc contigua in superioribus loca mitioribus animantibus stabula fuisse: supra omnia uero in excelso auibus & hominibus sedem locatam, utpote sicut honore & sapientia homo antecedit omnia: ita & loco cuncta præcelleret animalia, & sic quinque mansiones in eadem arca fuisse intelliguntur. Prima stercoraria, secunda apothecaria, tertia feris animantibus, quarta mansuetis, quinta hominibus.

Quod de immundis animantibus bina, de mundis septena in arca fuisse legimus. Cap. XXII.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVod autem de immundis animalibus bina introducuntur et bina, de mundis uero septena & septena, has tradunt esse causas, ut quæ hominibus profutura essent, de his plura cõseruarentur in arca: & ut haberet Noe post egressum arcæ unde gratificas domino offerret hostias.

De minutissimis bestiolis & inutilibus, vtrum fuerint in arca Cap. XXXIII.

QVod autem scrupulosissime quęri solet & de minutissimis bestiolis, nõ solum quales sunt mures & stelliones: uerumetiam quales locustæ, scarabęi, muscę denique, & pulices: utrum nõ amplioris numeri in arca illa fuerint, q̃ est diffinitus cum hoc imperaret deus: prius ammonendi sunt, quos hæc mouent, sic accipiendum esse quod dictum est, quæ reptant super terram, ut necesse non fuerit conseruari in arca, quæ possunt in aquis uiuere, non solum mersa sicut pisces: uerumetiam supernatantia sicut multæ alites. Deinde quod dicitur, masculus & fœmina erunt: profecto intelligitur ad reparandum genus dici, ac per hoc nec illa necesse fuerant ibi esse, quæ possunt sine concubitu de quibuscp rebus uel rerum corruptionibus nasci: uel si fuerint, quæ in domibus esse cõ suerunt, sine ulla numeri diffinitione esse potuisse. Aut si mysterium sacratissimum quod agebatur, & tantæ rei figura, etiam ueritate facti, aliter non posset impleri, nisi ut omnia ibi certo illo numero essent, quæ uiuere in aquis natura prohibente non possunt: non fuit ista cura illius hominis, uel illorum hominum, sed diuina. Non enim ea Noe capta intromittebat, sed uenientia, & intrare uolentia, permittebat. Ad hoc enim ualet quod dictum est, intrabunt ad te, non scilicet hominis actu, sed dei nutu: ita sane ut non illic fuisse credenda sint, quæ sexu carent, uel ea etiam, quæ ex diuersis generibus procreantur, ut muli.

Quomodo in arca viuerent animalia, quæ non sine carnibus vesci putantur. Cap. XXIIII.

SOlet etiam mouere nonnullos, quæ genera escarum illic habere potuerant animalia, quæ nõ nisi carnibus uesci putantur: utrum præter numerum ibi fuerint animalia sine transgressione mandati, quę aliorum alendorum necessitas illic coegisset includi: an uero quod potius est credendum, præter carnes aliqua alimenta ibi fuisse, quæ omnibus conueniret. Nouimus em̃ quam multa animalia, quibus caro cibus est, frugibus, pomisque uescantur: & maxime ficu, atque castaneis. Quid ergo mirum, si uir ille sapiens & iustus, etiam diuinitus admonitus, sine carnibus aptam unicuique generi alimoniam præparauit & condidit? Quid est autem quo uesci non cogeret fames? aut quid non suaue ac salubre facere posset deus: qui etiam potuit, ut sine cibo uiuerent diuina facultate?

De ingressu Noe in arcam, & vbi resideret arca post diluuium, & numero annorum ab Adam vsque ad Noe, vel quid de arca gentium philosophi senserint. Cap. XXV.

Igitur

IGitur Noe sexcẽtorum erat annorum, quando cœpit esse diluuium super terram. Inde autem, usque ad primi hominis conditionem erant anni transacti duo milia ducenti quadraginta duo. Ergo ut quædam prestrinximus libando, ita primum se habuit seculum. Noe uero cum filijs Sem, Cham & Iafeth, uxoribusque eorum ingressus in arcam mense secundo, septimadecima die mensis, impetu uiolentiæ aquarum in sublime sublatus est. Arca autem residente in uertice montis Armeniæ, egressus est domino monente ex ea, mense secundo septima & uicesima die mensis. Quem locum egressorium Armenij uocant, illic enim arcæ solutæ reliquias prouinciales ostendunt. Huius enim diluuij indicium hactenus uidemus in lapidibus, quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros etiam sæpe causatos aquis uisere solemus. Attamen quid de hac arca, atque hoc diluuio gentium historiographi, sapientesque eorum scripserint: paucis referre curabo. Quorum unus Berosus Chaldæus, narrans de diluuio, taliter est effatus: Dicitur autem & nauis eius, quæ in Armeniam uenit, circa montem Cardi cum, & adhuc aliqua pars est, & quosdam bitumen exinde tollere, quo maxime homines ad expiationes utuntur. Meminit autem horum & Hieronymus Aegyptius, qui antiquitatem Phœnicæ noscitur conscripsisse. Sed & Manaseas Damascenus in nonagesimosexto historiarum libro ita de hoc diluuio dicit: Est & super muniadam excelsus mons in Armenia, qui Baris appellatur, in quo multos fugientes sermo est, diluuij tempore liberatos, & quendam simul in arca deuectum, in Sicilæ montis uenisse summitatem, lignorumcp reliquias multo tempore ibi conseruatas ferunt. Fuit autem ista arca, quam etiam Moses Iudæorum legislator scripsit.

De eo, quod quibusdam hominibus impossibile videtur, homines nongentos annos vixisse. Cap. XXVI.

VIxit autem Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta. Et facti sunt omnes dies Noe anni nongenti quinquaginta. Ergo si cuilibet incredibile uidetur tantæ diurnitatis uitam antiquorum hominum fuisse, IOSEPHI assertionem animaduertat. Dicit enim: Nullus autem ad uitam modernam, & annorũ breuitatem, quibus nunc uiuimus, uitam comparans antiquorum, putet falsa, quæ de illis sunt dicta, & eo quod nunc uita tanto non ducatur tempore, credat neque illos ad uitæ illius longitudinem peruenisse. Illi nanque cum essent religiosi, & ab ipso deo facti, eumque eis pabula opportuniora ad maius tempus existerent præparata, tantorum annorum circulis rite uiuebant. Deinde propter uirtutes & gloriosas utilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est, astrologiam, & geometriam, deus eis ampliora uiuendi spacia condonauit, quæ haud edíscere potuissent, nisi sexcentis uiuerent annis. Per tot enim annorum curricula, magnus annus impletur. Testes autem isti sunt omnes, qui antiquitatem apud Græcos & barbaros conscribere maluerunt. Nam & Manechon, qui descriptionem fecit Aegyptiorum, & Berosus, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chaldaica defloraúit, & Mochus,& Actius,ad hæc & Hieronymus Aegyptius, qui Phœnicam diſpoſuit, concordant cum eis dictis. Heſiodus quoque & Agatheus, & Hellanicus, & Acuſiuaus, & inter hos Ephorus, & Nicolaus, in hiſtorijs ſuis memoriam faciunt antiquorum, annis mille uiuentium.

Quomodo ex tribus filijs Noe, omne genus hominum ſit propagatum, & quas orbis terræ partes obtinuerint. Cap. XXVII.

Filij autem Noe fuerunt, Sem, Cham & Iafeth. Ex his enim poſt diluuium diſſeminatę ſunt gentes, per uniuerſas terras, atque inſulas maris. Sed quas unuſquiſque condiderit gentes, & quas partes obtinuerit orbis, ex IOSEPHI atque Hieronymi libris, decerpere libuit. Fuerunt autem filijs Noe filij, quorum propter honorem gentibus quas condiderunt, impoſuerunt nomina, & terris quas apprehendere potuerunt. Iafeth ergo Noe filius, habuit filios ſeptem. Habitauerunt iſti regionem, a Tauro & Amano montibus incipientem, & pertingentem in Aſiam uſque ad fluinen Tanaim. In Europa uero terra Gazzimorum, cum nullus eorum, qui ſupradicti ſunt, ibidem habitator exiſteret, gentes eius diuerſis ſe nominibus appellabant, qui nunc a Græcis Galatæ nuncupantur: olim uero dicti ſunt Gomanicæ, quos Gomer inſtituit. Magog uero Magogas a ſe nominatos inſtituit. Iſti a Græcis Scythæ ſunt appellati. Item filiorum Iafeth, Madeus & Ianus fuerunt: & ex Madeo quidem ſunt gentes, quæ a Græcis Mœdi uocantur: A Iano uero omnes Ionij, Helladicique deſcendunt, qui & Græci: unde & mare Ionium appellatur. Condidit autem Iobel Iobelos, qui noſtris temporibus Hyberes, qui & Hiſpani: a quibus poſtea Celtiberi nuncupati ſunt. Moga uero primum dicebatur, quæ poſtea Cappadocia: nunc autem Cæſarea, a Romanis hoc uocabulum ſortitur, id eſt, a Cæſare. Moſcini uero a Moſochum plantati ſunt, qui nunc Cappadoces nuncupantur. Quorum antiquæ appellationis ſignum oſtenditur, nam ciuitas eſt apud eos, quæ hactenus Moſcha dicitur, oſtendens intelligere ualentibus, eo quod aliquando omnes gentes regionis ipſius ita uocatæ ſunt. Thyras autem Thyrenſes appellauit ſuos, quorum princeps fuit, quibus Græci Trachium nomen commutauerunt. Tantæ ſiquidem gentes, per Iafeth filios inſtitutæ ſunt. Gomer autem habens tres filios. Aſtinegas quidem Aſtinegas inſtituit, qui nunc Regini uocantur a Græcis. Riphat autem Riphæos, qui dicuntur Paphlagones. Tygram uero Tygraneos, qui Phryges a Græcis ſunt nuncupati. A Iano autem Iafeth filio, & ipſo tres habente filios: Heliſas quidem Heliſæos uocauit eos, quorum princeps fuit, qui nunc ſunt Aeolici. Tharſis uero Thyrſos, ſic enim antiquitus Cilicia uocabatur: Tharſus enim apud eos maxima ciuitatum metropolis appellatur: Tau litera, pro theta mutata. Cythim autem Cythimam inſulam habuit, quæ nunc dicitur Cyprus, & ab ea omnes inſulæ & maritima loca, Cythim Hebraice nominantur. Teſtis enim

enim ſermonis mei, una in Cypro ciuitatum, quæ antiquam appellationem ualuit retinere. Cythis enim ab his, qui ei Græcum nomen impoſuerunt, uocatur, neque ſic fugiens Cythi nomen. Iafeth itaq; filij ſeu nepotes, has habuere gentes, & quæ forſan nunc ignorantur. Omnes tamen pene inſulas & totius orbis littora, terraſque mari uicinas legimus Græcis accolis occupatas, qui ut ſupra diximus, ab Amano & Tauro montibus, omnia maritima loca, uſque ad Oceanum poſſederunt Britannicum. Filij Cham, Chus, & Meſraim, Futh, & Chanaan. Chus hodie ab Hebræis Aethiopia nuncupatur, Meſraim Aegyptus, Futh Libyes, a quo & Mauritaniæ fluuius, uſque in præſens Futh dicitur, omniſque circa eam regio Futhenſis nuncupatur. Modo tamen in una tantum climatis eius parte, antiquum Libyæ nomen reſidet, & reliqua terra uocatur Aphrica. Porro Chanaan obtinuit terram, quam Iudæi deinceps poſſederunt. Eiectis Chanaeis, filij Chus, Saba & Euila, Sabatha, & Regina. Sabatacha, id eſt, Saba, a quo Sabæi. Euila Getuli in parte remotioris Aphricæ, eremo cohærentes. Sabatha, a quo Sabatheni, qui nunc Aſtauari nuncupantur. Regina uero, & Sabathaca paulatim antiqua uocabula perdiderunt, quæ nunc pro ueteribus habeantur ignoratur. Filij Regina & Saba Dadan, a quo hic Saba per ſin literam ſcribitur, ſupra uero per ſamech, diximus appellatos Sabæos. Interpretatur nunc ergo Saba, Arabia. Nam in ſeptuageſimoprimo pſalmo, ubi habemus reges Arabum & Saba munera offerunt, in Hebræo ſcriptum eſt reges Saba. Dadan genus eſt Aethiopiæ, in occidentali plaga. At uero Meſraim, genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Neptuim, & Petruſim, & Ceſluim. De quibus egreſſi ſunt Philiſtijm, & Chapturim, exceptis Labaim, a quibus Libyes poſtea nominati ſunt, qui prius Phutei uocabantur, & Caſloim, qui deinceps Philiſtijm appellati ſunt, quos nos corrupte Palæſtinos dicimus. Cæteræ ſex gentes ignotæ nobis ſunt, quia bello Aethiopico ſubuerſæ, uſque ad obliuionem præteritorum nominum peruenerunt. Poſſederunt autem terram Agazi, uſq; ad extremos fines Aegypti. Chanaan autẽ genuit Sidonem primogenitum ſuum, & Ethæum, Iebuſæum, & Amorræum, Gergeſæum & Euæum, & Arachæum: Sinæum & Aradium Samarithen & Mathęum. De Chanaan primus natus eſt Sidon: a quo urbs in Phœnice Sidon uocatur. Arachæus, qui Archas cõdidit oppidũ, in radicibus Libani ſitum. Aradij ſunt, qui Aradam inſulam poſſederunt, anguſto fretu Phœnicis littore ſeparatam. Samaria emiſſa nobilis Syriæ Cæles ciuitas, hanc Macedones, qui poſt ALEXANDRI mortem regnauerunt, Epiphaniam nuncupauerunt. Et fuit terminus Chananæorum a Sidone, donec ueniatur in Gerara, & uſque ad Gazam, pergentibus Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, uſque Letzem: quia cæteræ ciuitates, Sidon uidelicet, & Gerara, & Sodoma, & Gomorrha, & Adama, & Seboim notæ ſunt nominibus ſuis. Fiunt itaque omnes filij Cham, hoc eſt, medij filij Noe

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor, & nepotes quinque, ex uno eius filio pronepotes duo, ex nepote uno fit eorum summa, undecim. Quibus enumeratis, hic reditur ad alium Cham, qui uocabatur Mesraim: & commemorantur quos genuit, non tanquam singuli homines, sed nationes septem, & de sexta, uelut de sexto filio, gens commemoratur exisse, quæ appellatur Philistijm: unde fiunt octo. Inde iterum ad Chanaan reditur, in quo filio maledictus est Cham, & quos genuit, undecim nominantur. Deinde usque ad quos fines peruenerint commemoratis quibusdam ciuitatibus dicitur: ac per hoc in filijs, ne potibusque computatis, de progenie Cham triginta unus geniti referuntur. Sem uero tertio Noe filio, quinque fuerunt nati, qui usque ad Oceanum seorsum habitant Asiam, ab Eufrate facientes initium. Helam siquidem Helamitas, qui Persarum sunt principes, reliquit. Assur autem Ninum instituit ciuitatem, qui nunc Chaldæi uocantur. Arfaxat autem, Arfaxateos nominauit, cum princeps eorum esset. Aram uero Arameos instituit, quos Græci Siros appellant. Quos autem nunc Lidos uocant, Luth tunc Ludas nominauit. Aram uero filijs quatuor existitentibus: his quidem instituit Traconitidem, & Damascum, quæ est Media Palestinæ, Syriæque coniuncta. Armeniam uero Otrus, Geter Bactrianos, Mes autem Mesaneos, quæ nunc Arax uocatur ab omnibus. Arfaxat autem filius fuit Sala, de quo natus est Heber, a quo Iudæos prius Hebræos uocauerunt. Heber autē lectan genuit, & Falech: lecta uero, qui filius fuit Heber, habuit filios Helmodat, Saleth, Asormoth, Iare, Aduram, Vzal, Deda, Ebal, Abimael, Sapha, & Ophir, & Ebila, & Iobab. Isti a flumine Cophenæ Indiæ, & posita circa Syriæ loca quædā inhabitant. Hæ nanq; generationes Sem. Sem uero cum centum esset annorum genuit Arfaxat, biennio post diluuium. Arfaxat uixit triginta quinque annis et genuit Sale: Sale quoque uixit triginta annis, & genuit Heber. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Falech.

De eo, quod Falech diuisio interpretatur, quia in diebus eius diuisio linguarum facta est, vt de ædificatione turris, & de eius Nembroth, seu quid de ea gentium sapientes senserint. Cap. XXVIII.

ISte autem Falech dictus est, quoniam secundum diuisionem nationum natus est: Falech autem Hebræi diuisionem uocant, quoniā dum unum hucusque esset labium hominis, diuisum est in plures scilicet linguas, & quæ hactenus uocabatur humana, deinceps exigente superbia, diuersa promeruit uocabula. Deo autem iubente ut crescerent, & multiplicarentur post diluuium filij NOE, & ut diuersam colentes faciem terrarum, abundantia fructuum potirentur: qui cum essent ineruditi, & ideo inobedientes fuerint, in calamitatibus incidentes, sua grauiter peccata senserunt. Et quia iuuentutis multitudine feruebant, & propria fortitudine non dei propitiatione, se bona habere credebant, apposuerunt ut uoluntati DEI inobedientes fierent. Fecit autem eos elatos esse ad iniuriam dei,

dei, atque contemptum Nembroth filius Chus, qui fuit filius Cham, filij Noe. Qui cum esset audacior & manu fortissimus, suadebat eis, ut non domino ascriberent, quia felicitas hominibus eueniret, sed hæc propria hominum uirtute præberetur: solus ipse præsumens homines a dei timore reuocare, & spem suam in propria uirtute reponere. Ob quam rem turrim ædificandam altiorem suadebat, ubi aqua non posset ascendere, quæ etiam cœlum pertingeret. Multitudo autem prona erat, ut Nembroth præceptionibus obediret, putantes graue seruitium obsequi deo, & turrim ædificabant, in nullo sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem, & plusquam sperare quis possit. Multis itaque manibus fabricata, crescebat. Vnde et legislator testatur dominum descendisse ad uidendam turrim, quam ædificabant filij Adam, dicens: Ecce unus populus & unum labium omnibus, cœperuntque hoc facere, nec desistent a cogitationibus, donec eas opere compleant. Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque uocem proximi sui: atque ita diuisit eos dominus ex illo loco in uniuersas terras. Et cessauerunt ædificare ciuitatem, & idcirco uocatum est nomen eius Babel: quia ibi confusum est labium uniuersæ terræ. Inde autem migrationes ubique agentes, & terram apprehendentes unusquisque felicem, quam deus unicuique distribuit: & ita omnis terra per eos completa est, mediterranea simul atque maritima. Quidam etiam naubus transeuntes, insulas habitauerunt. Vnde aliquæ gentes, ab institutoribus positas appellationes hucusque seruant: sicuti superius declaratum est. Quædam uero placita sibi nomina immutauerunt. Diuisiones autem linguarum septuagintaduas fuisse historia declarat, non ut solummodo tot homines tunc fuissent, & non plures, sed tot iam principes familiarum, ex filijs Noe procreatos ostendit, qui populos & gentes condiderunt. Ait enim scriptura: Hæc familia Noe iuxta populos & nationes suas, ab hisque diuisæ sunt gentes in terra post diluuium. De hac uero turri, diuersisque uocibus hominum, meminit & Sibylla dicens: Cum omnes homines unius uocis existerent, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquam ascensuri per eam ad cœlum. Dij uero uentos immittentes euerterunt turrim, & uocem propriam unicuique partiti sunt: & propterea Babyloniam uocari contigit ciuitatem. De campo uero qui uocatur Sennaar, in regione Babylonis, meminit Aetius ita dicens: Qui uero de sacerdotibus sunt erepti, Iouis sacra sumentes, in Sennaar Babylonis uenerunt. Igitur Nembroth filius Chus nepos Noe, de quo iam mentionem fecimus, ipse cœpit potens esse in terra, & erat robustus uenator coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium: Quasi Nembroth robustus uenator coram dominno. Quod sic intelligendum est: Gygantem istum contra dominum fuisse. Quod significatur eo nomine, quod dicitur uenator, quasi animarum deceptor, hominumque oppressor, & pro eo quod homines a cultu dei abstrahebat, sic nominatus est. Fuit autem principium regni eius Baby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lon, & Aracha, Achat, & Calenne, in terra Sennaar. Aracha autem hæc est Ediſſe ciuitas. Achat, quæ nunc dicitur Niſibin, Calennæ, poſtea uerſo nomine, a Seleuco rege dicta est Seleucia. Hic autem Nembroth, arripuit tyrannidem inſuetam, prior in populis regnauit & in Babylone. Apparet nanque hunc tyrannum fortiſſimum in eo regnaſſe loco, ubi linguæ ad confuſionem humanæ ſuperbiæ diuiſæ ſunt. Hunc etiam ſcripſiſſe aſtrologiam, atque geometriam, diuiſiones orbis feciſſe, Syri tradunt.

De eo, quod dictum est, de terra Sennaar exisse Assur, & ædificasse Niniuen. Cap. XXIX.

QVOD uero dictum est, de terra Sennaar, quæ pertinebat ad regnum Nembroth exisse Assur & ædificasse Niniuen, & alias, quas contexuit ciuitates legislator, longe poſtea factum est. Quod ex hac occaſione perſtrinxit, propter nobilitatem regni Aſſyriorum, quod mirabiliter dilatauit Ninus Beli filius, conditor Niniues ciuitatis magnæ, cuius ciuitatis nomen, ex illius nomine deriuatum est, ut a Nino Niniue uocaretur, Aſſur autem, unde Aſſyrij, non ſuit in filijs Cham, ſed in filijs Sem reperitur, qui ſuit Noe maximus filius. Vnde apparet de progenie Sem exortos fuiſſe, qui poſtea regnum gygantis illius obtinerer, & inde procederent, atque alias conderent ciuitates.

Quid est, quod peccante Cham, filius eius Chanaan sententiam vltionis accepit. Cap. XXX.

QVID est quod peccauit Cham, filius eius Chanaan sententiam ultionis accepit? Quid est ꝗd non in ſe, ſed in poſteritate percutitur, niſi quod reproborum nequitiæ, hic quidem multæ proficiunt, ſed in poſterum feriuntur? Seu quia prophetauit terram Chanaan ciectis inde Chananæis & debellatis, accepturos fuiſſe filios Iſrael, qui uenerunt de ſemine Sem, intuens & prævidens quod longe fuerat poſt futurum.

Quomodo intelligendum sit: Dilatet deus Iafeth, & inhabitet in tabernaculis Sem. Cap. XXXI.

DILATET deus Iafeth, & habitet in tabernaculis Sem. Quanquam enim ſit deus omnium gentium, quodammodo tamen proprio uocabulo & in ipſis iam gentibus dicitur deus Iſrael. Et hoc unde factum est, niſi ex benedictione Iafeth. In populo enim gentium totum orbem terrarum occupauit eccleſia. Hoc prorſus pronuntiabatur, cum diceretur: Dilatet deus Iafeth, & habitet in tabernaculis Sem. Sem quippe, de cuius ſemine incarnatus est Chriſtus, interpretatur nominator. Quid autem nominatius Chriſto est, cuius nomen ubique iam flagrat, ita ut per Cantica Canticorum etiam in ſe præcedente prophetia, unguento comparetur effuſo? In cuius domibus, id est, eccleſijs, habitat gentium latitudo, nam Iafeth latitudo interpretatur: Ecce quomodo deus dilatet Iafeth, & habitet in tabernaculis Sem, id est, in eccleſijs, quas filij prophetarꝫ apoſtoli cõſtruxerunt, ſecũdum ꝗd Paulus apoſtolus fidelibus ex gentibus ait: Qui

Qui eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati a ſocietate Iſrael, & peregrini teſtamentorum & promiſſionis ſpem non habentes, & ſine deo in hoc mundo. Per hæc uerba oſtenditur, quod nõdum habitat Iafeth in domibus Sem ſed paulopoſt: quemadmodum concludat, aduertamus. Igitur iam, inquit, non eſtis hoſpites & peregrini, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei, ſuperædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide exiſtente Chriſto Ieſu.

De eo quod scriptum est: de Sem nati sunt patre omnium filiorum Heber fratre Iafeth maiore. Cap. XXXII.

DE Sem quoqꝫ nati ſunt patre omnium filiorꝫ Heber fratre Iafeth maiore. Hinc iam cœpit texere progeniẽ Sem, maioris filij Noe: quoniam a minore inchoauerat Iafeth, ac ſic demũ peruenerat ad Sem. Habetur enim aliquid difficultatis in ipſo narrationis exordio, cum dicit: De Sem autem nati ſunt patre omnium Heber, fratre Iafeth maiore. Ordo uerborum est, ex Sem natus est Heber: qui Sem pater est omnium filiorum Sem. Sem ergo patriarcham intelligi uoluit omnium qui de ſtirpe eius exorti ſunt: quos cõmemoraturus est, ſiue ſint filij, ſiue nepotes, ſeu pronepotes. Scimus nanqꝫ Heber non filium fuiſſe Sem, ſed abnepotem eius. Nec enim ſine cauſa, prætermiſſis filijs, introducitur Heber abnepos eius: niſi quod in progenie filiorum Noe hic reperitur, placens deo, qui non cum filijs ſuperbiæ conſpirauerat ad ædificandam turrim ob iniuriam dei, pertinentium ad ciuitatem impiorum, qui merito iniuriam confuſionis ſuæ paſſi ſunt in perditione linguæ propriæ. Ob quam cauſam per uniuerſum diſperſi ſunt orbem, relicto opere quod ſummo ſtudio accelerare feſtinabant. In huius autem Heber domo, quoniam immunis a pœna terrigenarum ſuperbientium extitit, priſca remanſit lingua, quæ prius humana, quia omnibus erat cõmunis: poſtea uero ab eius nomine nuncupata est Hebræa ad diſtinctionem cæterarum. Quę per ſucceſſiones peruenit ad Abraham, ac ſic per patriarchas, qui ex ſtirpe Abraham ſunt propagati, profuſa est in populum dei. Attamen nec Heber, nec ipſe pater Abraham, in omnem progeniem ſuam, hanc diffundere ualuerunt: ſed in eos qui ad ciuitatem dei pertinere uidebantur: de quibus ſecundum carnem natus est Chriſtus.

Quum non fiat commemoratio in Genesi à Noe vsque ad Abraham, vtrum aliquis iustorum fuerit. Cap. XXXIII.

BEnedictis igitur duobus filijs Noe, atqꝫ uno in medio eorꝫ maledicto: deinceps uſqꝫ ad Abraham, de iuſtorum aliquorꝫ, qui pie dominum colerẽt, commemoratione ſilentium est. Veruntamen, utrum ciuitas piorum non fuerit, an latuerit, an potius permanſerit in duobus filijs Noe, qui benedicti ſunt, eorumque poſteris, impia uero in eo qui maledictus est, atqꝫ eius progenie ubi etiam exortus est gygas uenator contra dominum, non est dijudicatio facilis. Fortaſſe enim quod profecto est credibilius, & in filijs duorꝫ illorum iam tunc antequam Babylonia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœpisset institui, fuerunt contemptores dei, & in filijs Cham cultores dei. Vtrunq; tamen hominum genus, terris nunquam defuisse credendum est. Quamobrem sicut lingua una cum esset omnium, non ideo filij pestilentię defuerunt, nam & ante diluuium una erat lingua, & tamen omnes prꝑter unam Noe iusti domum, deleri diluuio meruerunt: ita post diluuium, nec iustos defuisse crediderim. Sed si omnes commemorarentur nimis longum fieret, et esse: hæc historica magis diligentia, quam prophetica prouidentia. Illa itaque exequitur literarum sacrarum scriptor: uel per eum dei spiritus: quibus non solum narrentur præterita, uerumetiam pronuntientur futura, quæ tamen pertinent ad ciuitatem dei. Omissis ergo cæteris filijs Noe, ad hanc rem non pertinentibus: illi connectuntur in ordine generationum, per quos possit ad Abraham perueniri: sicut illi connectebantur ante diluuium per quos peruenireturad Noe generationes: quæ propagatæ sunt ex illo Adam filio, qui est appellatus Seth.

Quomodo intelligendum sit descendisse dominum, & nec desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant, & qualiter ex tribus filijs Noe per terras LXXII. linguæ esse cœperunt. Cap. XXXIIII.

MOuet ergo quosdam hoc quod legitur: Descēdit dominus, ut uideret ciuitatem, cum non loco moueatur deus, qui semper est ubique totus. Quod ita intelligendum est: Descendit dominus uidere ciuitatem & turrim quam ędificabāt filij Adam, hoc est, non filij dei, sed filij hominum, id est illa societas, secundū hominem uiuens, quam terrenam dicimus ciuitatem. Deus autem non localiter descendit, cum sit ubiq; totus, & oīa impleat, sed descendere dicitur in terram, quando prꝑter usitatum naturæ cursum, mirabiliter operatur. Nec discit uidendo aliquid ad tempus, qui ignorare potest nihil, mente cuiuspiam conceptum. Dicitur enim ad tempus uidere & cognoscere, eo q̄d uideri quod reprobat, et cognosci faciat. Ciuitas nanq; illa non sic uidebatur, q̄modo eam deus uideri fecit quando sibi quantum displiceret ostendit, quamuis possit intelligi deus ad illam ciuitatem descendisse, quia descenderunt angeli eius in quibus habitat, quia per angelos descendebat, qui in angelis descendentibus erat. Et non ait: Venite & descendentes confundite, sed confundamus ibi linguam eorꝝ, ostendens ita se operari per ministros suos, ut sint etiam ipsi cooperatores dei. Illud sane quod dictum est, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant, non est dictum confirmando, sed tanquam interrogando, sicut solet a comminantibus dici. Sic ergo accipiendum est, tanquam dixerit: Nonne omnia deficient ex illis, quæ conati sunt facere? Sed si ita dicatur: non exprimitur comminanter, quoniam uoce pronuntiantis non possumus scribere. Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguas eorꝝ ut non audiat unusquisq; uocem proximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo loco, in uniuersas terras. Et cessauerūt ædificare ciuitatē, & idcirco uocatum est nomen Babel, quia ibi confusum est labium uniuersæ terræ, & inde dispersit

dispersit eos dominus super faciem cunctarꝝ regionum. Merito autem malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Genus uero ipsius pœnæ quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua est, ibi est damnata superbia, ut non intelligeret iubens homini, qui noluit intelligere ut obediret deo iubenti: sicq; illa conspiratio dissoluta est, cum quisque ab eo, quem nō intelligebat, abcederet: nec se, nisi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret. Et per linguas diuisæ sunt gētes, dispersæq; per terras, sicut deo placuit, qui hoc modis occultis, nobisq; incomprehēsibilibus fecit. Ex illis igitur tribus hominibus Noe filijs LXXII. linguæ per terras esse cœperūt, quæ crescendo ad insulas peruenerūt. Auctus autem est numerus gentium, multo amplius, quam linguarum.

De numero annorum à diluuio usq; ad natiuitatem Abrahæ, & quod aliter Iosephus atq; LXX. interpretes, siue Eusebius sentiant, quàm in Hebraica ueritate contineatur. Cap. XXXV.

IGitur ut supra memorare cœpimus, series annorum a diluuio, usq; ad natiuitatem Abrahæ ita continetur. Sem C. erat annorum quando genuit Arfaxat, biennio post diluuium. Porro Arfaxat cum esset XXX. annorum, genuit Sale. Sale quoque XXX. ætatis suæ anno, genuit Heber. Heber autem cum XXXIIII. annorꝝ esset, genuit Falech. Falech quoque uixit annis XXX. & genuit Reu. Reu uero uixit annis XXXV. & genuit Saruch. Saruch autem uixit annis XXX. & genuit Nachor: & Nachor uixit XXVIII. annis, & genuit Tharam. Thara uero cum LXX. esset annorꝝ, genuit Abram, & Nachor, & Aran. Ergo a natiuitate Abrahæ, qui X. fuit a Noe, sicut nunc declaratum est, supputa per singulas ætates, numerum annorum ab ortu uniuscuiusque patris, usque ad ortum subsequentis filij, & inuenies CCXCII. annos, id est, a natiuitate Abrahæ usque ad diluuium. Quamuis beatus Hieronymus in Chronico Eusebij, atq; Orosius in prima fronte suorum librorum, a quibus etiam Iosephus non longe exorbitat, aliter sentiāt in numero annorꝝ, dicentes a natiuitate Abrahæ usq; ad totius orbis diluuiū, inueniri supputando retrorsum annos DCCCC. XLII. Igitur mundi secunda ita se habuit ætas, ut prænotatum est, quantum ad nostræ paruitatis notitiam ex antiquorum authoritate peruenire potuit, quam ætatem pueritiam nominant.

Quomodo Thara cum Abraham & Loth & Aram exierit de Chaldæa, & uenerit in terram Chanaan. Cap. XXXVI.

IGitur Thara tulit Abram filium suum, & Loth filium Aran filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut iret in terram Chanaan: uenerunt q; usq; ad Aran, & habitauerunt ibi. Porro Iosephus, Vr ciuitatem Chaldæorꝝ esse dicit. Ex qua Thara profectus est cum familia domus suæ, & uenit in Aran, quod alia translatio solet nominare Charra. Hieronymus autem hunc historię locum ita explanat, scilicet de morte Aran, ante obitum patris atque de Vr Chaldæorum. Mortuus est Aran ante Tharam patrē suum in terra natiuitatis suæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuæ,in Vr Chaldæorum. Pro eo quod legimus in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum in Hebræo habetur:in Vr ceſtim, id eſt,in igni Chaldęo rum. Tradunt autē Hebræi ex hac occaſione iſtiuſmodi fabulam, qꝫ Abra ham in ignem miſſus ſit, quia ignem adorare noluerit, & qꝫ Babylonio ual latus incendio, dei auxilio liberatus, de idololatriæ igni profugerit. Quod uero in ſequētibus ſcribitur egreſſum eſſe Tharā cum ſobole ſua de regione Chaldęorum,pro eo quod in Hebræo habetur de Vr, hoc eſt, de incendio Chaldæorum,& hoc eſt quod nunc dicitur:mortuus eſt Aran ante conſpectum Tharæ patris ſui in terra natiuitatis ſuæ,in igne Chaldæorum: quod uidelicet ignem nolens adorare, igni conſumptus ſit.

Poſt mortem Tharæ patris Abraham, quod legitur dixiſſe dominum ad Abrahā:Exi de terra tua,& de cognatione tua,&c. cum prius cum patre egreſſus ſit ex ea,& de Nachor fratre Abraham,& ea quæ ad hanc ratio nem pertinent. Cap. XXXVII.

QVod uero commemorata morte Tharæ patris Abraham, deinde legitur:& dixit dominus ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui,&cæ. Hinc beatus Stephanus in Actibus apoſtolorum cum iſta narraret,inter cætera ſic ait: Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia prius q̄ habitaret in Charra, & ait ad illum: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui,ſecundū hæc uerba Stephani, non poſt mortem patris eius locutus eſt deus Abrahæ,qui uticꝫ in Charra mortuus eſt,ubi cum illo & ipſe filius habitauit. Sed prius q̄ habitaret in eadem ciuitate.i.cum eſſet in Meſopotamia,iam ergo exierat a Chaldęis. Quod iracꝫ adiungit Stephanus: Tunc Abraham egreſſus eſt de terra Chaldæorꝫ & habitauit in Charra,non q̄d ſit factum poſteaq̄ locutus eſt illi deus, neqꝫ em̄ poſt illa dei uerba egreſſus eſt de terra Chaldęorꝫ,cum dicat ei locutum dominum eſſe in Meſopotamia,ſed ad totum illud tempus pertinet q̄d ait: Tunc .i. ex quo egreſſus eſt a Chaldęis,& habitauit in Charra.Item quod ſequitur: Et inde poſtq̄ mortuus eſt pater eius, collocauit illum in terra hac, in qua nunc uos habitatis & patres ueſtri,non ait: Poſtq̄ mortuus eſt pater eius exijt de Charra, ſed inde hic eum collocauit, poſtq̄ mortuus eſt pater eius. Intelligendum eſt igitur locutum dñm fuiſſe ad Abraham cum eſſet in Meſopotamia, priusq̄ habitaret in Charra, ſed eum in Charran peruenisſe cum patre,retento apud ſe pręcepto dñi,& inde exiſſe ſeptuageſimo quinto anno,patris autem ſui centeſimo quadrageſimo & quinto. Collocationē uero eius in terra Chanaan non profectionem de Charra poſt mortem patris eius,factā eſſe dicit: quia iam mortuus erat pater eius,quando emit terram cuius iam ſuę rei cœpit eſſe poſſeſſor: Quod aūt iam in Meſopotamia conſtituto, hoc eſt, iam egreſſo de terra Chaldæorꝫ dicit dñs: Egredere de terra tua,& de cognatione tua,et de domo patris tui:nō ut corpus inde ejceret q̄d iam fecerat,ſed animum auelleret dicit̄. Non em̄ inde exierat animo, ſed ſpe redeundi & deſiderio tenebatur. Quæ ſpes & deſiderium deo iubente atqꝫ

atque adiuuante, & illo obediente fuerant amputanda. Non ſane incredibiliter exiſtimatur, cum poſtea ſecutus eſſet Nachor patrem ſuum,tūc Abraham præceptum domini impleſſe, ut cum Sara coniuge ſua, & Loth filio fratris ſui exiret de Charra. Narratur enim in locis ſuperioribus, quemadmodum Thara cum ſuis regionem reliquerit Chaldæorum, & uenerit in Meſopotamiam & habitauerit Maran. Tacetur autem de uno eius filio, qui uocatur Nachor,tanquam eum non duxerit ſecum. Sed inuenimus poſtea, cum ſeruum ſuum mitteret Abraham ad accipiendam uxorē filio ſuo Iſaac, ita ſcriptum eſſe. Et accepit puer decem camelos de camelis domini ſui, & de omnibus bonis dñi ſui ſecum,& exurgens profectus eſt in Meſopotamiam in ciuitatē Nachor. Iſto & alijs ſacræ huius hiſtoriæ teſtimonijs oſtenditur: etiam Nachor exiſſe de regione Chaldæorum,ſedeſque conſtituiſſe in Meſopotamia,ubi cum patre ſuo habitauerat Abraham. Cur ergo cum ſcriptura non commemorauit,quando ex gente Chaldæa cum ſuis profectus eſt Thara, & habitauit in Meſopotamia: ubi non ſolum Abraham filius eius,uerumetiam Sara nurus,& Loth nepos eius commemoratur,quod eos duxerit ſecum, niſi forte quod a paterna & fraterna pietate deſciuerat,& ſuperſtitioni adhæſerat Chaldæorum: & poſtea inde ſiue pœnitendo,ſiue perſecutionem paſſus (quod ſupectius habetur) & ipſe migrauerit? Et facti ſunt omnes dies Tharæ ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Aran. Non ſic accipiendum eſt quaſi omnes hos dies ibi egerit:ſed quia omnes dies uitæ ſuę,qui fuerunt anni ducenti quinque,ibi compleuerit. Ignoratur autem quot annis uixerit Thara in Charra,quoniam nō legitur quoto anno uitæ ſuæ in Charram uenerit. Et abſurdum eſt exiſtimare,in iſta ſerie generationum,ubi diligenter cōmemoratur, quot annis quiſque uixerit,huius ſolius numerꝫ annorꝫ uitæ non commemoratum eſſe.

Cum aliquorum vitę adnumerantur anni,cur aliorum taceantur in Geneſi. Cap. XXXVIII.

QVod enim quorundam quos eadem ſcriptura commemorat,tacentur anni, cum aliorum adnumerentur, quæri ſolet. Quibus eſt reſpōdendum,quoniam non ſunt in eo ordine,in quo temporum dinumeratio deceſſione gignentium, & genitorum ſucceſſione contexitur: ob hanc cauſam eorum uitæ non adnumerari annos. Iſte autem ordo qui dirigitur ab Adam uſque ad Noe, & inde uſque ad Abraham: ſine numero annorum neminem continet.

Pater Melchę,ipſe eſt pater Ieſęę, vel quę fuit Ieſca. Cap. XXXIX.

IGitur quod in Geneſi legitur, pater Melchę, ipſe eſt pater Ieſęę,uel quæ fuit Ieſca: ita intelligendum eſt: Thara genuit Abraham,& Nachor,& Aran. Aran uero genuit Loth, & Melcham, & Sarai cognomento Ieſcam, & acceperunt uxores, Abraham Sarai, & Nachor Melcham. Nec dum uero inter patruos,& fratrū filios,nuptiæ lege prohibitę ſunt.

Quomodo Sara cū à Pharaone rapta fuerit, ab eo violata eſſe non credatur. Cap. XL.

Queri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVeritur quomodo Sara cum a Pharaone rapta fuerit, ab eo uio lata esse non credatur, nisi quia iuxta librum Hester, quæcunque mulierum placuisset regi apud ueteres, sex mensibus ungue batur oleo myrteo, & sex mensibus in pigmentis uarijs erat, & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad regem. Atque ita potest fieri, ut Sara postquam placuerat regi, & dum per annũ eius præparabatur introitus ad regem, quod interim Abrahæ Pharao multa donauerit, & Pharao postea percussus sit a domino, illa adhuc intacta ab eius cõcubitu permanente.

Qui sint expediti, quos Abraham numerasse legitur. Cap. XLI.

QVæritur etiam qui sint expediti, de quibus in Genesi dicitur: Numerauit expeditos uernaculos suos. Expeditos dixit iuuenes ad bellum promptos, & qui non fuerunt uxorati. De quibus in sequentibus dixit: Exceptis his quę comederent iuuenes. Et persecutus est eos usq; ad Dan. Dan Phœnicis oppidum est, quod nunc Peneas dicitur, ubi unus de fontibus Iordanis oritur, qui dicitur Dan, alter uero Ior: & his duobus fontibus, qui non procul a se distãt, in unum riuulũ fœderatis, Iordanis appellatur. Ergo sicut ex duobus fontibus unus fluuius: ita ex nominibus duobus una appellatio procreatur.

Quis Melchisedech sit rex Salem qui ab Abraham decimas accepit. Cap. XLII.

MElchisedech rex Salem, protulit panes & uinum Abrahæ. Erat autem sacerdos dei altissimi, benedixitque illi. Tradunt quoque hunc esse Sem, primum filium Noe, qui mutato nomine nũcupatus sit Melchisedech: quod in nostra lingua interpretatur rex iustitiæ: & eo tempore quo ortus est Abraham habuisse ætatis annos CCC. XC. qui ita supputantur. Post diluuium anno secundo cum C. esset annorum Sem, genuit Arfaxath. Post cuius ortum uixit annis D. hoc est, simul DC. Arfaxath annos natus XXXV. genuit Sale. Qui & ipse tricenarius procreauit Heber: quem XXXIIII. annorum legimus genuisse Phalech. Rursum expletis annis XXX. genuit Reu. Qui & ipse post XXX. & V. natiuitatis suę annum, edidit Seruech. De quo cum ad XXX. peruenisset annos, ortus est Nachor. Qui XXIX. annorũ genuit Tharam, quem legimus quod septuagenarius genuerit Abraham, & Nachor, et Arãt. Supputa per singulas ætates annorum numerum, & inuenies ab ortu Sem, usq; ad generationem Abraham, CCC. XC. annos. Mortuus est autem Abraham C. & LXXV. ætatis suę anno. Ratione deducta, inuenitur Sem, abneporem suum Abraham superuixisse annos XXXV. simulque de hoc tradunt usque ad sacerdotium Aaron, omnes primogenitos fuisse sacerdotes, & deo uictimas immolasse, & hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo uendiderit Iacob. Nec esse mirum, si Melchisedech uictori Abraham obuiam processerit, & in refectionẽ tam ipsius quam pugnatorũ eius panem uinumq; pro-

protulerit, et benedixerit ei, cum abnepoti suo hoc iure deberet, & decimas prædæ atque uictoriæ acceperit ab eo, siue quod habetur ambiguum, an ipse dederit ei decimas substantiæ suæ, & habitam largitatem ostenderit in nepotem. Vtrunque enim intelligi potest, & iuxta Hebraicum, & iuxta LXX. interpretes: quod & ipse acceperit decimas spoliorum, & Abrahæ dederit decimas substantiæ suæ: Quanquam Apostolus in epistola ad Hebræos apertissime diffiniat, non Abraham suscepisse a Melchisedech decimas diuitiarum eius, sed de spolijs hostium, partem accepisse pontificem. Salem autem non ut Iosephus, & nostrorum omnes arbitrabãtur esse Hierusalem, nomen ex Græco, Hebræoq; compositum, quod absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat: sed oppidum iuxta Scythopolim, quod usq; hodie appellatur Salem. Ostẽditur ibi palatium Melchisedech, & ex magnitudine ruinarum ueteris operis ostendens magnificentiam. De quo in exteriore quoq; parte Geneseos scriptũ est: Venit Iacob in sochot, id est, in tabernacula, & fecit sibi ibi domos atq; tentoria, & transiuit in Salem ciuitatem regionis Sychem, quæ est in terra Chanaan. Considerandum quoq; est, quod Abrahæ a cæde hostiũ reuertenti (quos persecutus est usq; Dan, quæ hodie Paneas appellatur) non de uia Hierusalem, sed de oppido metropolis Sychem iter fuerit. De quo in Euangelio quoq; legimus: Erat autem Iohannes baptizãs in Enon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi. Nec refert utrum Salem, an Salim nominetur, cum eisdem uocalibus in medio literis per raro utantur Hebræi, & pro uoluntate lectorum, ac uarietate regionum, eadem uerba, diuersis sonis atq; accentibus proferantur. Apostolus quoq; hunc Melchisedech dicit esse sine patre, sine matre, sine genealogia. Quod ideo dixit: quia genealogiã eius sancta scriptura nõ narrat, uel quia secundum legalem traditionem, non offerebat hostias, quas dominus sacerdotibus Leuitici generis, immolare præceperat, siue quia ex tribu Leui, nec patrem habuit, nec matrem: sicut præmissum est.

NE TIBI FVCVM FACERE VIDEAMVR, candide Lector, ingenue fatemur, hic inter primum & secundum librum utrinque aliqua desiderari nulla sane nostra uel incuria uel studio: sed exẽplaris, ex quo hæc cum aliud correctius non suppeteret descripsimus, uitio. De quibus tamen non est quod magnopere labores, cum huiusmodi fere sint illa, ut ex sacrorum bibliorum lectione abunde constare tibi queant.

C FRE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRECVLPHI EPI-
SCOPI LEXOVIENSIS CHRO-
nicorum Tomi prioris, in quo ab initio mundi usque ad Natiuitatem Christi continua ac compendiaria quædam rerum gestarum texitur historia,

LIBER II.

De Ioseph in Aegypto exaltatione, & quam ob causam filij Israel inde discesserint, ethnicoq; historiographorum partim imperfecta, partim falsa narratio. Cap. I.

E HOC AVTEM NOSTRO Ioseph, ethnici etiam historiographi aliqua scripserunt. Pompeius enim historicus, eiusque breuiator Iustinus, inter cętera sic ait: Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit. Cuius excellens ingenium fratres ueriti, interceptū peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, cum * magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, in breui ipsi regi percharus fuit. Nam & prodigiorum lagaciſſimus erat & somniorum primus intelligentiam condidit, nihilq; diuini iuris, humaniq; ei incognitum uidebatur: adeo, ut etiam agrorum sterilitatem futuram, ante multos annos prospiciens, fruges congregasset, tantaque experimenta eius fuerint, ut non ab homine, sed a deo responsa uiderentur. Filius Ioseph Moses fuit, quem præter paternæ scientiæ hæreditatem, etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Aegyptij cum scabiem & uitiliginem paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. Hæc Iustinus. Sed quoniam hæc idem Moses, quem isti sapientem, scientemq; fuisse attestantur, plenius, ueriusq; tam per se, q̄ per suos quæ gesta sunt cōscripsit: primum fide eius atq; authoritate quam etiam isti probant, horæ ignorantia est supplenda. Dehinc sacerdotum Aegyptiorum fallax malitia cōfutanda est, qui uel astu (quod manifestius est) euidentē iram, misericordiamq; ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt, particulatim expositione confusa, ne in cōtumeliam idolorū suorū, eum colendum merito ostenderent, cuius consilio adnuntiata hæc mala, & auxilio euitata docuissent, uel forte, ut indulgentius accipiamus, obliti sunt. Illius enim nostri Ioseph, qui fuit ueri dei seruus, & pro creatura domini sui, pie, intenteq; solicitus prouisione, ipsi abundant frugibus quasi sacerdotes. Sed quia falsi sacerdotes erant, cum cæteris esurientibus non dolebant. Enimuero cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit: quanquam huius temporis argumentum historijs, fastisque retinentibus, ipsa sibi terra Aegypti testis pronuntiat, quæ tunc redacta in potestatem regiam, restituta que cultoribus suis, ex omni fructu suo usque nunc quintæ partis incessabile uectigal exoluit. Fuit itaque hęc fames magna,

* Alias magnis cas.

gna, sub rege Aegyptiorum Diopolita, cui nomen erat Amoses. Quo tempore Baleus Assyrios, Argiuos Apis regebat. Fuerunt autem ante annos septem præcedentes alij septem ubertatis anni, quorum affluentiam tanto negligentius perituram, quanto uberius natam, Ioseph noster solertia sua collegit & condidit, totamque Aegyptum conseruauit: acquisiuit uniuersam Pharaoni pecuniam, & deo gloriam reddens, dispensatione iustissima cui uectigal, uectigal: cui honorem, honorem: omniumq; pecorā, terras, censusque collegit. Semina etiam sub taxatione statuta eis tribuit, ut terram Aegypti, quam emerat, exoluerent: & quintam partem de fructibus regi darent.

Patriarchę Iacob luculentum de CHRISTI aduentu vaticinium. Et quo tempore Græcia frugibus uti cœperit. Cap. II.

ASsyriorum X. Altadas regnat annis XXXII. A natiuitate Abrahæ CCCXV. erat annus: & repromissionis CCXL. Syconiorū X. Eratus. Quartus Argis, Argus regnat. Aegyptijs XVIII. Dinastia. Amoses tunc primus Diapolitanorum regnabat. Iacob autem cum CXLVII. ætatis suę annum duceret, prophetans de CHRISTO, & de gentium uocatione, dicens in benedictione Iudæ: Nō deficiet princeps ex Iuda, et dux de femoribus eius, donec ueniāt quę reposita sunt ei, et ipse erit expectatio gentiū. Moriturus, filios suos & nepotes ex Ioseph benedixit, & obijt in Aegypto. Cuius cadauer Ioseph cum magno honore reuocat in terram Chanaan. Ergo regnante Argo, cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Argus quoque suum post obitum, deus habitus est, templo et sacrificijs honoratus, qui honor eo regnante ante illum delatus est homini priuato, & fulminato cuidam Gyro, eo quod primus ad aratrum boues iunxerit. Eo itaque tempore Sparta condita, a Spartato filio Phoronei.

De obitu Ioseph, & subsecuta mox filiorū Israel afflictione. Cap. III.

ASsyriorum XI. Manitus annis XXX. A natiuitate Abrahæ CCCXLVII. erat annus: repromissionis autem CCLXXII. Syconiorum XI. Plemneus, Aegyptiorum Ammenophis, cui Necges succedit. Igitur his regnātibus, Ioseph moriē. Post cuius mortē populus dei mirabiliter crescēs, tranquille prius mansit, donec morerentur, quibus Ioseph notus fuit. Deinde quia inuidebatur eius incrementis, eratq; suspecta, Aegyptij Hebrēos seruitute deprimūt: quam seruitutem durissimam annis CXLIIII. sustinēt, quousq; diuinitus liberarentur. Fiunt autem omnes anni, quos Hebræi in Aegypto fecerunt CCXV. qui ab eo tempore computātur, ex quo Iacob cum filijs suis descendit in Aegyptum. Ergo secūdum opinionem quorundam, his temporibus Prometheus fuit: a quo homines de luto factos esse commemorant. Et reuera cum sapiens esset, feritatem eorum & nimiam imperitiam ad humanitatem & scientiam transfigurabat, nec tamen qui eius tempore fuerint sapientes, ostenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Callithias primus Argis sacerdotio functus. Quo tempore & Atlas astrologus insignis fuit. Cap. IIII.

ASsyriorum XII. Machaleus annis XXX. A natiuitate Abrahæ CCCLXXVII. repromissionis autem annus CCCII. erat: Argis V. Criasus regnat. Primus quippe sub eo Argis sacerdotio functus est Callithias Pirãtis filius. Sycioniorum XII. rex Orthopolis, Aegyptiorum Nusspharmithos, cui succedit Tumosis. His enim temporibus, Atlas frater Promethei, præcipuus astrologus fuit. Qui ob eruditionem disciplinæ, cœlum etiam sustinere dictus est. Euripides autem, montem esse eum altissimum affirmat, qui Athlas uocatur.

Syria vnde nomen sortita. Cap. V.

ASsyriorum Iphræus annis XXX. A natiuitate Abrahæ CCCCVII. repromissionis autem CCCXXII. Aegyptiorum Amenopis. Hic est Amenopis, quem quidã Menonem putant, lapidem loquentem. Quibus regnantibus Syrus fuisse perhibetur indigena: ex cuius uocabulo Syria nuncupata est. Aethiopes etiam tunc ab Indo flumine consurgentes, iuxta Aegyptum confederunt.

Quo tempore & quibus coætaneis Moses Aegyptiorum philosophiam didicerit. Cap. VI.

ASsyriorum quartusdecimus Mamilus, annis triginta. A natiuitate Abrahæ quadringentesimus uicesimusseptimus, repromissionis uero trecentesimus quinquagesimussecundus: Argis, sextus rex Phorbas, Aegyptiorum autem Orus. His enim regnantibus, Moses adolescens, omnem philosophiam Aegyptiorum didicit. Epidaurus itaque ciuitas condita est. Primus quippe Emon regnauit in Thessalia. Phorbas Rodum obtinuit. Hercules, ut fertur, Anthæum luctæ uicit certamine. Trochilus primus iunxisse quadrigam, Xantus Triopalesbum condidit, Cidon regnauit in Creta. Quidã uero scribunt Prometheum & Phiemetheum atque Athlantem fratrem Promethei & Argum cuncta cernentem, & Io filiam Promethei his fuisse temporibus, alij uero ætate Cecropis, nonnulli ante Cecropem, annis sexaginta aut nongentis.

Quibus temporibus Athenienſium regnum cœperit. Et de Athenarum appellatione deorum Neptuni & Mineruæ contentio. Cap. VII.

ASsyriorum quintusdecimus Spartus, annis quadraginta. A natiuitate Abrahæ quadringentesimus quinquagesimusseptimus, repromissionis uero trecentesimus octogesimussecundus erat annus. Sycioniorũ tertiusdecimus Marathius, Argis septimus Troas regnat. Aegyptiorum Aceneres. His temporibus Athenienſis regni principium fuit. Primus enim Cecrops, qui & Difies in Acta, quæ nunc Attica uocatur, regnauit annis quinquaginta. A Cecrope autem, usque ad primam Olympiadem numerantur reges quatuordecim. Principes uero, quos mors tantum finiebat, duodecim: sub quibus apud Græcos multa miranda narrantur accidisse. Dicebatur autem Cecrops Difies, siue ob longitudinem corporis, siue ob id, quod cum Aegyptius esset, utranque linguam

linguam sciebat. Hic autem Cecrops, in Euboea Athenas, quam & Diadas uocant, condidit: quam urbem Euboici Corcomenon appellauerunt. Deorum nanq; iudicium, Neptuni & Mineruæ, de contentione regionis apud Cecropem actum fuisse confingitur hunc in modum. Nam ut Athenæ uocarentur, (quod certe nomen a Minerua est, quæ Græce Athena dicitur,) hanc causam Varro indicat: Cum apparuisset illic repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset: regem prodigia ista mouerunt, & misit ad Apollinem Delphicum, sciscitãdum quid intelligendũ esset, quidue faciendũ. Ille respondit, q̃d deam Mineruam significaret, & Neptunum, & quod esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, ciuitas uocaretur. Iste Cecrops, oraculo accepto, ciues omnes utriusque sexus consulens, mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam fœminæ publicis consultationibus interessent, ad ferẽdum suffragium omnes conuocauit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Et quia una plus inuenta est fœminarum, Minerua uicit. Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exæstuantibus terras Athenienſium populatus est, quoniam spargere latius quaslibet aquas difficile dæmonibus non est. Cuius, ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem author, ab Athenienſibus affectas esse mulieres, ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenas uocaret. Ita illa ciuitas, mater aut nutrix liberalium doctrinarum, & tot, tantorumq; philosophorũ, qua nihil habuit Græcia clarius atq; nobilius, ludificãtibus dæmonibus de lite deorũ suorũ, maris et fœminæ, & de uictoria per fœminas, fœminæ Athenas nomẽ accepit. Areopagus uero dicitur in eadẽ ciuitate, ubi cũ Atheniẽſibus Paulus apoſtolus disputauit, a Marte, qui Græce Ares nũcupatur: qm̃ cum homicidij crimine reus fieret, iudicãtibus XII. dijs, in eo pago VI. sententijs absolutus est. Vbi em̃ par numerus sententiarũ fuisset, ibi absolutio dãnationis erat. Varro autẽ astruit Neareonpagon Athenienſiũ, de noĩe Martis & pagi, quasi Martis pagũ nominasse credit. Areopagitæ naq; curiales eiusdẽ urbis sunt.

De Moseos natiuitate, expositione, educatione, vita & rerum ab eo cum in Aethiopia, tum in Aegypto gestarum historia. Cap. VIII.

ASsyriorũ sextusdecimus, Aschatades annis quadraginta. Huius regni anno octauo Moses uirtutibus atq; prodigijs insignibus in Aegypto perpetratis, ad desertũ Sinai iubente dño populum Hebræorũ educit ex Aegypto, cum esset annorũ quingentorum quinq;, a natiuitate Abrahæ: repromissionis autẽ quadringentesimus tricesimus, eisque in eremo, per annos quadraginta legem exponit. Igitur ab exitu Israelitici populi de Aegypto, usq; ad Solomonẽ, & ædificationem templi, numerantur anni CCCCLXXIX. Secundum minorẽ tamen numerum, quem III. Regnorũ liber cõtinet: nam iuxta uolumen Iudicum, supputãtur anni DC. Sycioniorũ autẽ XIIII. Maratus rex erat: cui succedit Echireus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argis nanq; Erotophus octauus erat rex, qui Sthenelum habuit succeſſo-
rem. Quibus temporibus de principibus Argiuorum, Caſtores exiſtunt.
At cum Danaus Sthenelum expuliſſet, Argos tenuit: minoreſque eius per
ſeuerauerunt, uſq; ad Curiſteum filium Stheneli nepotē Perſei. Poſt quem
Pelopides imperium ſuſceperūt, primo ex ipſis regnante Atreo. Quo tem
pore, primus pontifex apud Hebræos conſtituitur Aaron, iubente deo, fra
tre Moſi. Ergo quis iſte Moſes eſſet paucis indicare curabo: Is enim ſepti
mus erat ab Abraham, filius Ambri, qui fuit de patre Caath, qui natus eſt
de Leui: Leui uero de Iacob, qui fuit ex Iſaac filio Abraham. Mortuo
nanque Ioſeph, dum Aegyptij duriſſimo opprimerent ſeruitio filios Iſra-
el, quidam eorum ſacer ſcriba uaticinando prædixit, puerum naſciturum
ex Hebręis, qui & Aegyptios ualde affligendo humiliaret: & progeniem
Ioſeph a iugo ſeruitutis eorum eriperet. Quam ob rem regem cum Aegy-
ptijs ſuis armauit conſilijs, ut omnes Hebræorum mares, quotquot naſce
rentur, interimerent: quod ita & facere niſi ſunt. Quibus Hebræi afflicti
malis, Ambri anxietate non modica uexabatur. Cui deus in uiſu noctis
aſtitit, eique filium prædixit naſciturum, qui & ſuos a tanta liberaret mi-
ſeria & Aegyptios afflictos, ſpoliatoſque ac demum in mari demerſos ſu-
peraret: & memoriam ſui nominis celeberrimam per omnia relinqueret ſe-
cula, quam euentus rei uiſionem ueram declarauit. Ergo ut Moſes natus,
partus ipſius obſtetricibus celatus eſt, annuente domino, ac ſic tribus men
ſibus domi enutritus, dum eius genitor amplius celare diffideret, in uaſcu
lo de papyro facto, ac bitumine linito, in flumen expoſuit: illum domi-
no commendans, qui eum prædixerat naſciturum fore. Deus enim Ter-
muth filiam regis, ludendi gratia ad ripam fluminis adeſſe fecit. Quæ dum
uas cerneret in crepidine fluminis, ad ſe deferri iubet: conſpectoque pue-
ro, dum in eo elegantem cerneret formam, ualde eſt gauiſa, nutriri illum
iubet, & dum propriam non haberet ſobolem, hunc ſibi adoptauit in fili-
um. Qui ſpecie decorus, ingenio feruens, ita dumtaxat ut plurimi ammi-
rantes, uidendi gratia ad eum properarent: ſua relinquentes negotia, dele-
ctati eius potius uiſione. Erat enim infantilis in eo multa gratia. Termuth
autem, quæ ſibi cum adoptauerat in filium, dum ſæpius ad patrem ipſum
deferret, contigit quadam die, ut rex eundem ſumens & ad pectus appli-
cans, pro filiæ gratia diadema capiti eius imponeret. Quod Moſes qua-
ſi infantiliter ludens, arreptum in terram proiecit, pedibuſque conculca-
uit. Hoc autem ſacer ille ſcriba cernens, exclamauit hunc eſſe, quem na-
ſciturum nutu dei prædixerat, qui principatum deijcere Aegyptiorum ac-
celeraret, niſi prius morte præuentus fuerit: impetum in eum faciens, in-
terficiendum decernebat. Ad cuius necem ſegnius rex excitabatur, ne filia
am offenderet charam. Quem Termuth uix e manibus eorum eripuit, &
a morte ſaluauit. Poſt aliquod uero temporis ſpatium inter Aegyptios
& Aethiopes, ſæuum exortum eſt bellum. Quidum noſcuntur eſſe uici-

cini,

cini, negotiatores hinc inde mercimonia ferentes, ad lites & iurgia prouoca-
uerunt Aegyptios. Quam ob rem Aethiopes hæc indignando arma ſu-
munt, Aegyptum uaſtando ac ſæuiendo, ciuitateſque eorum capiendo, re
ſiſtente nullo bacchantes, uſque ad Memphim ciuitatem Aegyptiorum no
bilem perueniunt. Hac compulſi neceſſitate Aegyptij, ad diuinationes &
reſponſa confugiunt, acceptoque oraculo, ut Hebræus dux exercitus con
ſtitueretur, cuius auxilio non ſolum a finibus ſuis pellerentur Aethiopes,
ſed etiam ditioni ſubijcerētur Aegyptiorū. Eligitur autem Moſes, quem &
prudentia elegantior, & forma commendabat excellentior, dux exercitus.
Qui dum in hoſtes irruere ita diſpoſuit, ut eius aduentum minime præui-
dendo cognoſcerent, exercitum per loca inuia deſerti deduxit. Difficulta-
tem uero itineris impetus maxime ſerpentiū, non ſolum repentium, ſed etiā
uolantium, per deſertum inuia loca præbent. Ille autē diuinitus accepto con
filio, ibes in caucis recluſas, quas ſerpentes maxime uerētur, ſecum tulit. Eſt
autē hoc animal ſerpentibus inimicū. Fugiunt em̄ eis aduenientibus, et cum
ſe celare uoluerint, uelut flatu ceruorū abreptæ deuorantur. Quarū ſolatio
exercitum a peſte animalium uenenatorū liberauit. In Aethiopes ex aduer-
ſo irruens, quos in primo certamine profligendo deuicit, fugatos cęcidit. Et
dum ei in nullo reſiſtere ualerent loco, ſe ad nobiliſſimam eorum ciuitatem
contulerunt Saba. In qua dum obſiderentur, & Moſes nobiliter ac prudē
ter ſæpius certādo obſeſſos affligeret, a filia regis Aethiopū adamatus eſt.
Quę dum uim amoris ferre nequiret: per fideles miniſtros nuptias eius ex-
petiuit. Quod Moſes minime denegans, ſub ea ſcilicet conditione, ut ſœde-
rati ciues, ſe manibus eius traderent. Quod per conſilium prędictæ puellæ
eiſius expletū eſt, eamq; Moſes celebratis nuptijs ſuo copulauit matrimo-
nio: ac ſic demum debellata Aethiopia, reuertitur in Aegyptum cum trium
pho. Quæ proſperitas & ſuis fiduciā libertatis, & Aegyptijs metū intulit
maiorē: unde & opportunitatē quærentes, ut eum morti traderent. Quod
Moſes intelligēs, meditabatur qualiter eorū declinaret inſidias. Interfectoq;
Aegyptio, dum quæreretē ad mortē, uix elapſus per loca difficillima deſerti
fugit in Madian: & ibi cum Iethro ſacerdote degēs, cuius filiā duxit uxorē,
dumq; illius paſceret gregē in monte Sina colloquio fruēs dei, ab eo in Ae-
gyptum miſſus eſt ob liberationē filiorū Iſrael. Hæc nanq; ex Ioſephi decer
pſimus hiſtoria. De eodē etiam Moſe, hiſtoriographi gentiū quædam ſcri-
pſerunt: ex quorū aſſertionibus aliqua decerpere libuit. Ait Pōpeius de illo,
ſiue Iuſtinus hoc modo: Aegyptij cum ſcabiē ac uitiliginē paterētur, reſpō
ſo moniti, Moſen cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Aegy-
pti pellūt. Dux igitur exulū factus, ſacra Aegyptiorū furto abſtulit: quæ ar
mis repetētes Aegyptij, domum redire tempeſtatibus cōpulſi ſunt. At uero
Cornelius de eadem re ſic ait: Plurimi authores cōſentiunt orta per Aegy-
ptum rabe; quæ corpora fœdaret, regē Bocchorē, adito Hammonis oracu
lo, remedium petentem, purgare regnum, & hoc genus hoim, ut inuiſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dijs, alias in terras abire iussum. Sic conquisitum collectumque uulgus, postquam uastis locis relictum sit, cæteris per lachrymas torpentibus, Mo sen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumue opem expecta rent, sed sibimet duces cœlesti crederent, primo cuius auxilio præsentes mi serias pepulissent. Itaq; Cornelius dicit, quod ipsis Aegyptijs cogẽtibus Iu dæi in deserta propulsi sint: & postea subiungit incaute, quia ope Mosi ducis, in Aegypto miserias propulissent. Quare ostenditur: quædam quæ per Mosen strenue acta sunt, fuisse celata. Item Iustinus asserit, pulsum æ que cum populo Mosen sacra Aegyptiorum fuisse furatum. Quæ Aegy ptios armis recipere molientes: coactos tempestatibus ac repulsos, domum redisse. Et hic aliquid amplius, & si non totum, prodidit quod ille celauit. Quapropter si Mosi magno illi duci, testimonium ambo dixerunt, ab ipso sicut per eum & gesta & dicta sunt, melius proferuntur. Hinc autem Oro sius historiographus sic ait: cum populũ dei, hoc est, genus Ioseph, Aegyptij cuius ope salui erant, seruitio oppressum labore cruciarent: insuper etiam ad necandam sobolem suam crudeli imperio cogerent, dimitti deus populum suum liberum ad seruiendum sibi per Mosen nuntium iubet: cõtemptusq; durissimis contumaces supplicijs agit. Qui decem plagis onerati ac protri ti tandem quos dimittere noluerant, etiam festinare coegerunt. Post aquas in sanguinem uersas, ardentibus siti grauiora afferente pœnarum remedia, quam pœnas. Post horridos ranarum squalores, per omnia munda, im mundaque reptantes. Post ignitas cyniphes, & nusquam toro aere uibran te uitabiles. Post muscas caninas, etiam per interiora membrorum horri dis morsibus cursitantes, acerbeque inferentes tam grauia tormenta, quam turpia. Post omnium pecorum & iumentorum repentinam ruinam stra gemq; generalem. Post uesicas efferuescentes, ulceraque manantia, & ut ipsi dicere maluerunt, scabiem, ac uitiliginem totis corporibus erumpen tem. Post grãdinem cum igne permixtam, passim homines, armenta, atq; arbores proterentem. Post locustarum nubes, exhaustis omnibus ipsas quoque radices seminum persequentes. Post tenebras, imaginibus diras crassitudine palpabiles, diuturnitate ferales. Postremo, post uniformem in tota Aegypto primitiuæ sobolis necem, paremq; per uniuersos orbitatum tempestatem, qui iubenti deo non cesserant, cessere punienti. Sed mox pessi ma pœnitentia dimissos persequi ausi, ultima nephandæ peruicatiæ expen dere supplicia. Nam rex eorum uniuersum Agypti exercitũ, curribus atq; equitibus instructum, in circumerrantes egit. Cuius numerum hoc solo, uel maxime argumento conijcere possumus: quod cum DC. milia uirorum ti muerunt atq; fugerunt. Sed protector depressor & ultor contumaciũ de us, diuisit subito rubrũ mare, ac dilatans utrũq; marginibus, rigentiũ unda rum in montis faciẽ latera erecta suspẽdit, ut inoffensi spe limitis prouocati, pijq; uiã desperatę salutis, impij in foueã insperatę mortis intrarẽt. Itaq; He bręis tuto per sicca gradientibus refusis a tergo aquarę astantium molibus, obruta

obruta est & interfecta, cum rege suo, uniuersa Aegypti multitudo: to taque prouincia plagis antea cruciata, hac postremo interfectione uacuata est. Extant etiam nunc certissima horum monumenta gestorum. Nam tra ctus curruum rotarumq; orbitę, non solum in littore, sed etiam in profun do, quousq; uisus admittitur, peruidẽtur. Et si forte ad tempus, uel casu, cu riositate, cuiuspiam turbantur: continuo diuinitus in pristinam faciem, uen tis fluctibusque reparantur: ut quisquis non docetur timorẽ dei propalatæ religionis studio, iræ eius transactę ultionis terreatur exemplo. Cecropem enim, de quo supra diximus, tempore etiam Mosi ducis gentis Hebræo rum (qui primus omnium prophetarum ante aduentum domini saluatoris diuinas leges sacris literis explicauit) fuisse eruditissimum tradiderunt. Hic Moses omnibus, quos Græci antiquissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet, & Hesiodo Troianoq; bello, ac multo superius Hercule Musęo, Lino, Chirone, Orphæo, Castore, Polluce, Esculapio, Libero, Mercurio, & Apolline, & cæteris dijs gentium, sacrisq; uel uatibus, ipsius quoque Iouis gestis: quem Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos, in quam, omnes quos enumerauimus, etiam post Cecropem Difien, quem primum Atticæ regem fuisse conuincimus. Itaque sine ulla ambiguitate Moses, & Cecrops, qui primus Athenienſium fuit, ijsdem fuere tempori bus. Porro iste Cecrops Difies indigena, sub quo primum in arce oliua ora ta est, & Athenienſium urbs, ex Minerue appellatione sortita nomen. Hic primus omnium, Iouem appellauit, simulachra repperit, aram statuit, uicti mas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia unquam uisis. Ce tera quoque, quæ apud Græcos mira iactantur, posteriora Cecrope depre henduntur. Post hunc enim scribitur diluuium, sub Deucalione, incendium sub Phaetonte, Ericthonius Vulcani & terræ filius, Dardanusq; qui Dar daniam condidit. De quo Homerus:

Quem primum genuit cœlesti Iuppiter arce.

Libere quoque raptus Europæ, sacra Cereris, atque Isidis delubrum in Eleusina, frumenta Triptolemi, regnũ Trois, cuius dinatum Ganymedem ad sydera raptum, uina dei magnis uoluerunt fundere mensis. Quo tempo re Tantalus quoq; & Tytios fuerunt, & Apollo natus est. Nam Latona Iouis coniũx tempore Tytionis fuit, Latonæ autem & Iouis (ut ferunt) fuit Apollo filius. Post quos Cathmus Thebas uenit, qui Semelen genuit: de qua pulcherrima proles Liber condignam partu tulit edita frugem. Porro Liber & reliqui, quos mox inferemus, post ducentesimum annum Cecro pis fuerunt, Linus scilicet & Cethus, & Amphion, Musęus, Orpheus, Mi nos, Perseus, Esculapius, gemini Castores, Hercules, cum quo Apollo ser uiuit Adineto. Post quos facta est Troianæ urbis euersio, quam Homerus longo sequitur interuallo, longe post fuerunt. Homerus autem Solone & Thalete Milesio cæterisque qui cum his septem sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras exitit, qui se non sapientem ut prio

Universidad de Deusto
Biblioteca

priores,sed philosophum,id est amatorem sapientiæ dici uoluit, quem secutus Socrates, qui Platonem erudiuit, a quo famosa in partes philosophia diuisa est. Horum singulos,iuxta ordinem sequentis historiæ, suis locis inseremus. His etiam temporibus,adeo iugis & grauis æstus incanduit, ut sol per deuia transuectus,uniuersum orbem,non calore affeciſſe, sed igni torruiſſe dicatur:impressumq; feruorẽ,& Aethiops plus solitum , et insolitum Scytha non tulerit : ex quo etiam quidam,dum non concedunt deo ineffabilem potentiam suam, inanes ratiunculas conquirentes, ridiculam Phaetontis fabulam texuerunt. Igitur ut supra memini, anno octauo regnante Scatade in Assyrijs,fiunt anni trãsacti repromissionis quadringenti triginta, a natiuitate uero Abrahæ quingenti quinque. Moses autem octogesimum ætatis habens annum,dux itineris efficitur Hebræorum ab Aegypto: præsuitq; populo dei in deserto annis quadraginta, tradensq; ei legem a deo sibi datam. Eo tempore secũdus Athenienſium Cranauus rex erat, qui habuit successorem Amphition. Quo in tempore Curytes & Corybantes Gnoſon condiderunt,qui modulatam & inter se concinentem, in armis saltationem reperrerunt: musicus Euethæi & nymphæ filius agnoscitur. Hoc enim tempore Corinthus est condita,quæ prius Ephira uocabatur. Secundum uero nonnullos,Io in Aegyptum profecta,& ibi Isis nuncupata est. Quæ nupta postea Thelegono regi Aegyptiorum Epafum genuit.

De filiorum Danai & Aegisti parricidijs, Aegypti prima appellatione & Busiridis in ea tyrrannide. Cap. IX.

Assyriorum septimusdecimus Amnites annis quadraginta quinque. Huius nanq; anno nono Moses moritur, & Iesu Naue ducatum populo præbet,annis uiginti sex: qui terram Palæstinorũ sorte distribuit Iudeis. Eratq; tunc secundus pontifex Hebrẽorũ Eleazar :Ergo a prima mundi fabrica, usque ad Mosi obitum , libri ipsius quinq; continent annos tria milia ,septingentos triginta , secundum LXX. seniorum interpretationem. Igitur decimus Argis Danaus regnat, Sycionorum sextusdecimus Corax. Athenienſibus Ericthonius regnabat, qui primus quadrigam iunxit in Græcia: q̃uis olim esſet,apud alias nationes. His eñ regnantibus, inter Danai atq; Aegisti fratrum filios quinquaginta parricidia una nocte commissa sunt , solo Lynceo euadente, qui post eum regnauit. Ipse deinde tantorũ sceleruꝫ fabricator Danaus regno,quod tot flagitijs adquisiuerat,pulsus,Argos concessit , ibiq; indigne persuasis in facinus Argis Sthenelam,qui eum profugũ egentemq; exceperat,regno expulit:atque ipse regnauit. Neq; uero multitudo filiorum incredibilis uideri debet in barbaris,cum tam innumerabiles habeant cõnubias. Enimuero a prædicto Aegypto rege nomẽ accepit Aegyptus,quę prius Aeria dicebaꝫ: Eodem etiam tẽpore Dardanus Dardaniã condidit. Templũ Delphis a Phlegio incensum est. Tunc etiã Busirides in Aegypto fuit Neptuni et Libyę Epaphi filię filius. Qui dum apud uicina Nili loca tyrrannidẽ exerceret, trãseuntes hoſpi-

hoſpites crudeli scelere interficiens , tyranni cruentiſſimi hoſpitalitas crudeliſſima,& religio crudelior erat,qui sanguinem hoſpitum innocentum sceleꝝ suorum participibus dijs propinabat. Igitur per hæc tempora , id est, ab exitu Israel ex Aegypto,usq; ad mortẽ Iesu Naue,per quem populus dei terram repromissionis accepit,sacra sunt instituta dijs falſis, a regibus Græciæ, quæ memoriam diluuij , & ab eo liberationis hoĩm,uitæq; ærumnoſæ, modo ad alta, modo ad plana migrantiũ,solenni celebritate reuocarũt. Nam & Lupercorũ per sacrã uiam ascẽsum atq; descẽsum sic interpretantur , ut ab eis significari dicant hoĩes, qui propter aquę inundationẽ summa mõtium peruerunt: & rursus eadem minuente,ad ima redierunt.

De Progne & Philomela,& rege Thebarum Cathmo. Cap. X.

Assyriorũ octauusdecimus Belochus, annis uigintiquinq;. Huius filia Tosa , quæ & Semiramis , regnauit cum patre annis octo. Ab exitu filiorũ Israel ex Aegypto , septuagesimusseptimus erat annus. Iudæorũ primus iudex Gothoniel iam annis undecim iudicabat populum. Deinceps autẽ uigintinouem annis præfuit,qui cum superioribus fiunt quadraginta. Sycyoniorũ septimusdecimus Epopeus. Athenienſium autem quintus Pandion, Argis undecimus Lynceus. His regnantibus, subiectos tenuerunt Hebræos alienigenæ annis octo , qui iunguntur tẽporibus Gothoniel, secundum Iudæorũ traditionem. Gothoniel autẽ iudex, ex tribu Iuda fuit. Igitur susceptt Phinees eo tẽpore pontificatum apud Hebrẽos:apud Argos autẽ sacerdotio functa est Hypermestra Danai filia, Ergo Europæ filiæ Phœnicis mixtus est Iupiter. Post hæc uero a Cretenſibus rapta est naui, cui fuit in signo taurus. Quam postea Asterius(quẽ alij Exanthum uocãt)rex Cretenſium uxorẽ accipiens, Minoem ex ea,& Radamãtum,& Sarpedonem procreauit. Tunc etiam Therei Progne & Philomele,incesto parricidiũ adiunctum,atq; execrabilius utroq; conuiuium per infandos cibos additũ,cum propter sororis pudicitiam ereptam, præcisamq; linguã, filium paruulũ mater occidit,pater comedit. Hæ nanq; Progne atq; Philomela Pãdionis fuerũt filiæ, qui filius Ericthei fuit. Tunc etiam Cathmus regnauit Thebis, ex cuius filia Semele,natus est Dionysius, id est , Liberpater,sub quo Linus Thebęus musicus fuit . Melus etiam & Paphus atque Tharsus , uel Thasus , Caliſtaque & Bithinia, urbes conditæ sunt . Linus autem Thebæus , & Zethus & Amphion , in musica arte clarescunt , qui tunc post Cathmum Thebæis regnabant. In Dardania nanque regnauit Ericthonius, Dardani filius. Quem Ericthoniũ finxerunt Neptuni & Mineruæ filium,quia in templo Vulcani & Mineruæ, quod amboꝫ unum habebant Athenis, expositus inuentus est dracone inuolutus, qui eum significauit magnum futurum , & propter commune templum,& ignotos parentes , filium deorum esſe dixerunt . Ea quæ de Diana (quam Isidem esſe aiunt) & Danae referuntur (ex qua Perseus nascitur) his gesta temporibus sunt . Ephira uero , quæ nunc Corinthus uocatur , a Syſipho con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

condita. Armenia a Cathmo est capta. Phœnix autem & Cathmus, de Thebeis Aegyptiorum in Syriam profecti: apud Tyrum & Sydonem regnauerunt. His tēporibus erant qui ferrum repererunt, ut dicunt, Idæi Dactyli.

Ludi in honorem Apollinis instituti, quo tēpore Hercules claruit, & Dionysius vitem ostendit. Item de diluuio sub Deucalione & incendio sub Phaetonte. Cap. XI.

ASsyriorꝝ nonusdecimus Belleſpares annis triginta. Ab egressu filiorum Israel ex Aegypto anni centum duo. Hebræorum iudex Aod, ex tribu Effrem, annis octoginta. Alienigenæ Hebræos habuerunt subiectos annis decem & octo, qui sub eodē iudice supputantur. Tunc etiam Apollini Delphico instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira eius, quia putabant afflictas esse sterilitate Græcię regiones: quia non defenderint templum eius, quod rex Danaus cum eadem terras bello inuasisset, incendit. Hos autem ludos ut instituerent, oraculo sunt ammoniti. In Attica uero rex Erichthonius filius Cecropis ei ludos primus instituit, templumqꝫ frabricauit. Nec ei tantum ludos fieri censuit, sed etiam Mineruæ, ubi primum uictoribus oleum ponebatur, quod eius fructus inuentricem Mineruam, sicut uini Liberum, tradunt. Hercules autem cognomen Desanaus in Phœnice clarus habetur, inde ad nostrā usqꝫ memoriā, a Cappadocibus & Elienſibus Desanaus adhuc dicitur: Sed nimirum alius Hercules, non ille cuius ingentia & innumerabilia facta narrantur, hic fuit. His temporibus Dionysium, qui etiam Liberpater dictus est, & post mortem deus habitus: uitem ferunt ostendisse in Attica terra hospiti suo. Erichthonius etiam Vulcani & terræ filius, qui ab Homero Erictheus uocatur, his regnantibus fuit. Eo quippe tempore Arcas filius Iouis, & Callistonis, Pelasgis in deditionem redactis, regionem eorum Arcadiam nuncupauit. Ergo a Deucalione, Hellene, & Pyrra, hi qui prius Græci, tunc Hellentes nuncupati sunt, & Actea Benactica est uocata. Igitur de diluuio, quod tunc sub Deucalione in Thessalia, & incēdio quod sub Phaetonte factum est, de pestilentijs etiam multimodis Aethiopiæ, quæ tunc contigerunt: Orosius in hunc fert modum: Anno octingentesimo ante urbem conditam, Amphiction Athenis tertius a Cecrope regnauit. Cuius temporibus aquarum illuuies, maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaso, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus confugientes, suceptos per gemina Parnasi iuga fouit aluitqꝫ. A quo propterea genus hominum, Grecorum fabulæ ex lapidibus reparatum ferunt, propter hominum insitam corodis duritiam. Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas, diroscꝫ morbos, pene usqꝫ ad desolationē exęstuauisse, Plato testis est. Et ne forte diuisa tempora esse credāt, iræ dei furoriscꝫ bellici, ea tēpestate subactam Indiam Liberpater sanguine madefecit, cędibus oppleuit, libidinibus polluit, gentem utiqꝫ nulli unq̄ hoīm obnoxiam, uernacula tantum quiete contentam.

Troia

Troia & Achaia condita. Triptolomeus frumēta per vrbes distribuit. Theseum Hercules ab inferis reducit. Cap. XII.

ASsyriorum XX. Lamprides annis XXXII. ab exitu Israel ex Aegypto anni CXXXII. Sycioniorum XVIII. Laomedon, sub quo Apollo Latonæ filius Admeto seruiuit sub cura pastorali, & Neptunus muros Troianorꝝ fundauit. Sed hos utrosque Laomedon fefellit, quia ab eo mercede laboris fraudantur. Argis duodecimus Abas. Pelops regnabat in Græcia, a quo Peloponensis uocata. Hic fuit Pandionis filius, sub quo mysteria Græcorum esse cœperunt. His etiam temporibus Triptolomeus, quem Philochorus ait longa naui ad urbes accedentem, distribuisse frumenta, & ob id dedisse suspiciones, quod nauis eius serpens pennatus fuerit, siue ut alij fingunt, quod iubente Cerere anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta uolando contulerit. Achaia autem tunc ab Acheo condita est. Fabula Proserpinæ, quam rapuit Aidoneus, id est, Orcus rex Molosorum. Cuius canis ingentis magnitudinis Cerberus nomine, Perithoim deuorauit: quia ad raptum uxoris eius cum Theseo uenerat, quem & ipsum Theseum iam mortis periculo constitutum, aduenies Hercules liberauit, & ob id quasi ab inferis receptus dicitur. Quo tempore Erichthei filiam, Orithiam Boreas Astrei filius Thrax rapuit, quam fabula uentum fuisse confingit. Hac ætate Phrixus fuisse secundum quorundam opinionem, qui cum Helle sorore sua fugiens insidias nouercales, uisus est per aerem uehi ab ariete uelleris aurei. Fuit autem ei nauis parata fugienti, cuius in signo aries erat. Porro Palefatus affirmat, arietem uocatum illius nutritorem per quem liberatus sit.

De raptu Ganymedis, Medææ per cædes paruulorum pignorum grassatione, & Gorgonæ meretricis capite desecto. Cap. XIII.

ASsyriorum uicesimus primus Sosares, annis uiginti, ab exitu Hebræorum de Aegypto annus centesimus sexagesimus quartus, Hebræorum iudex Aod, qui & supra Athenienſium sextus Erictheus, Sycionijs nonusdecimus Sycion, a quo Sycionij nuncupati sunt, qui prius Aegialei uocabantur. Argis tertiusdecimus Protheus, qui successorem habuit Acrisium. Horum temporibus Melampus diuinus agnoscitur. In Dardania uero regnauit Tros, a quo Troiani nuncupati sunt. Apud Phitium uates prima Phemone hexametris uersibus futura ceciniſſe narratur. Tantulus tunc Phrygas regebat, qui prius Meones uocabantur. Hic enim Tantalus rex Ganymedem Troi Dardanorum regis filium, cum flagitiosissime rapuisset, maiore conserti certaminis fœditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat. Qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat, siue quia hunc ipsum Tantalum, (ut poetæ adsectam deorum uideri uolunt) raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem

D epulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

epulis eius non dubitaret impendere. Ipse etiam Pelops, qui Hiptodamiam duxit uxorem, contra Dardanos atque Troianos, magna pertulit certamina. Quæ, quia in fabulis celebrari solita sunt, negligentius audiuntur. Eo etiam contigerunt tempore Atrei & Thiestis odia, stupra, parricidia, cœlo quoque inuisa. Fuisse etiam tunc Oedipum ferunt, patris interfectorem, matris maritum, filiorum fratrem, suumque uitricum. Tunc equidem Aetheocles & Polynices, mutuis perierunt concursibus, ut utricq; existerent parricidæ. Medæa quo in tempore, amore sæuo sauciata, cæde pignorum paruulorum grassatur. Perseus autem a Græcia in Asiam transuectus est, ibi barbaras gentes, graui, diuturnoque bello domuit, & nouissime uictor, nomen subiectæ genti dedit. Nam a Perseo Persæ sunt uocati. Illa quoque prętereo, quæ de Perseo, Cathmo, Thebanis, Sparthanisq; per inextricabiles alternantium malorum recursus, Palefato scribente referuntur. Flagitialemnia & Pandionis Athenienſium regis flebilis fuga, tunc etiam contigisse credibile putatur. Gorgonæ etiam meretricis capite defecto, quæ propter eximiam pulchritudinem, ita aspectatores suos mentis inopes reddebat, ut uertere eos putaretur in lapides: unde ei caput serpentibus crinitum finxerunt.

De Debbora prophetissa, & regno Argiuor̃ in Micenas translato. Cap. XIIII.

ASsyriorum XXII. Lampares, annis XXX. Ab exitu Israel de Aegypto CLXXXIIII. annus erat. Hebræos post Aod in deditionem redigunt alienigenæ annis XX. qui coniunguntur temporibus Debboræ & Barach secundum traditionem Iudæor̃, qui iudicauer̃t populū annis XL. Nam Debbora prophetissa erat. Cuius prophetia de Christo, minus est aperta, & diuturna indiget expositiõe. Debbora nanq; tribu Effraim, Barach tribu Nepthali præfuerunt. Sycionior̃ Polybus, Athenienſium uero VII. Cecrops iunior. His regnantibus, regnū deficit Argiuor̃, quod stetit per annos DXLIIII. usq; ad Pelopē. Exin in Micenas imperio translato, regnauit post Acrisium Euristeus, qui Sthenelı filius fuit. Igitur Argiuorum imperio in Micenas translato, hi reges per successiones fuerunt: Perseus, Sthenelus, Atreus, Thiestes, Agamemnon, Aegistus, Orestes, & Thysamnus, & Pentilus, & Cometus, usque ad Heraclidarum discessum.

Quo tempore Ilium & Troia condita, aurea Saturni tempora. Cap. XV.

ASsyriorr̃ XXIII. Pannias, annis XLV. Ab exitu filiorr̃ Israel de Aegypto anni CCXIIII. Athenienſium VIII. Pandion. His regnantibus Gedeon ex tribu Manasse, Hebręor̃ iudicabat populū, qui annis XL. iudex extitit. Alienigenæ sub eo annis VII. rediguntur suam in deditionem. Ilium autē est ab Ilio conditum. Amphion enim Thebæis regnabat, quem ferunt cantu citharæ saxa mouisse. Fuerunt autem duro corde, & ut ita dicam, saxei quidem auditores. Secūdum alios quidem Thebæis tunc regnabat Cathmus. Ea etiam quæ de Sparthis memorantur, quod Palefatus scripsit, cum proximarum essent regionum, aduersus Cathmū subito constitisse, & propter repentinos quasi de terra contractus, ex omni parte cōfluitur, Sparthos uocatos. Tunc equidē templum in Eleusina ædificatū est, & Troia etiam cōdita. Quo tempore Laurentes ubiq; in Italia regnabāt, quor̃ primus Picus, filius Saturni rex fuit. Quem Saturnum idcirco dominum esse dixerunt: quia terrā colere docuit, eamq; stercore cōficere, ut fruges funderet uberiores, unde & Stercutius nominatus est, siue Sterticen. Sub quo Vergilius, & alij antiquor̃ doctores aurea fuisse secula scribunt: quia homines qui ad montes cōfugerant, reuocauit ad plana, & moribus cōpositis degere instituit, legesq; dedit, Latiumq; uocare maluit: eo quod in eo tutus latuisset fugiens filium. Successorē etiam eius Picum, idcireo inter deos retulerunt: eo quod præclarus augur & belligerator fuisse dicitur.

De Libero & eius Bacchanalibus sacris. Ite de Dædalo & Spinga, Argonautis &c. Et tandem de Scythis, Amazonibus & Scanza insula Cap. XVI.

ASsyriorr̃ XXIIII, Sosarmus, annis IX. & X. qui Mitreum habuit successorē, & is regnauit XXVII. annis. In principio quippe huius Metrij regni, ab exitu filiorr̃ Israel de Aegypto, erāt anni transacti CCLXXVIII. Abimelech & Thola XXV. annis Hebræor̃ eo tempore iudicauerunt populum. Sycionior̃ rex, Inachus erat: Chareus & Thiestes, apud Micenas regnabant. His autē temporibus, quidā uendicant gesta Liberipatris, & ea quæ de Licurgo, atq; Athenæo, & Penteone, memorantur: q̃modo aduersum Persen cōsistens occidatur in prælio, ut Dinargus poeta refert. Qui autē uoluerit, potest inspicere ipsius Liberipatris apud Delphos sepulchrū, iuxta Apollinē aureum. Pingitur uero Liber in mulieris specie, & delicato corpore: propter mulieres in suo exercitu militātes, quando debellauit Indiam. Quæ mulieres Bacchabæ appellatæ sunt, non tam uirtute nobiles q̃ furore. Aliqui sane, & uictum scribunt istum Liberum, & uictum nōnulli, & occisum in pugna a Perseo, nec ubi fuerit sepultus tacent, & tamen eius uelut dei nomine per immundos dęmones Bacchanalia sacra, uel potius sacrilegia sunt instituta. De quor̃ rabiosa turpitudine post multos annos senatus sic erubuit, ut in urbe Roma celebrari prohiberet. Per ea tempora Perseus & uxor eius, posteaq̃ sunt mortui, sic eos cœlo receptos esse crediderunt, ut imagines eor̃ appellare numina non erubescerent. Tunc etiam Pandion fugientē ab Ionibus, insidias passum ferunt. Europa etiam Agenoris filia regibus præfatis rapitur existentibus. Philamon Delphus, tūc nobilis habebatur, qui primus apud Pythiam chorum constituit. Ergo & quæ de Dædalo fabulæ ferunt, qui uisus est simulachra fecisse mouentia, qui etiam primus omnium pedes statuarum a se inuicem separauit, alijs coniunctim eos fabricantibus, Palefatus memorat. Necnon quomodo cum filio Icaro, Minoem naui fugerit, & propter inuestigabilem fugam, auolasse pēnis ęstimatus est. Tunc etiā Orpheus Thrax,

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarus habebatur,cuius discipulus fuit Museus Emolpi filius. Linus etiam magister Herculis, famosus erat. Igitur ea,quæ de Spinga & Oedipode & Argonautis dicũtur,in quibus fuerunt Hercules,Aesclepius,Castor & Pollux,tunc cõtigisse Palesatus scribit,qui Spingam uxorem Cathmi fuisse,& propter zelum Ermionæ uxorem a uiro recedentem cõtra Cathmum constitisse. Nunc de Argonautis plus aliquid dicamus. Aquilis est fluuius, in quem sermo fertur, aductã nauigio Argo,et ad Thyrrenum pelagus fuisse perductam. Argonautę em̃ uentum ualidum declinantes,non eodem nauigio in regressione sunt usi, sed transeuntes mare, quod super Scythas est, per hæc flumina uenerunt ad terminos Italoræ, & ibi hyemantes condiderunt ciuitatẽ,quæ uocatur Hemona. Aestate uero superueniẽte,cooperantibus eis prouincialibus fere CCCC.stadios,arte mechanica trahentes,Argo per terram ad fluuium Aquilem deduxerunt, qui permiscetur Heridano. Heridanus autẽ fauces habet in Italicum mare. Et sic ad propria repedarunt. Eodem quoq; tempore, Vesozes rex Aegypti,meridiem & septẽtrionem,diuisas pene toto cœlo ac pelago plagas,aut miscere bello,ut regno iũgere studens,Scythis bellum primus indixit,missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. Scythæ autem legatis respondent: Stolide opulentissimum regem aduersus inopes sumpsisse bellum, quod timendum ipsi magis uersa uice fuerit, propter incertos belli euentus,nulla præmia,& damna manifesta. Porro,sibi non expectandum dum ad se ueniatur,sed ultro prędæ obuiam ituros. Nec mora,nam dicta factis insequuntur. Primũ ipsum Vesozem territum refugere in regnum cogunt: destitutũ uero exercitum inuadunt,omnemq; belli apparatum capessunt. Vniuersam quoque Aegyptum populauissent, ni paludibus impediti repellerentur. Inde continuo reuersi, perdomitam infinitis cædibus Asiam uectigalem fecere. Vbi per XV. annos sine pace immorati,tandem uxorum flagitatione reuocantur:denuntiantium,ni redeant, sobolem se a finitimis quæsituras. Medio autem tẽpore,apud Scythas duo regij iuuenes Plinus & Scolopetius, per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere,& in Cappadociæ Ponticæ ora iuxta amnem Thermodontẽ confederunt Campisthemis Scyrijs sibi subiectis,ubi diu proxima quæq; populati,conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horum uxores exilio ac uiduitate permotæ,arma sumunt, & ut omnibus par ex simili cõditione animus fieret, uiros qui superfuerant, interficiunt: atq; accensæ in hostem sanguine suo ultionem cæsorũ coniugum finitimorũ excidio consequuntur. Tunc pace armis quæsita externos concubitus ineunt, editos mares mox enecant, fœminas studiose nutriunt, inustis infantum dexterioribus mammillis, ne sagittarum iactus impedirentur. Vnde Amazones dictæ. Harum duæ fuere reginæ, Marsepia & Lampeto. Quæ agmine diuiso in duas partes uicissim curam belli, & domus custodiam sortiebantur. Igitur cum Europæ maximam partem domuissent,Asiæ uero aliquantis ciuitatibus captis, ipsi

ipsę etiam Ephesum aliasque urbes dum condidissent,præcipuam exercitus sui partem onustam, opulentissima præda domum reuocant, reliquæ ad tuendum Asiæ imperium relictæ, cum Arpesia regina, concursu hostium trucidãtur. Huius locum Sinope filia capessit, quæ singularem uirtutis gloriam,perpetua uirginitate cumulauit. Hac fama excitas gentes,tanta admiratio & formido inuaserat, ut Hercules quoque cum iussus fuisset a domino suo, exhibere arma reginæ,quasi ad ineuitabile periculum destinatus uni uersam Græciæ lectam ac nobilem iuuentutem contraxerit,nouem longas naues præparauit:nec tamen contentus examine uirium, ex improuiso aggredi,& insperatas circumuenire maluerit. Duæ tunc sorores regno præerant Anthiope & Orythia. Hercules mari aduectus, incautas,inermesque & pacis incuria desides oppressit. Inter cæsas,captasq; complurimas, duæ sorores,Anthiope,Melanippe:ab Hercule,Hyppolite: A Theseo retentæ sunt. Sed Theseus Hyppoliten matrimonio asciuit, Hercules Melanippe sorori reddidit,& arma reginæ precio redemptionis accepit. Post Orythia Pentesilea regno potita est, cuius Troiano bello clarissima inter uiros documenta uirtutis accepimus. Igitur Scythæ ijdemque Gothi, quos Nesozes rex Aegypti,ad suam,suorumque non solum miseriam & confusionem, sed etiam aliarum gentium excitasse, historiographorum nobilium assertionibus declarauimus, ex qua prius originem natione ducerent, seu quas incolerent sedes,elucidare cursim statui. Refert enim Claudius Ptholomæus, orbis terræ descriptor egregius, in secundo sui operis libro: Est in Oceano arcti salo posita insula magna, nomine Scanza,in modum folij cedri lateribus pandis per longum ducta concludens se, quam & Pomponius Mela in mari sinucodano positam refert, cuius ripas influit Oceanus. Hæc a fronte posita est Iustulæ fluminis, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanzæ septentrionali Oceano,trisulcus illabatur,Germaniam,Scythiamque disterminans. Hæc ergo habet ab oriente uastissimum lacum in gremio orbis terræ, unde Vagi fluuius, uelut quedam uentre generatus,in Oceanum undosus euoluitur. Ab occidente nanq; immenso pelago circundatur, a septentrione quoq; innauigabili eodem uastissimo concluditur Oceano. Ex quo quasi brachio quodam exeunte,sinu detento,Germanicum mare efficitur. Apum ibi turba mellifica ob nimium frigus nusquam reperitur. In cuius parte Arcthoa gens consistit, quæ dicitur a Dogit, quæ in media æstate quadraginta diebus & noctibus luces habere feruntur continuas: itemque brumali tempore, eodem dierum,noctiumque numero,alternato mœrore cum gaudio,lucem clarã nescire fertur. Hoc enim euenit,quia prolixioribus sedibus per axis marginem solem uident redeuntem ad orientem. Breuioribus uero non sic apud illos conspicitur,ut australes aspicere assuerunt. Nobis em̃ uidetur Sol ab imo surgere,illis uero marginẽ terræ circuire. Nec hoc incredibile cuilibet uideatur. Plinius nanq; eruditissimus literarũ secularium, eodem fieri modo in insula Thilæ testatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In hac autem insula licet multæ & diuersæ maneant nationes: Ptholomæus tamen septem nationum nomina meminit, ex quibus gens moratur ibi, quæ Suehans nominatur. Hi nanq; equis utuntur eximijs. Deinde sequitur diuersarum turba nationum, Theutes, Vagoth, & reliquæ: sed ex his sunt exteriores Ostrogothæ. Ex istarum stirpe gentium Dani quippe sunt prosgressi, qui inter omnes huius Scanzæ nationes, nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. Igitur ex hac Scanza prædicta, quasi officina gentium, aut certe uelut uagina nationum cum rege suo nomine Berich Gothi, quondam memorantur egressi. Qui ut primum e nauibus exeuntes terras attigerunt, illico nomen loco dederunt. Nam hodieque illic, ut fertur, Gothi Scanza uocatur. Vnde mox promouentes, ad sedes Vlmerugor, qui tunc Oceani ripas insidebant, castrametati sunt, eosq; commisso prælio proprijs sedibus pepulerunt, & eor uicinos Vandalos, quos tunc subiugãtes, suis applicauere uictorijs. Vbi uero magna populi numerositate creleẽte, etiam pene V. rege regnãte, post Berich Philuner, filio Gadarigis cõsilio sedit, ut exinde cum familijs Gothorum promoueret exercitus. Qui aptiss mas sedes, locaq; dum quęreret cõgrua, peruenit ad Scythię terras, quæ lingua eor Oium uocabãtur. Vbi delectatus magna ubertate regionum, sed exercitus medietate trãsposita, pons dicitur ubi amnem traiecerat, irreparabiliter corruisse, nec ulterius iam cuiq; licuit ire aut redire. Nam is locus, ut fertur, tremulis paludibus uoragine circumiecta cõcluditur. Quem utraq; cõfusione, natura reddidit imperuiũ. Veruntamen, hodieq; illic & uoces armentor audiri, & indicia hoim deprehendi, cõmeantium attestatione, q̃uis a longe audientiũ credere licet. Hæc ergo pars Gothor, quæ apud Philuner dicitur, in terras Oium emenso amne trãsposita, optato potiti solo, nec mora illico ad gentem Spalor aduenerunt, cõsertoq; prælio, uictoriam adipiscũtur. Exinde iam uelut uictores, ad extremã Scythiæ partem, quæ Ponto mari uicina est, properãt: quemadmodũ & in priscis eor carminibus pene historico ritu, in cõmune recolitur. Quod & Ablaunis descriptor Gothor gentis egregius, uerissima attestatur historia, in quam sententiã & nõnulli: cõsensere maior. Quor sedes hæ in solo Scythiæ fuerũt, iuxta paludem Meotidẽ primæ, secũdæ in Mysia, Thraciaq; & Dacia, tertiæ supra mare Ponticũ, ut testãtur historici. Dum in prima nanq; sede iuxta Meotidẽ habitarẽt, Philuner regẽ habuisse noscũtur. In secũda, id est, Dacia, Thraciaq; & Mysia, Zalmoxen, quẽ miræ philosophiæ & eruditionis fuisse testantur. Plericq; scriptores annaliũ tradunt Zeutem prius habuisse eruditũ, post etiã Diceneum. Is uero Diceneus uenit in Gothiã, quo tẽpore Romanor Sylla potius est principatu. Quem Diceneũ suscipiens Boscurta Gethar rex, dedit ei pene regiam potestatẽ. Cuius consilio Gothi Germanorum terras, quas nunc Franci obtinent populati sunt. Cæsar uero, qui sibi primus omnium Romanor uendicauit imperium, & pene omnẽ mũdum suę ditioni subegit, omniaq; regna perdomuit: adeo, ut extra nostrũ orbem in Ocea-

in Oceano repositas insulas occuparet, Gothos tamen crebo pertentans, nequiuit subijcere. Caius Tiberius iam tertius regnat Romanis, Gothi tamen suo regno incolumes perseuerãt: quibus hoc erat salubre, hoc accõmodum hoc uotiuũm, ut quicquid Diceneus eor consularius præcepisset, hoc modis omnibus expetendum, hoc utile diudicantes fore. Qui in omnem pene philosophorum sapientiam eos introducens, barbaros mores eor compescuit, carminibus & diuersis cantibus animos demulcẽs eor, studiosos reddidit. Vnde & carmina in ipsorum lingua, adhuc extant diuersa ab eis composita. Decedẽte autem Diceneo, Comosicum habuerunt sapientẽ. Hic eñ propter suam peritiam pontifex illis & rex habebatur. Deinde quartũ Zalmoxen, nec defuerunt qui eos in studio sapientiæ erudirent. Vnde & pene omnibus Barbaris Gothi sapientiores extiterunt, Græcis pene consimiles, ut refert Dio: qui historias eorum annalesq; Greco stilo composuit. Adeo ergo fuere laudati Getæ, ut dudum Martem, quem poetarum fallacia deum belli pronuntiat, apud eos fuisse dicant exortum. Vnde & Virgilius:

Grandeuumq; patrem Geticis qui præsidet aruis.

Tertia uero in sede, supra mare ponticũ iam humaniores, & ut superius diximus, prudẽtiores effecti, diuisi per familias populi Vesegothi, qui & Getę sunt dicti. Quor fuit studium primũ inter uicinas gentes, aliasq; arcum intendere neruis: Lucano plus historico q̃ poeta testante. Ait enim:

Armenioq; arcus Geticis intendite neruis.

Hoc nanq; cantu, maior facta modulationibusq; & citharis cantabant. Tales eñ eos tradũt extitisse, quales uix heroas fuisse: ds miranda iactat antiquitas, Contra hos, ut præmisimus, Vesozes lachrymabile sibi intulit bellum, ds Amazonũ fuisse uiros tradunt. Eusebius autẽ in annalibus, & Orosius in libro I. contra Paganos Scythas eos uocãt, quia partẽ Schytię incolebãt. Quo etiam tempore atrocissimum inter Cretenses & Athenienses certamen fuit: ubi populis utriscq; profligatis, infeliciter cruentiorem uictoriã Cretenses exercuerunt. Qui nobilium Atheniẽsium filios Minotauro crudeliter addicebant. Vtrum uero ferus, ac inhumanus crudelisq; hic Minotaurus fuerit, ut scribit Philochorus, in secundo Attidis libro, dubitatur: Dicit enim magistrum Minois fuisse taurum noie, aut informe prodigium, ds effossis Greci luminibus saginabant. Igitur Gnosius testatur Androgeum Athenis dolo interfectum, Minois regis filium, qui super mortẽ Androgei filij sui agonem statuit, premij noie pueros Atticos largiens. Taurus uero uniuersos in contẽtione superabat. Tãdem factum est, ut a Theseo in palęstra uinceretur, ob ds Athenienses pueri tributaria pœna liberati sunt. Theseus aũt Atheniẽses qui prius per regionem erant dispersi, in unam congregauit ciuitatẽ, qui etiam Helenam rapuit, quam rursus illius fratres receperunt, capta matre Thesei. Tandem Theseus Athenas profugus dereliquit. Isdem diebus Laphitæ, & Thessali, famosis nimium certauere conflictibus. Palefatus in libro primo incredibilium prodit, ipsos Laphitas creditos, dictosq; fuisse cẽtauros,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quod discurrentibus in bello equitibus, uelut unum corpus equorum & hominum uidentur: Quo etiam tempore Priamus regnauit post Laomedontem. Fuerunt & tunc illi septem sortes, qui aduersum Thebas pugnauerunt; nec non & Thamiris Amonis filius, insignis celebrabatur.

Carthago à Didone condita. Hercules certamen olympiacum instituit, & Antæum Terræ filiũ occidit. Troianorũ decemnale oritur bellum. Quo tandem finito, Aeneas alias sibi sedes quærens in Latium venit, &c. Cap. XVII.

A Syriorum XXVI. Thaitthanes annis XXXII. Igitur ab exitu Israel de Aegypto anni sunt CCCV. Iairus autem ex tribu Manasse, Hebræorũ iudicauit populũ, qui eis præfuit annis XXII. Post quem in deditionem suam redigunt Hebræos Ammonitæ, annis VIII. & X. qui cum temporibus posteriorum iudicum copulantur, id est, Iepthæ, qui annis VI. Essebon autem VII. Lapdon uero VIII. Hebræorũ populo præfuerunt. Post Essebon, uidelicet secundum traditionem Iudæorum, fertur Calabon rexisse populum annis decem qui non habentur apud LXX. interpretes. Syciones autem Adrastus regebat, cui succedit Polipedes. Micenarũ uero Agamemnon rex erat, Athenien sium autem Menestheus. Isdem temporibus Minos leges ac iura constituit: qui tandẽ in Sicilia aduersus Dædalũ arma capiẽs, a filiabus Cocali occidit. Carthago a Didone in Aphrica cõdita est. Tunc etiam Hercules agonem olympiacũ constituit: a quo usq; ad primã olympiadem supputãtur anni CCCC.XXX. Isdem enim Hercules in Libya occidit Antæum. Dicitur autem Antæus Terræ filius, quia palęstricæ artis & certaminum, quæ in terra exercentur, scientissimus erat: & ob id uidebatur a terra matre adiuuari. Post necem uero filij, aqua purgatus est Athenis in sacris Cereris, & post interfectionem Iphiti, quem peregrinum & amicum iniuste peremit, Hercules incidit in morbum pestilentem, qui ob remedium doloris se iecit in flammas, in monte qui uocatur Oeta, dum plura fortiter ac mirabiliter perpetrasset, & sic morte finitus est, anno ętatis suę LII. Quidam uero aiunt XXX. Huic autem Herculi, XII. insignia inter eius ingentia numerant facta. Ergo principibus prædictis existentibus, Alexander Priami filius, rapuit Helenam. Troianum decemnale oritur bellum, ac demum euersa capitur Troia. Quod ita contigisse in historia Daretis atque aliorũ legimus. Pelias rex maximus, eo tempore inter reges Græcorum habebatur: cuius consilijs cæteri obtemperabant. Qui nepotem habuit nomine Iasonem, filium fratris sui. Quem ut nouit ferocem esse aĩo, prudentem consilio, corpore strennuum, inuidit. Quamobrem ad Colchos gentẽ fortissimã ac bellicosissimã, ipsum cum exercitu direxit: promittens ei, ut si pellẽ inauratã quam nouerat habere Colchos, illis deuictis ei deferret, ipsum regni sui successorem faceret. Dedit aũt consiliũ principibus suis, ut Iason primus cum suis sodalibus ad bellũ procederet, illi uero relicto Iasone, in periculo mortis, recederẽt nauali euectione. Sed hos dolos Iason, ut erat uersutissimus, cognouit. Nam collecto exercitu

ercitu, cum trieribus & magno apparatu nauium, mare magnũ ingressus: flante aquilone, a recto recessit itinere, & peruenit ad portum Troianorum, ubi Symois fluuius ingreditur mare. Quod audiens Laomedon rex Troianorum, Græcorum exercitum fines suos attigisse, contra ipsos Priamum filium suum cum ualida manu direxit. Iason uero precabatur, ut iter ei præberetur, absque conflictu suorum per illorum regionem eundi gratia in Colchos. Illi autem noluerunt acquiescere, sed repulerunt eum cum iniuria grandi a suis finibus. Græci uero recuperato uento, peruenerunt in Colchos, illosq; imparatos atq; inscios repererunt. Iason nanq; irruit super eos cum suo exercitu, tamen principes aui sui Peliæ, ante se ad pugnam ire compulit. Colchos autem prostrauit atque deuicit, ciuitates eorum cepit, atque uastauit, pellemq; inauratam inuenit, & auo suo cum pręda magna in Gręciam deportauit. Pelias autẽ rex, ut cognouit qualia exercitus eius a Troianis esset passus, indignatus est, missaq; manu ualida, ut regnũ Laomedontis affligeret, ignorantibus Troianis superuenerũt Græci, terramq; eorum late uastauerunt, filiam etiam Laomedontis regis Esionam noĩe, pulchram ac decoram nimis, captiuam cum spoliis multis, secum in Græciã deduxerunt. Igitur post aliquod interuallum in Macedoniam eorũ metropolim cõfluxerũt, reges scilicet Græcorũ ad diem festum quendã, & ibi erant, qui de cũctis partibus Græciæ illuc cõuenerunt. Pelias & Iason nepos eius, Agamemnon & Memnon frater eius, Aiax & Palamedes, Achilles & Tiptolemus, Menelaus atq; Polypus, Castor & Pollux. Alea, qui primus tabularũ lusum reperit, & cæteri reges minores ad diem festum conuenerunt prædictum, sacrificare Ioui. Audiens hæc Alexander filius Priami, Troia progressus, multitudinem exercitus sumens, naues magnas ascendit, per mediterraneum mare, ad insulã regis Agamemnonis ueniẽs, ad palatium eius accessit, ubi Helena regina illius uxor deæ Mineruæ diem festum exhibebat. Alexander autem filius Priami, prædictam Helenam reginam specie fam ualde ilico inuadens, rapuit cum thesauris eius omnibus ac uiri sui, ob uindictam amitæ suæ Esionę, quam Græci captiuam tenebant, & nolebãt reddere. Quod ut cognouerunt Græcorũ reges, nimiũ grauiter ferentes, inito cõsilio, cum omni apparatu undiq; cõfluxerunt, instructaq; classe trãsfretantes mare Ilium, petierunt rogantes, ut redderetur Helena & recederent. Troiani autẽ respondẽrũt, nequaq; se hoc facturos, nisi prius Esionam regis Priami sororem recepissent. Quam ob rem utrisque indignantibus, decem annorum bella grauissima gesserunt. Erant igitur filij Priami regis, ex matrona nomine Hecuba, primogenitus Hector elegantissimus & pugnator fortissimus. Secundus Alexãder, qui rapuit Helenam, tertius Troilus, quartus Deiphœbus, quintus Achimachus. Filias autem habebat duas, Polyxinam, atque Cassandram ualde decoras. Ergo quindecim reges Græcorum, contra Priamum regem, & filios ac populum eius dimicantes, acerrime ex utrisque partibus conflixerunt. Quatuor autem bella

peregit

Universidad de Deusto
Biblioteca

peregit Hector Troianorum fortissimus cum populo suo contra Græcorꝫ reges & eorum populum: in quibus prælijs, ut in Darete legimus, ceciderunt de Græcis ducenta quinquaginta octo milia ducenti quatuor: quos ipſi recenſuerũt. De Troianis uero centum triginta quatuor milia, quadringẽti uiginti duo. De regibus autem Grẽcorꝫ, Aiax cum tribus principibus cecidit. Tanta nanꝙ interfectio, quam præmiſimus, in tribus prælijs contigit, in quarto uero ubi Hector Palamedem occidit regem, & dum loricam eius auream detraheret, Achilles inopinatus adueniens, Hectorem ſpolijs inhiantem, incautum reperiens occidit. Peremptorum uero aliorꝫ numerꝫ eo prælio, non reperi. Hinc Troilus ſe armauit, ut fratris mortem Hectoris ulciſceretur: & ipſe duobus prælijs peractis, fortiſſimum ſe declarauit. In primo enim Polypus Græcorum rex cecidit, cum duobus principibus & de reliq̃ exercitu XLVIII. milia, & XXIII. De Troianis uero XXV. milia XXVI. Tunc Agamemnõ cæteris ſapientior regibus, infecto negotio reuerſurus erat in Græciam, niſi ei Achilles reſtitiſſet: qui magis mori eligerat, q̃ ſine uindicta ſuorum et abſq̃ uictoria recedere. Igitur iterum cohortantur ſe ad bellum, cum Troianis Troilus occurrit. Quibus fortiter tribus diebus ac noctibus continuo decertantibus, innumerabilis multitudo ex utraque parte cecidit. De Græcis C. XLV: milia. De Troianis C. XII. milia, inſuper Troilus ab Achille percuſſus mortuus eſt. Cuius corpus Achilles circa ciuitatem trahens, maximum luctum Troianis intulit. Quod Hecuba Troili mater cernẽs, multo redimere auro cupiuit, ut ſepulturæ traderet. Achilles autem Polyxenam Priami filiã petens in matrimonium, dixit ſi ei daretur, & corpus mortui redderet, & Græcos a Troia recedere faceret. Sed dum illi eſſet repromiſſa, Troili cadauer parentibus reddidit, Achilles uero dum templum Dianæ adiret, quaſi Polyxenam ibi accepturus, iuxta palatium conſtitutus, inſidijs Alexandri circumuentus occiſus eſt. Agamẽnon autem cognita Achillis morte, iterum hortabatur populum cum magno clamore recedere a Phrygia, cui reſtitit Triptolomeus dicens: Viuus hinc non recedam, niſi necem patris uindicauero. Iterumque ortum eſt prælium. Deiphœbus quippe cum Troianis agmine Græcorum occurit: in qua pugna ceciderunt de Græcis CXV. milia, & L IIII. De Troianis autem LXX. milia, DC. III. ut populus recenſuit. Vulneratus eſt ab hoſtibus Deiphœbus, & mox in ciuitatem reuerſus mortuus eſt. Tunc domeſtici regis, Aeneas & Vlyſſes, dño ſuo Priamo ſuaſerunt, ut redderent Helenam, datis inſuper muneribus, & recederent ab eis hoſtes: quoniam ſe imminutos ac pene uictos cernebant. Quod audiens Agamenon libenter præbuit aſſenſum. Alexander aũt Helenam reddere noluit, frater quoꝙ illius Achimagus magis populũ ad bellũ excitabat. Quod Aeneas & Antennor audiẽtes, indignati ſunt, et clam mittẽtes ad reges Grẽcorꝫ inierunt fœdus cum eis, ut ipſis parcerent & omnibus quę ad eos pertinere uidebantur, & ipſi ciuitatem manibus eorum traderent. Accepta uero fide a Græ-

a græcis, nocte media ſignum inauditũ in ſimilitudinem equini capitis excogitantes, ſupra murum poſuerunt. Quorum fraude Græci urbem intrauerunt, & ſuper Priamum ac liberos eius irruerunt, nec ulli ex eis peperce-runt: Helenam autem receperunt. Aeneas uero abſcondit in turri urbis Polyxenam atq; Caſſandram. Triptolomeus aũt requiſiuit Polyxenam, pro qua illius pater Achilles mortuus fuerat. Sed dum eam Aeneas ſe neſcire teſtaretur, & in hoc deprehenſus eſſet mendatio, a Phrygia deiectus eſt. Agamemnon autẽ Polyxenam Triptolomeo tradidit, ille eam ſuper tumulum patris trucidauit. Ergo igni, ferroq; funditus euerſa Troia, Aneas cum omnibus ſuis, a finibus Troianorum depulſus, alias quærendo ſedes, Latium uenit ibiq; habitauit. Qui dum ſæuiſſimus eſſet, ac crudeliſſimus belligerator, & nulli parceret, ob rãtam impietatem, a deo ictu fulminis percuſſus interijt. Item ut alij uolunt Phrygas et Aeneas germani fuerunt, Aeneas in Latio, & Phrygas in Phrygia regnauerunt. Poſt Aeneam uero Aſcanius derelicto nouercæ ſuæ Lauiniæ regno, Albam longam cõdidit: & Syluium poſthumum fratrem ſuum, Aeneę ex Lauinia filium cum ſummæ pietate educauit. Aſcaninus em̃ Iulium filium procreauit, a quo familia Iuliorꝫ orta eſt, ſed propter ætatem paruuli, quia necdum idoneus erat ciues eius regere, Syluium poſthumum fratrem ſuum, regni reliquit hæredẽ. De Phryga nanꝙ progenies progerſſa eſt, quæ per multas regiones uagando cum uxoribus & liberis, eligẽtes regem ex ſe Francionem nomine, ex quo Franci uocantur: eo quod fortiſſimus ipſe Francio in bello fuiſſe fertur. Et dum gẽtibus cum plurimis pugnaſſet, in Europam iter ſuum dirigens inter Rhenum & Danubium cõſedit. Ibiq; mortuo Francione, prælia multa geſſerunt: quibus attriti parua ex ipſis manus remanſit. Hinc duces ex ſe conſtituerunt: attamen iugum alterius ſemper negantes ferre. Hæc quidem ita ſe habere de origine Francorum opinantur. Alij uero affirmant eos de Scanza inſula, quæ uagina gentium eſt, exordium habuiſſe, de qua Gothi & cæterę nationes Theotiſcæ exierunt: quod & idioma linguæ eorꝫ teſtatur: Eſt enim in eadem inſula regio, quę ut ferunt, adhuc Fancia nuncapatur. Domino autem annuente, de his in ſequenti opere plenius enarrare cupimus.

Hebræorum iudex Samſon, Latinorum primus rex Aeneas, & poſt eum Aſcanius, &cæ. Item Vlyſſis Scyllam fugientis hiſtoriam hoc tpe factam fabulę tradunt. Cap. XVIII.

ASſyriorum uiceſimus ſeptimus Teuteus annis quadraginta. Ab exitu filorum Iſrael de Aegypto, anni trecenti triginta. Hebræorum autem iudex annis uiginti, Samſon ille ultra ſortes fortiſſimus: ita ut a quibuſdam facta eius Herculis comparentur geſtis, qui pene contemporales, quamuis Hercules non multum præcederet, extiterunt. Redigunt autem alienigenæ in ſuam ditionem Hebræos annis undecim. Huic Samſoni Heli ſacerdos ſuccedit: qui annis quadraginta præfuit Hebræis, ſecundum Iudæorum traditionem,

iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta LXX. interpretes XX. tãtum. Apud Athenienſes Demophon tunc regnabat, filius Theſei, & habuit ſucceſſorẽ Oxyntem. Sycionioꝝ rex Ceuxippus. Principibus prædictis regnãtibus, poſt captã Troiam, primus rex Latinis, qui poſtea nuncupati ſunt Romani, Aeneas profugus fuit, ut paulo latius ſupra explicuimus. Ab excidio namq; Troiæ annos VII. obtinuit Latinorum regnum, & tribus regnauit annis. Quæ arma idem commouerit in Italia, qualia per triennium bella excitauerit, quãto simplicuerit populos odio excidioq; afflixerit, ludi literarij teſtantur, diſciplinæ noſtrę quoque memoriæ in uſu eſt. Is nanq; Latini regis filiam ducens uxorẽ Lauinigas Italoſq;, Latinos nominauere populos, & ſic iam extunc & deinceps quamuis in pauperrimo regno, loco q; angusto, qui dicebatur ager Laurentum, regnauerunt. Poſt Latinum Aeneas, et ſucceſſores eius qui Syluij & Albani ſunt uocati, pro Alba ſcilicet urbe & pro Poſthumo Aenea. Idem uidelicet Poſthumus Aeneas, idcirco dictus eſt Syluius, quoniam Lauinia poſt mortem Aeneæ, timens Aſcanij inuidiam, clam eum in ſylua genuit: Aeneamq; Syluium nominauit. Aſcanius autem qui poſt Aeneam regnauit Italiæ, derelicto nouercæ ſuæ regno Lauiniæ, Albam cõdidit ciuitatẽ in qua et regnauit, Albaniſq; nomẽ indidit: & fratrem ſuum poſthumum Syluium Aeneæ ex Lauinia filium, ſumma pietate docuit, quem & regni reliquit hæredem, quamuis haberet filium nomine Iulium, a quo familia Iuliorum orta. Sed propter ætatem paruuli filij, quem necdum idoneum ad gubernacula regiminis uiderat diſponenda: fratrem regni fecit ſucceſſorem. Ergo ante Aeneam Italiæ regnatum eſt a Latino, eiuſq; patre Fauno, auo quippe illius Pico, proauo Saturnio, abauo Iano, per annos circiter CL. alij uero, CLXXX. eos regnaſſe aſſerunt. His enim temporibus, ea quæ fabulæ de Vlyſſe ferunt, quomodo Trigeri Scyllam fugerit, hoſpites ſpoliare ſolitam, ſcribit Paleſatus, in incredibilium libro primo: Syrenas fuiſſe quoq; meretrices, quæ decipiebant nauigantes. Tunc etiam Pyrrus in templo Delphici ab Oreſte occiditur, proditione ſacerdotis Macharei. Quidam etiam Homerum poetam iamtunc fuiſſe dicunt.

Heli ſacerdoti mortuo Samuel propheta ſuccedit, & Saul primus Hebræorum rex coſtituitur. Cap. XIX.

Aſſyrioꝝ uicesimuſoctauus Thineus, annis XXX. Ab exitu Iſrael de Aegypto, anni CCC. LXXVII. Athenienſiũ rex Thymoetes, qui habuit ſucceſſorem Melanthum: apud Latinos autem Poſthumus Syluius Aeneæ filius rex erat. Anno quoq; octauo decimo regnante Thineo, Heli ſacerdos audita nece filiorum arcamq; teſtamenti captam a Paleſtinis, cadẽs a ſella fractis ceruicibus mortuus eſt. Cui Samuel propheta ſuccedit, populumq; iudicat Hebręorum, ſub quo Saul primus Hebræorum rex coſtituitur, qui fuit ex tribu Beniamin: qui annis XL. regnauit. Igitur principibus prædictis inter nationes exiſtẽtibus, reges Sycio-

Sycioniorꝝ defecerunt, qui regnauerunt annis DCCCCLXII. id eſt, ab Egaeleo uſq; ad Ceuxippũ. Poſt quos ſacerdotes Carnij cõſtituti ſunt, qui præfuerunt annis XXXIII. ac deinde Caridemus cõſtituitur ſacerdos, qui impenſas gentiliũ ſuperſtitioſas nõ ſuſtinens fugit. Micenis regnabat Thiſamenus, filius Oreſtis. Quo tẽpore, Hectoris filij Ilium receperũt, expulſis Antenoris poſteris, Heleno ſibi ſubſidiũ ferente. Tunc etiam ſecundũ quoſdam Amazones Epheſi tẽplum Dianæ incenderunt. Quo tempore reges Atheniẽſium cognomento Ericthides defecerunt a regno: quoꝝ omne tempus inuenitur a Cecrope Diffie, uſq; ad Thimothen, anni CCCCXXIX. Poſt quos ſuſcepit regnum Melanthus Pilienſis Andropomphi filius, & huius filius fuit Codrus, qui imperauerunt ſimul annis LVIII. Ericthidarꝝ imperio deſtructo, Atticoꝝ principum regnum ad aliud genus trãslatum eſt. Quod ita contigit: Cum regem Tymethem prouocaſſet Xanthus Boetius ad ſingulare certamen, Tymethe autem recuſante, Melanthus uero Pilienſis Andropomphi filius ſuſcepit certamen, ac deinde regnauit. Hinc & Aparirion, id eſt, fallaciarum ſolennitas celebratur, quia uictoria ex fraude proceſſerat.

Dauid primus ex tribu Iuda Hebræorum rex conſtituitur. Sub idem tempus & Homerum floruiſſe, quorundam fert opinio. Codrus Athenienſium rex, quo pacto patriam ſuam liberauerit. Cap. XX.

Aſſyrioꝝ XXIX. Dercilus, annis XL. ab exitu uero Iſrael de Aegypto anni CCCCVII. Samuel autẽ apud Hebræos prophetabat, regnante Saul. Dercilo regnãte Aſſyrijs anno XXVIII. Dauid primus ex tribu Iuda rex cõſtituitur Hebræoꝝ, ſub quo Abiathar pontifex clarus habetur: Athenienſium rex Codrus, Melampti filius: Latinis Aeneas Syluius, q̃uis in alia reperiatur hiſtoria, quarto Latinum Syluium regnaſſe, Lauinię & Melampodis uterinum filium fratrem Poſthumi, & quinto, qui nũc hic quartus ponitur, Syluiũ Aeneam Poſthumi filium. Illis etiam diebus, Lacedæmone primus regnat Theuris: ſimiliter Corinthijs primus regnauit Aleces. Homerus etiam ſecundum quorundam opinionẽ, his fuiſſe temporibus indicatur. Quanta autẽ de eo apud ueteres diſſonãtia fuerit, manifeſtũ eſſe poterit ex cõſequentibus. Quidã eum ante diſceſſum Ericthidarꝝ ponunt: Erathoſtenes autẽ poſt C. annos Troianæ captiuitatis: Ariſtarchus uero Ionicę migratione, ſiue poſt annos C. Philochorus emigrationis Ionicæ tẽpore, ſub Archyppo Athenienſium magiſtratu, et poſt captã Troiã, anno CLXXX. Apollodorus Atheniẽſis poſt CCXL. annos euerſionis Ilij eum fuiſſe credit. Alij quidã extiterũt, qui modico anteq̃ Olympiades inciperent, id eſt CCCC. retro annis Troianæ captiuitatis, eum fuiſſe putant: licet Archilogus poſt XIII. Olympiadem, & quingenteſimũ Troianæ euerſionis annũ, eum eſſe putauit. Quo in tempore Iones profugi Athenas ſe cõtulerunt, Peloponenſes autẽ contra Athenas dimicant, a quo Peloponẽſiaco bello Ericthidarꝝ deſtructum eſt imperiũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, Athenienſium. Codrus autem rex Athenienſium Peloponẽſibus ſuæ ciuitatis hoſtibus ſe interficiendum ignotus obiecit. Et factum eſt hoc modo, quod dicitur patriam liberaſſe. Reſponſum acceperant Peloponenſes, tum demum ſe ſuperaturos, ſi regem illorum non occidiſſent. Fefellit enim eos Codrus in habitu pauperis apparendo, & in ſuam necem per iurgium prouocando. Vnde ait Vergilius, & iurgia Codri. Quem Athenienſes tanquam deum, poſtea honore ſacrificiorum coluerunt.

Annorum ab Adam vſq; ad Solomonẽ & templi ędificationem calculatio duplex. Vna quidem, ſecundum Euſebij & diui Hieronymi altera, Ioſephi ſupputationem. Cap. XXI.

ASſyriorũ XXX. Cupales, annis XXXVIII. ab exitu Iſrael de Aegypto, CCCCXLVII. erat annus. Quo regnãte, Solomon glorioſus Hebræorũ rex cõſtituitur. Qui templum domini inchoauit, & inſigni decore ſingulariter in mundo, per ſpacium annorum VII. perfecit. Colligitur autem omne tempus a Moſe & egreſſu Iſrael ex Aegypto uſq; ad Solomonem & ædificationem templi, anni quadringẽti octoginta, ut regnorũ liber III. teſtimonio eſt, a diluuio ſcilicet uſque ad Moſen anni M.CCCCXLVII. a diluuio uſq; ad Adam, duo M.CCXLII. q ſimul ſupputati, id eſt, CCCCLXXX. M.CCCCXLVII. duo M.XLII. a Solomone ſcilicet uſq; ad Adam, fiunt ſimul anni IIII. M.CLXIX. Hanc quidem annorum ſupputationem iuxta Euſebij Chronicon atq; Hieronymi aſſertionem coaptare curauimus. Ioſephus uero antiquitatum ſcriptor, ita annos computat ab ædificatione templi, uſque ad Adam. Dicit enim: Cœpit Solomon ædificare templum anno IIII. regni ſui, menſe ſecundo, anno quingenteſimo ſecundo filiorum Iſrael profectionis ex Aegypto. Poſt M. autem XXX. annorum aduentus Abraham ad Chananæam de Meſopitamia: a tempore uero diluuij anno M.CCCC. ab Adam autem protoplaſto uſque ad ædificationem templi Solomonis, prætereunt anni ſimul III.M.C. & duo. Continet autem libellus iſte annorum ſeriem, a natiuitate Abrahæ uſq; ad ædificationem templi, quam diuidere malui, id eſt, ab anno primo repromiſſionis, uſq; ad exitum Iſrael de Aegypto: inde autem uſq; ad ædificationem templi, ut lector facilius retinere ualeat ea, quæ in temporibus ſingulorum geſta narrantur. Hunc autem poſt immenſum tanti itineris laborem feſſi, diuerticula petentes, dum Sol occiduas tendit in horas, prolixæ iam e montibus procedunt umbræ: tandem ad domini uenimus templum, optata ſtatione potiti: hinc metam ſecundi noſtri operis imponimus.

LIBRI II. FINIS.

FRE-

FRECVLPHI EPI- XXVI.
SCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI PRIORIS, LIBER III.

Quomodo Dauid ex paſtorali habitu ad regnum peruenerit, & illud inſigniter dilatauerit. Cap. I.

VIA IN PRAECEDENTI LIbro Iudicum Iſraelitici populi ſiue regum nomina tantum opportunis deſignauimus locis, annorum etiam numerum, quibus populo præſuerunt: cætera uero ab eis geſta, quę lectitãdo continuatim ad memoriam reuocantur, ſub ſilentio tranſiliuimus: uiſum nobis, nõ fore iterãda, quæ omnibus nota ſunt. Dauid huius gentis regum fortiſſimus, qui ex ouium paſcuis a domino electus, cum ingenti ac uario labore ſublimatus. Qui poſt necẽ gygantis præcipui, quem armis puerilibus iugulauit, & ſtrages inimicorũ plurimas, fortiſſimorũ mox, ut confirmatus eſt in regno, collecta ſociorũ manu ualida, hactenus inexpugnabilem, nactus uirtutem domini ac bellorũ experiẽtiam audacter Iebuſæorũ urbem aggreſſus eſt. Quamuis autẽ a ciuibus, in muri fortitudine ac ſublimitate confidentibus, ludibrio habitus ſit, confeſtim tamen urbem cepit. Arcem uero quæ imminebat ciuitati, fortiter ac mirabiliter propoſito principatus militiæ præmio cepit. Qua uirtute audaciaque Ioab qui primus altitudinem ſuperauerat arcis, eſt princeps factus militiæ. Igitur trucidatis, depulſiſq; Iebuſæis, colonis ſcilicet antiquis, Hieroſolymam nominauit, caputque regni effecit. Ergo poſtquam mirabilium ſociorum fultus auxilio fortiſſimorum, regnum dilatauerat ſuum a flumine magno Eufrate, uſque ad flumen Aegypti, multorum ſpolijs regum ac ciuitatum ditiſſimus factus, in auro ſcilicet, argento & ære, ac lapidibus preciosis, demum poſt bella plurima & inimicorum ſtrages fortiſſimorum, dum templum domino in Hieroſolymis condere uellet, in eo ſcilicet loco, in quo olim Abraham Iſaac filium mactandum deo obtulerat, & ipſe hoſtias litando gladium imminentẽ percutientis angeli a ciuitate & populo ſuo auerterat, a deo prohibitus eſt, quoniam bellis & ſanguine multorũ pollutam habebat dexteram, tamen filium eius hoc eſſe facturum, qui ei ſucceſſurus erat in regnum, deus prædixit.

De impenſis atq; diſpoſitionibus, ſeu ordine ſacerdotum, quæ pręparauit Dauid ad templum domini fabricandum. Cap. II.

QVas enim filio præparauerat ad opus fabricæ impenſas, ut nõ tunc cum eſſet nouus, & inexpertus propter ætatem circa talia laboraret, ſed habens hæc præparata, citius paternam ad effe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum perduceret uoluntatem, paucis recitabimus. Instituit nanq; lapidum cæsores, octogintatria millia, quingentos laborantibus præposuit: nonagin tasex milia, qui lapides ueherent, deputauit. Præparauit autem ferrum mul tum & æs ad opera & ligna cedrina: hæc mittentibus quibus mandauerat, Sidonibus, auri talenta decem millia, argenti uero centum milia talentorꝝ. Hæc itaq; in ministerio templi pro diuersitate uasorum, secundum qualita tem ponderum diuisit, & pro mensura uniuscuiusque candelabri, & lucer narum distribuit. Aurum quoque dedit in mensam propositionis pro diuer sitate mensuræ, similiter & argentum in alias mensas argenteas, & cætera uasa, quæ aurea & argentea ad opus templi singula fieri censuit, quæque fo rent necessaria. Dixit enim Dauid: Omnia hæc quæ fieri mando, uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera talibus exempla ribus. Ergo insuper his exceptis, quæ præparauit, obtulit tria millia talenta de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deau randos parietes atque ornandos, principes etiam familiarum, & proceres tribuum cum ministris regis dederunt in opera domus dei, auri talenta quin que millia, solidorum decem millia, argenti talenta decem millia, excepto ære & ferro copioso. Lapides insuper preciosos in thesaurū domus domi ni dederunt, de quibus etiam prius rex magnam & preciosam obtulerat co piam. Conuocauit ergo Dauid principes uniuersos in Hierosolymam, & sacerdotes & Leuitas, & dinumerans eos, primum inuenit ab anno trice si mo usque in quinquagesimum existentes, triginta octo millia de genere Le uitarum, ex quibus instituit curatores fabricæ templi duodecim millia. Iudi ces autem populi, & scribas eorum sex millia. Ianitores autem domus dei quatuor millia, & totidem qui hymnos dicerent deo, cantantes in organis, quę Dauid peritissimus psaltes instituit. Diuisit eos etiam per generationes, & segregans de tribubus sacerdotes, inuenit in eis generationes uigintiqua tuor. Ex domo quidem Eleazar sedecim, & de Ithamar octo, præcipiens, ut unaquæque generatio ministraret deo per dies octo a sabbato usque ad sabbatum. Et ita omnium generationes sortem acceperunt præsente Da uid, & Sadoch, & Abiathar sacerdotibus & principibus uniuersis. Et pri ma quidem generatio conscendens scripta est prima, & secunda pariter & tertia, & consequenter usque ad uicesimamquartam. Et hæc diuisio permā sit usque ad destructionem templi sub Vespasiano & Tito. Eos autem qui erant ex germine Mosi, eminentius honorauit. Fecit enim eos custodes the saurorum dei atque uasorum, quæ reges deo dicare contingeret, iussitque omnibus de tribu Leui, simul et sacerdotibus, ut die noctuq; deo seruirent, sicut eis præceperat Moses.

De Salomone, quàm nobiliter sit in regnum sublimatus & qualiter ditissime patrem sepelierit. Quod claruit quando Hircanus post multa tempora il lius sepulchrum effodit, & pecunias infinitas inde tulit. Similiter & Hero des postea fecit. Cap. III.

Post

POST hæc autem diuisit exercitum in cohortes duodecim, cum ducibus suis & centenarijs & tribunis. Habebat itaque unaquæque cohors uigintiquatuor millia uirorum, quibus obseruare præcepit per trecentos dies a prima hora usque ad nouissimam, Solomonem regem cum millenarijs et cētenarijs, & reliqua, quæ prudenter ac perquam sapienter dispossit, filiumque suum Solomonem se uiuente, regem consti tuit, eique mandauit, ut deo corde perfecto seruiret, & animo uoluntario. Locutusque est etiam DAVID ad ecclesiam uniuersam, quam congre gauerat in Hierusalem, ut leges domini mente perfecta custodirent, & in eius præcepto permanerent. Lætatus est autem populus gaudio magno, immolantes uictimas plurimas domino: et comederunt ac biberunt coram domino cum grandi lætitia, & unxerunt secundo Solomonem super se re gem. Sed & Dauid rex coram uniuersa multitudine mirabiliter ac spiritua liter domino benedixit, dehinc plenus dierum obijt. Quanta autem laude sit dignus & iustitia præditus, liber Paralipomenon atque IOSEPHVS in septimo historiarum libro satis declarant. Diuitiarum uero eius magni tudinem ex his quilibet poterit agnoscere. Post tempus enim annorum mil le trecentorum Hircanus pontifex, dum ciuitas obsideretur ab ANTIO CHO rege, qui nobilis cognominatus est, filio Demetrij, uolens ei dare pecunias, ut ab obsidione recederet, & exercitum suum auferret, sed non ha bens unde hoc implere posset, aperuit unum loculum sepulchrorum DA VID, & sublatis exinde tribus millibus talentorum, partem dedit Antio cho, & ita nimietatem obsessionis amouit, sicut etiam in alijs indicabimus. Post hæc autem multo annorum tempore iam transacto, rursus Herodes rex alium loculum aperiens, plurimas exinde pecunias tulit. Igitur SO LOMON sedit super solium domini in regem pro Dauid patre suo, & cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. Sed & uniuersi principes & potentes & cuncti filij regis Dauid, dederunt manum, & subiecti fuerunt Solomoni regi. DAVID itaque dum adhuc uiueret & disciplinatissime suos moneret filios, ut Solomoni obedirent, uelut domino, dicens ad eos: Nuntio itaque, quoniam pater noster IACOB cum duodecim filios ha buisset, nostis iudam fuisse regem, me etiam fratres habuisse, & nullum eorum grauiter tulisse, quod rex existerem. Ergo licet magnum sit regnum si omnes filij ac nepotes regis, cui proles fœcunda fuerit, regnare tentaue rint, non reges, sed tyranni, nec regni consultores, sed destructores fient, & ego deposco meos filios, ut non in alterutros seditiones exerceant, regnum suscipiente fratre. Itaque ferant eum libēter ut dominum, quando non extra neo seruiunt, sed magis lætentur in fratre honorem imperij. Excellens est enim gloria regis esse fratrem, dum omnes simul regnare nequeant. Magni ficauit ergo dominus Solomonē super omnem Israel, & dedit gloriam re gni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel.

Assyriorum XXXI. Laustenes, cuius in tempore SOLOMON tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum domini consumauit, vsus amicitia Hyram regis Tyri & quę de vtrisq; gentium scriptores senserint. Cap. IIII.

ERGO Assyriorum tricesimus primus Laustenes, annis quadraginta quinque: Solomon item omnium regum Hebræorum sapientissimus ac ditissimus, potitur regno Israelitico a patre Dauid nobiliter dilatato. Qui domino monente templum Hierosolymis mirabiliter patris suffragantibus impensis, ędificare studuit, annoque regni sui undecimo omne opus templi consummauit, beneficio amicitiarum Hyram regis Tyri adiutus, in lignis uidelicet cedrinis, atque alijs rebus pluribus. Meminit autem horum duorum regum Menander, qui ex Phœnica lingua antiquitates Syrorum in uocem conuertit Helladicam, ita dicens: Moriente autem Abibalo, successit in eius regnum filius eius Hyram. Qui dum uixisset annis quinquaginta tribus, regnauit triginta quatuor. Hic effodit amplum terræ spacium, & auream columnam, quæ est in Iouis templo, ædificauit: insuper & lignorum materiam a monte Libano incidit ad tecta templorum, & destruens antiqua sacraria, templum ædificauit Herculis & Hastarsæ, & primum Herculi hoc erexit mense Peritio. Et contra Eucheos tributa non reddentes egit exercitum, eisque sibi subditis, denuo remeauit ad Tyrum. Huius temporibus erat Abdemonis filius iuuenculus, qui semper propositionibus, quas imperasset Hierosolymorum rex, cuncebat. Meminit horum etiam DION historiographus ita dicens: Abibalo moriente, filius eius Hyram regnauit. Hic partem ciuitatis positam ad orientem diruit, & maiorem urbem effecit, & Olympici Iouis templum destruens, medium locum ciuitati coniunxit, & aureis anathematibus exornauit, ascendensque in montem Libanum syluam maximam ad sacrorum secuit ædificia. Adiecit etiam hæc: Regem Hierosolymorum Solomonem misisse ad Hyram Tyri regem figuras quasdam, & petisse ab eo solutionem, ita ut si non posset discernere, soluendi pecunias daret. Cumque fateretur Hyram non posse se illa soluere, multaque foret pecuniarum detrimenta passurus, per Abdimum quendam Tyrium, quę proposita fuerant, sunt soluta, & alia ab eo proposita, quæ si Solomon non solueret, Hyram regi pecunias multas daret. Quo in tempore Italiæ Latinus Syluius principatum tenuit, habēs successorem Alba Syluium. Corinthiorum rex erat Ion, habens successorem Egilon, Archippus Athenienses tunc regebat. Eodem tempore Ephesus condita ab Andronico est. Quidam etiam Carthaginem tunc conditā uolunt a Calcedono Tyrio: alij uero a Didone eius filia. Quidam etiam Homerum & Hesiodum his temporibus fuisse aiunt. Tunc Hebræorum sacerdos Sadoch illustris habebatur.

Assyriorum XXXII. Piritiades, quo tempore regnum Hebræorum diuiditur, templum etiam domini Susachim rex Aegypti spoliauit: quid etiam eruditus gentium scriptor inde senserit. Cap. V.

Assy-

ASsyriorum XXXII. Piritiades, annis XXX. a perfectione autē templi quadragesimus quartus annus erat. Hic nanque dissonantia oritur historiarum, in annis uidelicet regni Solomonis, dum quadraginta eum regnasse annis, in libris legitur Regum. Iosephus autem octoginta, & omne uitæ illius spacium, annos nonagintaquatuor fuisse asserit. Hebræorum iam Solomone mortuo regnum erat diuisum inter Roboam & Ieroboam, ac deinceps Hebræorum, alij uocati sunt Iudæi, alij Israelitæ. Israel nanq; pristinum retinens nomen, causa uero regum; qui ex tribu Iuda a tempore Dauid & deinceps orti sunt, appellantur Iudæi. Vnde & uniuersa gens nomen Iuda sortita est. De Ieroboam uero Solomonis seruo, qui rex decem tribuum est cōstitutus, qualiter populum a deo auerterit, & simulachra colere fecerit, aras in excelsis montibus constituens, populum illic sacrificare instituerit, & de Iaddum propheta Hierosolymitano, qui prædixit quæ uentura erant Ieroboam, ac posteritati eius, qualiter etiam a maligno seniore homine, falsoque propheta, quem Ieroboam magnis studijs honorabat, quia crebro ei dicebat quæ illi grata forent, deceptus sit, in Iosephi libro octauo scire cupiens plenius inueniet. Igitur anno quinto regni Roboam filij Solomonis, Susachim rex Aegypti, contra Iudæos dimicans, templum Hierusalem spoliauit. Meminit autem huius depopulationis, Herodotus Halicarnes. Ait enim: Quoniam & statuas eorum, qui se sine prælio tradiderunt, reliquerit, & mulierum genitalia in eis celauerit. Roboam enim ciuitatem sine prælio tradidit. Dixit autem & Aethiopas ab Aegyptijs didicisse genitalium circuncisionem, dum liquet in Palæstina degentium, non alij præter Iudæos circuncidant. Defunctoq; Roboam, qui regnauit in Hierusalē super tribum Iuda & Beniamin successit Abia, qui etiam habuit successorem Asam. Ergo Ieroboam, qui super decem tribus regnauit in Samaria mortuo, successit in regnum eius filius Nadab. Latinis tūc Aegyptus Syluius, qui alio uocabulo Athis Syluius uocabatur Albę superioris regis filius rex fuit. Corinthiorum rex Prunnis erat, Lacedæmoniorū Doristus, Athenienſium Terſippus. Quo in tempore Samus condita & Smyrna in urbis modum ampliata. Prophetabant autem in Iudæa, Aias, Amos, Iohel & Azarias.

Assyriorum XXXIII. Ofrateus, cuius tempore Achab rex nequam in parte Israel regnabat: Sub quo Helias. Et quid de ficcitate illius temporis Menander scripserit. Cap. VI.

ASsyriorum tricesimus tertius Ofrateus, annis uiginti. A conditione uero templi septuagesimus quartus annus erat. Sub isto enim in parte Iudæorum Iosaphat, Israelitarum uero celeri morte Nadab, & Baaz, Ela, & Ambri, obeuntibus, tenebat regimē Achab, cum Iezabel nequissimus regum super omnes nequam antecessores suos reges Israel, cuius uxor longe acerrima simul & audacissima, quæ ad tantam uenit luxuriam atque uesaniam, ut ciuitates Israel statuis atque aris

 replerer,

Universidad de Deusto
Biblioteca

repleret, riuuq; Gentilium polluerat omnia; insuper prophetas domini trucidaret. Igitur quidam propheta sumnu dei Helias nomine de ciuitate Tesbon Galaaditidis regionis, ueniens ad Acab dixit ei: quia diceret deus, neque imbrem, neque rorem illis annis in ea prouincia se missurum, nisi ipse rursus apparuisset, & in his dictis abscessit, fueruntque anni tres & menses sex, in quibus Israelitæ afflicti sunt nimia siccitate. Meminit autem huius siccitatis Menander in gestis Nalithiorum regis dicens: Et siccitas super eos facta est a mense hyperuerithcon, usque ad alium. Qui dum deo supplicaret, multa flumina sunt emissa, & hæc quidem ait sub Achab, factam significans siccitatem. Quo in tempore Latinorum Capis Syluius Aegypti, id est Athis superioris filius rex erat, qui Carpentem Syluium habuit successorem regni. Atheniensium rex Phorbas, eiusque regni successor fuit Megiales: Corinthiorum uero Bachis, Lacedæmoniorum Agesilaus. Prophetabant autem in Israel, Helias & Heliseus, Abdias, Azarias, & Micheas.

Assyriorum XXXIIII. Ofratenes, quo regnante Tyberinus Latinos erat rex. Et Homerus tunc fuisse traditur. Similiter & Licurgus legislator. Ioiadas etiam iustus pontifex templi: qui CXXX. annis post Mosen vixit, vt sacra refert historia. Cap. VII.

Assyriorum tricesimus quartus Ofratenes annis quinquaginta, a condicione autem templi nonagesimus quartus annus erat. Sub quo Ioram, Achazas, & Athalia, atque Ioas in Hierusalem regnabant, in Israel uero Hozias, Ioram, & Ieu principatu unus post alium successerunt. Latinorum uero Tyberis Syluius, Carpentis filius princeps erat, a quo & fluuius Tyberis est appellatus, qui prius Albula uocabatur, cuius filius Agrippa post eum regno potitus est. Quo apud Latinos regnante, Homerus poeta in Græcia claruit, ut testatur Apollodorus grammaticus, & Eusorbius historicus, ante urbem conditam anno centesimo uicesimo quarto, & ut ait Cornelius Nepos ante Olympiadem primam anno centesimo. Isdem etiam temporibus Hilias rapitur, Licurgus quoq; legislator Apollinis insignis habetur. Ioiada etiam tunc pontifex templi fuit, qui post Mosen, ut refert sacra historia, annis centum triginta uixisse perhibetur, iustus & per omnia uenerandus, & sepultus est in Hierosolymis in regijs monumentis, quoniam generis Dauid repararat imperium. Tunc etiam Traces obtinuerunt mare.

Assyriorum XXXV. Acrazapes, quo regnãte, Zacharias prophera filius Ioiadæ sacerdotis occiditur inter templum & altare. Syluius Romulus tũc etiam præsidium posuit inter montes, vbi nunc Roma est. Cap. VIII.

Assyriorum XXXV. Acrazapes, annis XLII. a templi autem constructione C. LXIIII. annus erat. Ioas parti Iudææ regnabat, qui successorem habuit Amasiam. Israeli uero post mortem Ieu, Ioachab & Ioas unus post alium regnabant. Atheniensium rex Diognetus, Corinthiorum Eudæmus, Latinorum Aremulus Syluius.

Syluius. His existentibus nationum regibus, Zacharias sacerdos & propheta, de quo dominus in Euangelio mentionem facit, iussu Ioas regis inter templũ & altare interficitur: quem mortuo Ioiada sacerdote Ioas de morte liberauerat, & eum clam in templo nutrierat, atq; regẽ fecerat. Idem rex curam perdidit diuinæ religionis, cum quo etiã primatus plebis pariter uiciati sunt circa legitima iura legis. Vnde & dominus misit ad eos prophetas, qui contestarentur, ut ab huiusmodi gestorum malignitate recederent. Ille uero non solum ut pœnitẽtiam ageret & cõuerteretur ab iniquitate sua, non obtemperauit: uerũ etiam Zachariã filium pontificis Ioiadę, lapidibus in templo rex iussit occidi, beneficiorum patris eius oblitus. Quem Zachariam cum dominus prophetam constituisset: stans in media multitudine suadebat ei simul & regi, ut iustitiam facerent: & quia magna supplicia susciperent, si nollent dei præceptionibus obedire. Qui tamen cum moreretur suarum passionum testem deum proclamauit: quia pro bono consilio & pro his quæ pater eius præstiterat regi Ioas, ille amare & uiolenter occumberet. Heliseus prophera etiam eo tempore moritur: Carthaginem quidam hoc tempore conditam fuisse dicunt. Syluius Aremulus siue Remulus, Agrippæ superioris regis filius, præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit: qui ob impietatem fulminatus est. Huius filius Iulius Proculus, Iulij Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundauit Iuliam gentem.

Assyriorum tricesimus sextus Thonos Concoloros vocatus Sardanapalus: qui muliere corruptior fuit. Ob quam causam ab Arbace duce Medorum spretus atq; deiectus est, & pariter cum eo regnum Assyriorum corruit. Cap. IX.

Assyriorum tricesimus quintus, Thonos Cõcoloros: quem Græci Sardonapalum nominant, annis uiginti: a conditione templi centesimus octogesimus sextus annus erat, Iudæorum Azarias qui & Ozias: Israelitis uero Roboam reges erant. Atheniẽsium Phereclus, cui successit Ariston, Corinthiorum Aristemedes. Latinorum Auentinus Syluius. Hic enim Aremuli maior filius fuit, in eo quippe monte, qui nunc pars est urbis, æternum uocabulum loco dedit. Quo in tempore Hesiodus poeta claruit: atq; Phidon Argiuis mensurarum pondera reperit. Olympias uidelicet prima a Græcis constituitur, & agnus in Aegypto loquitur: Osee, Amos, Esaias, & Ionas in Iudæa prophetabant. Sardanapalus autem Assyriorũ rex uir muliere corruptior, qui inter scortorum greges fœminæ habitu purpuram colo tractans, a præfecto suo Arbace, qui tunc Medis præerat, uisus atque execrationi habitus: mox etiam excitis Medorum populis ad bellum prouocatus & uictus Sardanapalus, ardenti pyræ se iniecit. Exhinc regnum Assyriorũ in Medos concessit. Vsq; ad id tempus fuisse reges Assyriorũ historia refert. Fiunt autem simul a natiuitate Abrahæ usq; ad huius regni terminum anni mille centũ nonaginta septem.

Omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes autem anni regni Assyriorum a primo anno Nini regis supputantur M.CCXL. Arbaces uero Assyriorum destructo imperio, regnum in Medos transtulit. Ferunt nancp interim, id est, usqp ad Deiocū regem Medorum sine principibus res geri, & in medio hoc tempore Chaldæos proprie præualuisse: quorum separatæ quædam regum successiones feruntur. Reliquæ quoqp gentes proprijs regibus utebantur.

Medorum I. Arbaces: quo regnante prophetabant, Osee, Esaias, Amos, & Ionas. Qui velut fontes proruperūt in prophetiā vt prima cecidit Babylon & sed'a cœpit oriri, i. Roma, sub cuius regno Christus est natus. Cap. X.

PRimus Medis Arbaces regnauit annis uiginti octo. A constructione uero templi anni ducenti sex: sub quo adhuc regnat Azarias qui & Ozias in parte Iudææ. In Israel autem post Roboam, paucis diebus fuerat Zacharias, rursusque Sellom quibus successerat Manahe. Athenienſium Tespieus rex Arifronis filius erat: quando Assyriorum destructum est regnum. Procas Syluius Latinorum erat rex, qui filius Auentini prædicti regis fuit, Corinthiorum Alexander, Lacedæmoniorum Talchamenes: Macedonum hoc tempore primus rex Caranus fuit. Tunc etiam Hesiodus insignis habetur: ut uult Porphyrius.

Medorum secūdus Sosarmus: quo regnante prima Olympias cœpta est, reges Lacedæmoniorum atque Corinthiorum defecerunt, Lydorum autem regnum inchoauit, tyrannus Phalaris tunc in Cicilia authorem nefandissimi operis iuste puniuit. Sancti prophetę etiam gentium salutem exorsi sunt prædicare. Cap. XI.

MEdorum secundus Sosarmus annis XXX. a condītione templi anni CCXXXIIII. Iudæ parte regnabat Ioathan, Israelitis Phacee, quando & quinto decimo eius anno prima Olympias cœpta est nominari: a qua usque ad captiuitatem Troiæ supputantur anni quadringēti quinqp: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis siue Emonis primus constituit, in qua Corebus Elienſis extitit uictor: Elienſes quidem quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis: quibus tot principes annuos constituebant, agere soliti sunt. Escilus uero Agamestoris filius, Athenienſium tunc princeps erat. Ab hoc itaqp tempore Græcorum historia uera creditur esse: nam antea ut cuique uisum fuit, diuersas protulerunt sententias. Latinorum rex Amulius, qui pulso Numitore fratre maiore regni potestate potiebatur, male adepta. Athenienſium Agamestor, cui Escilus successit, Macedonum uero Cyrus. Quo in tempore Bogorus Aegyptijs iura constituit: sub quo & agnus locutus est, ut ferunt alij. Leges uero Licurgi a Lacedæmonijs sunt receptæ. Quibus etiam diebus Lacedæmoniorum reges, atque Corinthiorum defecerunt. Lydorum autem regnum inchoauit: quibus Ardisus rex primus extitit. Ea tempestate Phalaris siculus Agrigentinos arrepta tyrrannide populabatur: qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nepharia in innocentes agens, inuenit aliquando quem iuste puniret

ret iniustus. Nam per illos quidā æris opifex, affectans tyranni amicitiam, aptum munus crudelitati illius ratus, taurū æneum fecit, cui fabre ianuam e latere cōposuit, quæ ad cōtrudendos damnatos receptui foret, ut cum inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur, sonum uocis exortæ capacitas cauī æris augeret, pulsuqp ferali competens imagini murmur emitteret, ne farioque spectaculo mugitus pecudis non hominis gemitus uideretur. Sed Phalaris factum amplexus, factorem execratus, & ultioni materiam præbuit & crudelitati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. Tunc etiam Peloponenſium, Athenienſiumque maximum bellum totis uiribus, animisque commissum est, in quo mutuis cædibus ad hoc coacti sunt, ut uelut uicti se ab alterutro subtraherent, bellumque desererent. Tunc etiam Amazonum gens & Cymmeriorum in Asia repentinis incursibus plurimam diu, lateque cædem ædidit. Quibus equidem temporibus Lacedęmonij contra Messenios propter uirgines suas spretas in solenni Messeniorum sacrificio, per annos uiginti indefesso furore bellantes, ruinæ suæ totas Græciæ uires implicuerunt. Qui cum per decem annos longa fatigati obsidione, & querelis uxorum super longa uiduitate & periculo sterilitatis contestantium, ni redirent, a finitimis concubitus petituras, permoti: tamen ne reuocarentur electos in exercitu quosdam Sparthan remittunt, quibus promiscuos omnium fœminarum concubitus permisere. Sciendum tamen est ipsam esse Spartham, quam & Lacedæmoniam ciuitatem, atque inde Lacedæmonios Sparthanos dici. Qui dum crudeliter contra Messenios dimicant, quamuis sæpius ancipiti uictoria, demum superant. Tunc etiam contra Athenienſes arma conuertunt, diu uariæ & graues pugnæ & anceps status uictoriæ, ac postremum pendente euentu utrinque discessum est. Ergo tantus furor Sparthanorum erat, ut duobus bellis impliciti, susciperę tertium non recusarent. Tunc enim post innumerabiles, ut ita dicam, Laurentis loci in Latio reges Syluios, Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italiæ prædicta regnauerunt, quamuis pauperrime: Amulius rex fratris sui Numitoris filiam Rheam nomine, quæ & Ilia uocabatur, Vestalem uirginem fecerat. Quæ grauida inuenta, dum scelus suum nititur excusare, a MARTE se compressam mentita est. Ex qua genitis duobus geminis, rex exponi præcepit. Quos uagientes paruulos iuxta ripam Tyberis expositos, Faustulus regis pastor ad Laurentinam uxorem suam detulit, quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuosi, a uicinis LVPA appellabatur. Vnde meretricum cubicula lupanaria dicuntur. Qui gemini inter alios pastores enutriti, cum adoleuissent, collecta latronum manu & pastorum, interfecto apud Albam Amulio, auum Numitorē in regnum restituunt, matremque uindicant: quæ defossa iuxta legem uiua, ob stupri mercedem fuerat. Hinc decedentibus atque nascentibus regnis, nouus ordo consurgit.

Medo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medorum III. Madidus: quo regnante decem tribus, quæ vocabantur Israel, translatæ sunt in montes Medorum: & Cuthæi (qui vocantur Samaritæ) pro eis in eorum regione collocantur. Romulus autem interfecto auo atq; fratre, fundauit Romam. Sibylla Eritrea hoc in tempore extitit: quæ de Christo manifeste prophetauit. Cap. XIII.

MEdorum III. Madidus annis XL. a conditione templi anni CC. LXIIII. Quo Medis regnante, Iudæis regnabat Achar, cui successit filius eius Ezechias, Israelitis alius Phacee habēs successorem Osiam. Per ea uidelicet tempora erant prædicti prophetæ, quos præmisimus, id est, Amos, Isaias, Micheas, & Osee. His adiungūtur Ionas & Iohel, cum iam regnaret Ioathan, qui successit Oziæ. Sed istorum Prophetarum duorum tempora in libris nō inuenire potui canonicis. Qui prædicti prophetæ uelut fontes prophetiæ eruperunt pariter, quando regnum defecit Assyriorum, cœpitq; Romanum, ut scilicet quēadmodum regni Assyriorum primo tempore extitit Abrahā cum promissiones apertissimę fierent, id est in eius semine benedictiones omnium gentium: ita occidentalis Babylonis exordio, quo fuerat Christus imperāte uenturus, in quo implerentur illa promissa per ora prophetarum prædicta, non solum loquentium, uerum etiam scribentium. Cum enim prophetæ nunquam fere defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse cœperunt: in usum tantummodo eorę fuere non gentium. Quando autem scriptura manifestius prophetica condebatur, quæ gentibus quandoq; prodesset: tunc oportebat ut inciperet quando condebatur hæc ciuitas, quæ gentibus imperaret. Tunc Athenienſium erat rex Alemeon, Macedonum Thyrimmas, Hesiodus, & Aristoteles, fuisse tunc memorantur. Igitur regni Madidi anno XV. captiuitas prima X. tribuum Israel facta est a Sennacherib, qui & Salmanansar rege Chaldæorę, quæ translatę sunt in mōtes Medorum. Regnatumq; est in Samaria annis CC. XL. & menses VII. & dies VII. ex q̄ se a domo Dauid & tribu Iuda seperauerunt cæterę tribus. A tempore quo sub principe Iesu prouinciam obtinuerūt eandē, erant anni DCCCC. XLVII. Eodem quoq; tempore nōnulli Sibyllam Eritream uaticinatā ferunt. Sibyllas aūt Varro prodit plures fuisse, non unam. Hæc sane Eritrea Sibylla quædam de Christo manifesta conscripsit carmina: quæ beatus Augustinus ex Greco in Latinum uertit eloquium, ubi ostendit in capitibus uersuum ordinem literarum ita se habentem, ut hæc in eo uerba legerentur, Iesu Christe, theos, soter: quod est Latine, Iesu Christe dei filius saluator. Hi autem uersus quorę primę literę istum sensum quem diximus, reddunt, ita translati sunt:

Iudicij signum, tellus sudore madescet,
E cœlo rex aduenier, per secla futurus,
Scilicet in carne præsens ut iudicet orbem.
Vnde deum cernent incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt quos iudicet ipse,

Cum

Cum iacet incultus densis in uepribus orbis,
Reijcient simulachra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;.
Inquirens tetri portas effringet Auerni,
Sanctorum, sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisq; loquetur,
Secreta atq; deus referabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar & chorus interit astris,
Soluetur cœlum, lunaris splendor obibit.
Deijciet colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime uel altum.
Iam æquantur campis montes & cerula ponti
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit,
Sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni,
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum, uariosq; labores,
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens,
Et coram hic domino reges sistentur ad unum,
Recidet e cœlo, igniscq; & sulphuris amnis.

Nonnulli autem Erictheam Sibyllam non his regnantibus, ut præmisimus, sed Troiani belli tempore fuisse scripserunt. Eumelus autem tunc Corinthius uersificator agnoscitur. In Sycilia uero Siracusia condita est simili ter & Cathina. A Lacedæmonijs nanq;, ut prędiximus, bella contra Messenios geruntur, & ab eis Messala capitur. Thales Milesius Physicus philosophus tunc agnoscitur, qui unus ex septem sapiētibus fuisse perhibetur, qui Physicā primus apud Grecos inuenit. Iste etiā Thales successores propagauit, rerum naturam uticq; scrutatus, suasque disputationes literis mandans emuniuit, maximeq; admirabilis extitit, quod astrologiæ numeris cōprehensis, defectus solis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum esse principium, & hinc omnia elementa mundi, ipsumq; mundum & quæ in eo uidentur existere. Nihil autem hoc opere quod mundo considerato tam mirabile aspicimus, diuinæ menti præposuit. Quo etiam in tempore, Athenis principes qui usq; ad mortē Reipublicæ præerant desierunt, & in annis decem magistratuum consuetudinem Athenienses tenuerunt. Post principes uero prædictos regnauit primus cum eis Carobs Escili filius. Tunc Aradis insula habitata est, Gizæcus condita. Igitur anno Madidi nono, post euersionem uero Troiæ quadringentesimo quartodecimo, sexta Olympiade, quæ quinto demum anno quatuor in medio expletis, apud Elidem Greciæ ciuitatem, agone & ludis exerceri solebat, Romulus ciusque germanus Remus, quos inter pastores diximus enutritos, collecta

 pasto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paſtorum atque latronum multitudine, Romanæ urbis ædificia inchoauerunt, ſuoque de nomine iunior, qui germanum peremerat, urbem uocari præcepit. Cuius regnum urbis continuo Romulus fratricidio imbuit, parique ſucceſſu crudelitatis, ſine mora raptas Sabinas mulieres improbis nuptijs confœderatas, maritorum & parentum cruore dotauit. Itaque Romulus interfecto primum auo Numitore, dehinc Remo fratre, arripuit imperium, urbemque conſtituit, regnum aui, muros fratris, templum ſoceri ſanguine dedicauit, ſceleratorum manum promiſſa impunitate collegit. Ad tutelam uero nouæ urbis, ſufficere uallum uidebatur, cuius dum angu-ſtias Remus increpat, ſaltu tranſiliuit, qui iuſſu fratris occiſus eſt, prima certe uictima urbis fuit. Imaginem nanque urbis magis quam urbem fecerat Romulus, ſed incolæ deerant. Erat tamen in proximo locus, hunc aſylum facit, & ſtatim mira uis hominum, Latini, Thuſcique paſtores etiam tranſmarini Phryges, qui ſub Aenea: Archades, qui ſub Euandro uenerant duce, confluxerunt. Sic nanque ex uarijs quaſi elementis congeſtus corpus unum, populumque Romanum ita fecit. Virorum itaque matrimonia a finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis equeſtribus, uirgines ac mulieres Sabinorum, quæ ad ſpectaculum uenerant, prædæ fuerunt. Hæc ſtatim cauſa bellorum. Sabinis portæ proditæ per uirginem Tarpeiam. Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus atrox in ipſo foro pugna: adeo, ut Romulus fœdam ſuorum uix ſiſteret fugam. Tandem interuenere funeribus raptæ laceris comis: ſic pax facta cum Tatio, fœduſque percuſſum eſt. Quem tum Tatium ſenem honeſtis pietatis cauſis inſiſtentem: mox ut in ſocietatem regni Romulus aſſumpſit, occidit. Ergo pulſi, fugatique Vientes Cennienſium captum ac dirutum eſt oppidum: ſpolia inſuper opima de rege Argone Feretrio rex reportauit. Tarpeia nanque uirgo prædicta clypeis Sabinorum obruta eſt. Vnde mons Tarpeius nomen accepit: in quo nunc eſt CAPITOLIVM. Iam hinc inceſſabilia certamina & iuxta quantitatem uirium externa atq; ciuilia ſemper grauia fuerunt. Igitur ROMVLVS hunc Reipublicæ impoſuit ſtatum. Iuuentus diuiſa per tribus, in equis & armis, ut ad ſubita bella excubaret, conſilium autem Reipublicæ penes ſenes eſſet, qui ex authoritate patres uocabantur, ob ætatem ſenatus: & ex populo mille collegit uiros, qui armati ſibi aſſiſterent expediti. Vnde a mille milites dicti, ſicut a ſenibus ſenatores, & a curis Quirites. Idem ROMVLVS apud paludem per caput capri ſublatus: nuſquam comparuit. Sed ſuadente Proculo Quirinus eſt nominatus: quem tamen a ſenatu propter acrius ingenium deceptum aſſerunt. Eodem tempore Sennacherib rex Chaldæorum ad cuſtodiendam regionem Iſraelitarum accolas Aſſyrios miſit. Qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritæ nuncupati ſunt, quod Latina lingua exprimitur cuſtodes, qui proprie Euthæi uocantur, a quodam flumine Eutha, quod eſt in pro-

uincia

uincia Perſida, unde rex eos migrare fecerat in Samariam.

Medorum IIII. Cardicas, quo regnãte, Numa rex Latinorum fuit, qui multa uana inſtituit & ſuperſtitioſa. Cap. XIII.

IGitur Medorum quartus Cardicas, annis tredecim. A cõſtructione uero templi triceſimuſquartus, ſub quo Ezechias regnabat in Iudæa. Decem uero tribus, quæ uocabantur Iſrael, iam in captiuitatem erant ductæ. Macedonum rex Perdica erat, Athenienſium Hyppomenes, cui Leocrates ſuccedit. Latinorum Numa, qui & Pompilius, poſt Romulum extitit rex: qui nullum cum finitimis geſſit bellum. Duos menſes is anno addidit, Ianuarium & Februarium, cum antea decem tãtum apud Romanos fuiſſent, a Romulo inſtituti. Capitolium quoque a fundamentis ædificauit, uir in religione ſacrorum præcipuus, qui ſacra & ceremonias, omnemque cultum deorum docuit. Pontifices, augures, cæteraque ſacerdotia & ſecreta quædam imperij pignora deſcripſit, Ianumque bifrontem. Ille primus focum Veſtæ uirginibus colendum dedit, ut ad ſimulachrum cuſtos imperij cœleſtium ſyderum flamma uigilaret. Intantum enim uanitate deceptus eſt, ut plura diabolo dictante conſcriberet, quæ poſtea ſi ad hominum notitiam peruenirent, nimium obfutura cognouit. Sed quia incendere ea timuit, iuxta ſuum latenter ſepulchrum, ubi neminem acceſſurum credidit, ſub humo abſcondit. Decedente uero tempore, quidam ruſticus dum in eodem agriculturam exerceret loco, aratro euellente hoc ſcriptum reperit, prætori obtulit, prætor uero ſenatui. Senatus autem ut uidit, nimium deteſtatus exhorruit, & incendio tradens, concremauit: ne aliqua curioſitate ad hominum notitiam tantum nefas diabolicum peruenirent. Bellum etiam quod in Tyria geſtum eſt inter Lacedæmones & Argiuos, tunc fuiſſe creditur: Sibylla, quæ & Erophila, in Samo inſignis habebatur. Nicomedia tunc condita eſt, quæ prius Aſtacus uocabatur, quo in tempore prophetabant Iſaias & Oſee.

Medorum V. Deioces, ſub quo Manaſſes in Babyloniam captiuus ductus, & pœnitentiam agendo meruit abſolui. Romanorum uero Tullius rex, qui multa Reipublicæ ad decorem pertinentia inſtituit, & quæ ciuitates tunc ſunt conditæ. Cap. XIIII.

IGitur Medorum quintus Deioces, annis quinquaginta quatuor. A condito templo, trecenteſimus ſeptimuſdecimus erat. Sub quo Manaſſes parti Iudæ dum regnaret, ductus in Babylonem captiuus, & ferreis uinculis inligatus, fertur pœnitentiam egiſſe: cuius & canticum pœnitentiæ legitur. Poſtea uero reuerſus in regnum, mala præterita damnans pœnitendo, deo etiam gratias agebat, qui eius exaudiuit preces, eripiens eum a maximis anguſtijs, deinde uitam ducens mirabilem, tamen reliquit filium ſuum peſſimum Ammon ſucceſſorem. Quibus diebus Athe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nienſium erat rex Abſander, cui ſucceſſit Eryxias. Poſtquam ceſſantibus regibus conſtituti ſunt principes, electi nobiles nouem Athenienſibus urbi prefuerunt, Rempublicam agentes. Macedonum Argacus: Romanorum uero Tullius Hoſtilius, cui ob honorem uirtutis, regnum ultro datum eſt. Hic omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi inſtituit. Primus regum Romanorum purpura & faſcibus uſus eſt, ille ambitu uallis urbem ampliauit, adiecto monte Celio. Itaque exercita iuuentute intuliſſe Albanis bellum, & diu altrinſecus ſpe incerta certa clade, tandem peſſimus exitus, & dubius euentus, compendioſa tergeminorum congreſſione fuiſſe. Rurſus pace diſrupta Metium Sufferium Fidinatem bella meditantem etiam proditione ſuſpenſum, curribus in diuerſa raptantibus duplicis animi noxam pœna diuerſi corporis expendiſſe. Quibus etiam diebus Cizicus condita eſt, & in Italia Locri: in Lacedæmone uero primum acta nudipedalia dicuntur. Muſici nanque Archilogus & Symonides, Ariſtoxenuſque illuſtres habebantur. Itaque legislator Zeleucus frequentibus præconiis celebrabatur: Cypſilus enim in Corinthio tyrannidem exercebat. Tunc Byzantium conditum eſt, & Hyſtrijs ciuitas in Ponto.

Medorum VI. Phraortes, ſub quo Ioſias Iudæorum rex, & Romanorum Ancus Martius. Cap. XV.

MEdorum ſextus Phraortes, annis uiginti quatuor. A condito nanque templo, anni trecenti ſeptuagintaunus, ſub quo Ioſias regnare cœpit parti Iudææ, qui lucos ſuccidit, & gentium idola de ſuo regno abiecit, deumque cœli integre coluit. Oſſa etiam humana ſuper altare combuſſit: quod impius Ieroboam ad ſubuerſionem Iſrael conſtruxerat. Adimpleuit nanque quod de eo prophetatum fuerat, per uirum dei Iaddun de Iuda, Ieroboam ſacrificanti. Philippus Macedonum rex tunc erat, & Ancus Martius Romanorum, Pompilij nepos ex filia. Hic Auentinum montem & Ianiculum urbi addidit, & muro mœnia amplexus eſt, & influentē Tyberinum urbi pontem commiſit. Supra mare uero tertiodecimo ab urbe miliario in ipſo fluminis, mariſque confinio Oſtiam ciuitatem condidit. Quibus diebus (ut quidam ferunt) Thales Mileſius primus Phyſicus philoſophus clarus habebatur, prophetantibus in Iudæa Hieremia, Olda muliere & Sophonia. Tunc muſicus Tarpander inſignis habetur. Oraculo nanque Dodonæo primum uſa eſt Græcia: Myrtheus Athenienſis poeta tunc cognoſcitur, Dracho legumlator tunc etiam fuiſſe fertur: Epidaurus ciuitas condita, quæ poſtea dicta eſt Dyrachium.

Medorum VII. Cyaxares, quo regnante, Ioſias rex Iudæorum occiditur, Iudæi diuerſis calamitatibus opprimuntur, regesq; eorum inter Aegyptios & Babylonios infelici ſorte affliguntur: Romanorum uero Tarquinius Priſcus erat rex, qui Senatum auxit, & multa inſignia & decora adinuenit, quibus dignitas imperij eminet. Cap. XVI.

Medo-

MEdorum ſeptimus Cyaxares, annis triginta duobus. Ab ædificatione uero templi anni trecenti nonagintaquinque. Quo in tempore Ioſias rex erat Iudæorum, qui cum Nechaone rege Aegyptiorum cōgreſſus, occiditur: habens ſucceſſorem Ioacha, quem Nechao uinctum duxit in Aegyptum, poſt bella contra Babylonios acta, conſtituenſque fratrem eius ſeniorem, ex eodem patre, pro eo regem, nomine Ioachim, qui & Eliachim: prouinciæ trubutum impoſuit. Igitur Ioachim cum octauum regni ageret annum, ueniente Nabuchodonoſor cum magno apparatu contra Iudæos, qui omnem Syriam de manu Nechaonis regis Aegypti abſtulerat, quem etiam Nabuchodonoſor iuxta Eufraten in bello uicerat, eiuſque dominationem ab Aſſyria depulerat, eamq; ſibi ſubiecerat. Hunc uero Nabuchodonoſor metuens Ioachim, minaſque eius, & pacem habere deſiderans, præbuit ei tributa quæ præceperat, annis tribus: tertio uero anno non reddidit, deceptus ſpe Aegyptiaci belli. Audierat enim eos contra Babylonios iterum pugnaturos, ſed hoc minime Aegyptij præſumpſerunt. Nabuchodonoſor uero iterum cum magno exercitu uenit contra Iudæos: quem Ioachim iure fœderis ſuſcepit. Dum ergo rex Babylonię intraſſet in ciuitatem, fidem nequaquam ſeruauit, ſed iuuenes fortiſſimos Hieroſolymitanorum occidit una cum rege Ioachim, quem etiam ante muros inhumatum proijci iuſſit, & alios in dignitatibus poſitos, captiuos in Babyloniam duxit: inter quos ductus Ezechiel propheta, adhuc puer eſt. Filium uero eius Ioachim conſtituit regem uniuerſæ prouinciæ, quod mox eum pœnituit feciſſe. Formidatus eſt enim, ne forte habens mali memoriam pro nece paterna prouinciam eius inuaderet, & mittens exercitum, regem Ioachim Hieroſolymis obſidebat: quia accepit iuſiurandum ab eis, ut nihil mali pateretur, nec ipſe nec ciuitas. Non autem ſeruauit eam Babyloniæ rex, ſed præcepit principibus ſuis, ut omnes, qui erant in ciuitate iuuenes captiuos ſumerent, pariter & artifices, eoſque ad ſe ligatos adducerent, qui omnes fuere decem millia octingenti triginta & duo, ſimul & Ioachim, cum matre pariter & amicis, quos deductos ad ſe habuit in cuſtodia. Patruum uero Ioachim, nomine Sedechiam, conſtituit regem, accipiens ab eo iuſiurandum, ut ei prouinciam cuſtodiret, & nihil hoſtiliter ageret, & Aegyptijs non faueret. Hæc iuxta aſſertionem Ioſephi retulimus. Euſebius uero & noſtri temporum ſcriptores, ita ferunt. Anno tertio Ioachim Nabuchodonoſor Iudæam captam tributariam fecit, & in ditionem ſuam redactis plurimis Iudæorum partem etiam uaſorum templi cum inuaſiſſet, tributario Eliachim facto et Ioachim, uictor ad ſuos redijt. De regio ſemine pueros ſecum in Babyloniam deduxit, quos eunuchos factos ſcholæ tradidit, cum cæteris nobilioribus, quos ex diuerſis nationibus deprædauerat: ut omnem diſcerent Chaldæorum ſapientiam, inter quos Daniel, Ananias, Azarias, Miſahel clari habentur. Tunc temporis Macedonum rex Philippus erat, Lydorum Sadiattes: Romanorum uero Tarquinius Priſcus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui quamuis transmarinæ originis esset, regnum ultro petens accepit, ob industriam atque suam elegantiam: quippe, qui oriundus Corintho Græcum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit, & centurijs tribus auxit, quamuis Acius Neuius numerum augeri prohibebat, uir summus augurio. Quem rex in experimentum rogatur, fieri ne posset quod ipse mente conceperat. Ille rem expertus augurio, posse respondit. Ad quem hoc, inquit, agitur: an cutem illam secare nouacula possit? Et augur: Potest, inquit, & secuit, inde Romanis sacer augurastus. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim nanque Tusciæ populos frequentibus armis subegit: inde fasces, trabeæ, curules, amuli, phaleræ, paludamenta, prætextæ, inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora & insignia, quibus imperij dignitas eminet, sumpta sunt. Idem Romæ circum ædificauit, numerum senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas constructit, ad extremum ab Anci filijs occisus est, regis illius, cui ipse successerat.

Medorum VIII. Astyages, quo regnante Hierusalem capta est, templumq; incensum. Iudæi in Babyloniam captiui sunt ducti. Quātæ etiam fortitudinis Nabuchodonosor extiterit: & qualia fortiter gesserit virtute & opere, succincte sunt adnotata. Quid etiam de eo gentium scriptores dixerint. Itaq; quod requiritur, cum Babyloniorū reges miræ fortitudinis essent, cur per reges Medorum annorum numerus obseruatur. De passionibus etiam Hieremię prophetę, & quod inuitus in Aegyptum descenderit, & Aegyptiorum vastationem prædixerit. De Pythagora etiam & de septem sapientibus Græcorum, qui per ea tempora fuerint. Cap. XVII.

MEdorum octauus Astyages, annis triginta octo. Ab ædificatione uero templi, anni quadringenti uiginti septem, Macedonum rex Acropus, Lydorum Aliattes. Igitur anno octauo Astyagis, Iudæi de Hierosolyma captiuantur a Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Capta est uero ciuitas undecimo anno Sedechiæ regis, quarto mense, die nono: ceperuntque eam principes Babyloniorum, quibus obsessio a rege Nabuchodonosor uidebatur esse commissa. Ipse autem in Arabatha ciuitate morabatur. Sedechias uero dum caperetur urbs, ilico fuga elapsus est, quem fugientē per desertū comprehēdentes cum uxoribus atque filijs, adduxerunt ad regem principes Babylonij in Arabatha. Hunc ergo ad se uenientem, Nabuchodonosor impium & infelicem uocare coepit, & iurisiurandi immemorem: quia dum ab eo percepisset imperium, quod ab eius fratre tulerat, & illi tribuerat, contra munificum largitorem egisse uidebatur hostiliter. His igitur uerbis usus, filios eius iussit pariter & amicos continuo perimi: ipso scilicet Sedechia & alijs captiuis inspicientibus. Deinde oculos eruens Sedechiæ, eumque uinciens perduxit in Babyloniam. Alia siquidem uniuersa, consona a prophetis edicta sunt: quo modo & ciuitas uastaretur, & ipse Sedechias duceretur captiuus in Baby-

Babyloniam. Discordauit autem in hoc Ezechiel dicens: Quia Sedechias Babyloniam non uideret, cum HIEREMIAS dixisset: quia uinctum eum rex Babyloniæ illuc duceret. Hæc autem prouenerunt ei, quæ Hieremias & Ezechiel prophetauerunt, quia comprehensus duceretur ad Babylonium regem, & loqueretur ei ore suo, ut uideret oculos regis, sicut HIEREMIAS dixit, cæcatus autem & ductus in Babyloniam, non uidit eam, sicut EZECHIEL prædixit. Porro Babylonius rex misit principem militiæ suæ Nabuzardan in Hierosolymam, ut expoliaret templum, præcipiens ut illud incenderet, & regalia pariter & ciuitatem ad paumentum usque deponeret, & populum in Babyloniam abduceret. Qui dum ueniisset ad Hierosolymam undecimo anno regis SEDECHIAE templum subuertit, & uasa dei aurea argenteaque tulit: nec non & maximum cantarum, quem posuit in templo Solomon, insuper & columnas æneas & capita earum, aureasque mensas & candelebra. Et hæc auferens, templum quoque succendit. Mense quinto initio mensis, anno undecimo SEDECHIAE regis, octauodecimo anno Nabuchodonosor. Succendit autem & regalia ciuitatemq; destruxit. Templum itaq; concrematum est: post trecentos et septuaginta annos, & menses sex diesq; decem, ex quo id constat ædificatum, ab egressu autem populi ex Aegypto, tunc erant anni mille sexaginta duo, menses sex, dies decem. A diluuio uero usque ad uastationem templi, omne tempus fuit, annorum mille nongentorum quinquaginta septem, mēsium sex, dierum decem. Ex quo uero factus est Adam usque ad ea quæ prouenerunt templo, anni sunt tria milia, quingenti tredecim, menses sex, dies decem. Tantus ergo numerus annorum fuit. Mansit autem sub regibus hic populus. A Saul, & Dauid, qui primi gentis Iudaicæ imperium susceperunt, per quingentos triginta duos annos menses sex, dies decem, sub iudicibus uero annis plus quingentis, post mortem MOSI, & ducis IESV. Hæc ita se habent iuxta Iosephi assertionem. Iuxta aliorum uero supputationem templum ab anno ædificationis suæ quadringentesimo tricesimo quinto, uel quadringentesimo quadragesimo secundo succensum est. Ergo Nabuchodonosor tantæ fuit fortitudinis ut etiam Magestenis in quarto Indicorum libro nititur approbare, hunc regem fortitudine & actuum magnitudine Herculem transcendisse. Dicit enim eum uastasse Libyę ciuitates & Hiberiam. Porro Diocles in secundo coloniarum libro meminit huius regis, & Philostratus in Indicis & Phœnicis historijs dicit, quia iste rex obsedit Tyrum annis tribus: cum illo tempore Tyro regnaret Ioathabula. Ipse uero de manubijs hostium templum Beli, & reliqua largissime nimis ornauit, & antiquæ ciuitati alia quoq; contulit, et prisca superauit, ita ut nequaq̄ obsidentes ualerent fluuium conuertere, & ciuitati aliquomodo prealere. Erexitque tres porticus intrinsecus, & tres extrinsecus, de latere cocto decenter munies eas, & exornans ualde magnifice. Paternis quoque regalibus aliæ proximæ regalia fabricatus est:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum ſpacia & reliquam pulchritudinem dicere credo ſuperuacuum. Veruntamen hoc ſciendum, quia dum eſſent hæc magna & nimis exi mia, diebus ſunt quindecim conſummata. Inſtis uero regalibus lapides poſuit, quorum inſtar ſimile erat monti, & plantauit diuerſas arbores, fecit que oſtium quod penſibile dicebatur. Hoc ergo modo diuerſi huius regis fecere memoriam. Igitur dum tam potentes, atque famoſi Babyloniorum exiſterent reges: quæritur quæ nam cauſa ſit, cur non in numero & cardine illuſtrium habeantur regum? Scimus enim, quoniam regnum Aſſyriorum quod a Semiramide Nini uxore eſt in Babylonia fundatum, diuturno tem pore in ea & uſque ad Sardanapalum permanſit. Quo interfecto, a præfe cto Medorum Arbace, regnum Aſſyriorum in Medos trãſlatum eſt, Me dorumq; reges in cardine & numero ab hiſtiographis traduntur, donec ad Perſas tranſlatum eſt. Ergo ſi tranſlatum eſt Aſſyriorum regnum ad Me dos, & cum eis retentum, ſicut hiſtoriæ declarant: nunc Babyloniorum re gnum quod ſit, ſi quis ſcire uoluerit, recolat Aſiam a Nino occupatam, to tumque Orientem uſque ad terminos Indię, ab uxore uero eius, inſuper Ae thiopas aliaſq; nationes regno Aſſyriorum eſſe ſubiectas. Ex quo apparet deſcendente Arbace ad Medos, partem regni maximam dignitatemque in uaſiſſe ac penes ſe in Media retinuiſſe. Chaldæi uero Babyloniam ſibi ad uerſus Medos uendicauerunt. Ita quippe poteſtas Babyloniæ apud Me dos, proprietas uero regni apud Chaldęos fuit. Chaldęi autem propter anti quam dignitatem regię urbis, non ſuam dignitatem, ſed illius uocare malue runt. Vnde factum eſt, ut Nabuchodonoſor cæteriq; poſt eum reges, uſq; ad Cyrum & Darium, qui Chaldęorũ regnũ ciuitatemq; Babyloniam de ſtruxerunt, q̃uis Chaldæorũ uiribus potentes, nomine tamẽ Babyloniæ cla ri legantur. Enimuero non immerito beatum apoſtolum Petrum Romam in ſuis ſcriptis Babyloniam nominaſſe nunc recolo: quoniam tum in Ori ente prima caput orbis eſt effecta Babylon, manſitque inconcuſſa uſq; ad Sardanapalum. Quo interfecto, amiſit partem maximam potentię, tamen partem regni penes ſe retinuerunt Chaldæi, qui Babyloniam ſibi aduerſum Medos uendicauerunt. Quo in tempore Proca auus Rhęę Syluię, quę ma ter Romuli fuit, regnare cœpit, a quo hiſtoriæ Latinorũ inchoanẽ, ab eo ſe men tum Romę iactum, q̃uis nondum germẽ appareret. Babylon uero no uiſſime eo tẽpore a Cyro rege ſubuerſa, q̃ primum Roma a Tarquinio re gum dominatione liberata eſt. Siquidem ſub una eademq; conuẽientia tem porum illa in Oriente cecidit: iſta in occidente ſurrexit. Illa tunc quaſi mori ens dimiſit hæreditatem alienorũ perpeſſa dominatum, hęc uero pubeſcens ſe agnouit hæredem, aſpernata etiam ſuorum faſtigium. Tunc orientis occi dit, & ortum eſt occidentis imperium. Qua de re ab Apoſtolo Roma iure Babylon nuncupatur. Igitur Nabuzardan princeps militię Nabuchodono ſor: qui templum dñi ſuccendit, eiuſq; uaſa et cantarũ maximum a Solomo ne factum, una cum populo a Hieruſalẽ tranſmigrare fecit ad regẽ Babylo nium:

nium, reliquias quaſdam populi in Iudæa reliquit ad excolendam terram, tributaque regi perſoluenda, quibus præfecit Godolielem. Quo in tempo re idem Godoliel ab Iſmaele, qui erat de regio ſemine, interficitur: Timentes uero Babylonios Iudæi, qui remanſerant, propter necem Godoliæ, quoni am a Babyloniis iudex fuerat cõſtitutus, aſſumptũ Hieremiam prophetã inuitũ atq; cõtradicentem, cum ſuo diſcipulo Baruch, ad Aegyptũ deſcen dentes ſecũ trahũt. Rex Aegyptiorũ Vafris tunc erat. Hieremias uero pro pheta, a XIII. anno regis Ioſiæ, prophetare orſus, uſq; dum ciuitas uaſtare tur & templũ, quæ uentura illi populo erant, prophetãdo prædicabat, ſua ſq; propheţias in libro ſcriptas, populo legendas dedit. Qua de re multa a Iudæis mala perpeſſus, cæſus, uinculis afflictus eſt. Principes etiam e carce re prophetã educẽtes, rege Sedechia permittẽte, in quendã lacum plenũ cœ no depoſuerunt, ut morte propria ſuffocatus extingueretur. Ille uero uſque ad gutur in luto depoſitus, in his degebat anguſtijs. A quodã uero ſeruo rũ regis, honoribus decorato, qui genere erat Aethiops liberatus eſt. Igit dum in Aegypto cõſiſteret, iubente deo prædixit, populo Aegypti futurã capti uitatem, & qualiter in Babyloniã captiui ducerẽtur, & alij in propria regio ne ab illis trucidarẽtur. Et hæc ita cõpleta ſunt: V. ſiquidẽ anno captiuitatis Hieroſolymorũ. Cumque ſubdidiſſet Nabuchodonoſor Ammanitas & Moabitas, perrexit ad Aegyptum, eamq; ſubuertit, & regem quidem, qui tunc erat, occidit: aliumq; in ea cõſtituens, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniã. Igitur per Aſſyrios corruit populus X. tribuum de Samaria, cum regnaret apud eos Oſias. Deinde duarũ tribuum multitudo a Nabu chodonoſor rege Babyloniorũ & Chaldæorũ captis Hieroſolymis eſt ua ſtata. Salmanaſar nanq; tranſmigrans Iſraelitas, in eorum regione inſtituit gentem, quæ prius in interiori parte Perſidæ & Mediæ morabatur. Tunc tamen primum Samaritæ uocati ſunt, uocabulum prouinciæ ſumentes, in qua habitare uidebantur: dum prius Euthæi dicerentur, a flumine iuxta q̃d habitabant. Babyloniorum uero rex, cum duas tribus captiuas duxiſſet, ne que gentem aliam in eorum ſecit habitare prouincia, & propterea deſolata omnis Iudæa, & Hieroſolyma, & tẽplum, annis LXX. permanſit. Omne ſiquidem tempus a captiuitate Iſraelitarum uſque ad duarũ tribuum tranſ migrationem fuit annorum centum triginta, menſium ſex, dierum quinde cim. Igitur ea quæ de Daniele & ſocijs eius geſta mirabiliter apud regem Nabuchodonoſor legimus, tunc temporis fuiſſe nemo fidelium dubitare poteſt, ſiue etiam quæ Nabuchodonoſor contigerunt, & a ſancto Danie le, ſibi ſunt prædicta. Quibus temporibus in agone certantibus tragus da batur in præmio, id eſt, hircus, unde aiunt tragœdios nuncupatos. Ale man & Steſichorus poetæ clari habentur. Pythacus Mitileneus, qui de ſeptem ſapientibus fuit, cum Phrenone Athenienſi, olim Phœnice con greſſus eundem interfecit. SOLON Draconis leges antiquas extra eas quę ad ſanguinem pertinebant nouo ATHENIENSIBVS, quibus præe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præerat, iure constituit. Septem uero quos antiquitas sapientes iactat, hi fuerunt, Thales Milesius, Pythacus Mitilenius, Soalon Athenienſis, Chion Lacedæmonius, Periandros Corinthius, Cleobolus Lydius, Bias Prieneus. Omnes hi septem appellati sunt sapientes, qui post poetas theologos claruerunt, quoniam nonnulla honestiora præcepta morum breuitate sententiarumque complexi sunt. Nihil autem mortalium horum, quod ad literas attineat, posteris reliquerunt: nisi quod Soalon quasdam leges Athenienſibus (ut prædixi) dedit, Thales uero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. Pythagoras autem Samius, a quo etiam ferunt philosophiæ nomen exortum, qui & arithmeticæ artis inuētor fuisse dicitur, eodem tempore claruisse fertur. Nam cum antea sapientes appellarentur, qui alijs præstare uidebātur: iste interrogatus, quid profiteretur, philosophum se esse respondit, id est, studioſum uel amatorem sapientiæ, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum uidebatur. Per idem tempus Sappho mulier in diuerso poemate claruit. Ferechites historiarum, & Xenohipnes Physicus tragœdiarum clam inuentores habentur. Romanorum uero Seruius Tullius gubernacula, quo in tempore inuadit, nec obscuritas inhibuit, quamuis matre serua creatus est. Nam eximiam indolem uxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat, & clarum fore uisa circa caput flamma promiserat. Ergo post Tarquinij mortem admitēte regina substitutus in locum regis quasi ad tempus regnum dolo partum, sic egit industrie, ut iure adeptus uideretur. Ab hoc populus Romanus relatus in censum, digestus in classem, inde curijs atque collegijs distributus est. Summaque regis solertia ita est ordinata Respublica, ut omnia patrimonia, dignitates, ætates artium, officiorumque discrimina in tabulis referrentur: ac sic maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur. Quibus etiam diebus solis facta defectio est, cum futuram eam Thales antea dixisset. Quo in tempore Aliattes & Astiages dimicauerunt. Tunc etiam Anaximander Milesius Physicus agnoscitur, cuius præceptor Thales Milesius fuit, qui rerum naturam scrutatus, maxime admirabilis extitit, quod astrologiæ numeris comprehenſis, defectus solis & lunæ, etiam prædicere potuit: qui tamen putauit tale rerum esse principium, & hinc omnia elementa mundi, ipsumque mundum, & quæ in eo uidentur existere, id est, ex humore. Huic successit eius auditor Anaximander, qui de natura rerum mutauit magistrj opinionem. Non enim ex una re, id est, ex humore sicut Thales, sed ex suis proprijs principijs, quasque res nasci putauit. Infinita rerum principia singularum esse credidit, & innumerabiles mundos gignere, & quæcunque in eis oriuntur, eosque mundos, modo dissolui, modo iterum gigni existimauit: quanta quisque ætate sua manere potuerit. Agon Nemeacus primum ab Argiuis actus, post eum qui sub Archemero fuerat. Agon quippe gymnicus, quem pantathene uocant, tunc actus.

Cyrus

Cyrus Persa qualiter Medorꝝ destruxerit imperium, & auūculum suū Astiagen bello superauit, Babyloniam subuertit, Gynden fluuium in CCCC. LX. alueos comminuit, Lydiam petēs Crœsum regem cepit. Demum post multa fortiter gesta in Scythia cum omni exercitu periit. Sub quo Iudæi a captiuitate relaxant. Romanorꝝ autem Torquinius cognomento Superbus, illis diebus regnum rexerat. Et ꝙ idem depulsus est propter suam tyrannidem atque insolentiam. Cum quo pariter & regiam potestatem Romani pepulerunt. Cap. XVIII.

Cyrus Persa Medorum destruxit imperium, quod steterat per annos circiter CCLVIII. Subuersoque rege Astiage auūculo suo: primus Persis regnauit, annis scilicet XXX. Qualiter enim Medorum ad Persas uenerit regnum, pandendum reor. Igitur Astiages Medorꝝ ultimus rex uirili prole uacuus, Cyrum nepotem apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus mox ut adoleuit, congregata Persarum manu auunculo certamen indixit. Porro Astiages oblitus sceleris sui, quod in Harpalum dudum admiserat, cum filium eius unicum & paruulum interfecit, epulādumꝙ patri apposuit, ac ne quid infelicissimæ orbitati felix ignorantia subtraheret, infames epulas ostensis patri cum capite manibus inproperauit. Huius ergo facti immemor, ipsi Harpalo summā belli committit: qui acceptum exercitum statim Cyro per proditionem tradidit. Quo comperto, Astiages raptis secum copijs, in Persas ipse proficiscit, acriusꝙ certamen instaurat: proposito suis metu, si quis e prælio cedere moliretur, ferro exciperetur. Qua necessitate instanter Medis pugnantibus, pulsa iterꝝ Persarum acies, cum paulatim cederet, matres & uxores eorꝝ obuiam occurrunt, orant ut in prælium reuertantur, cunctantibus sublata ueste obscena corporis ostendunt, quærentes num in uteros matrum uel uxorum uellent refugere. Quo facto erubescentes in prælium redeunt, & facta impressione quos fugiebant, fugere compellunt. Ibi tunc Astiages capitur, cui Cyrus nihil aliud, quam regnum abstulit: eumque maxime Hircanorum genti præposuit, in Medos uero ipse reuerti noluit. Is finis imperij Medorum fuit. Sed ciuitates, quæ tributariæ Medorum erant, a Cyro defecerunt, quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit. Quo in tempore Iudæorum captiuitas erat, quæ per annos septuaginta durauit. Porro in Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel. Mortuo iam Nabuchodonosor rege Babylonioꝝ susceperat imperiū eius Euilmoradach, cui successit Balthasar frater eius. Huic enim Balthasar Daniel eam scirpturā, quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium illius in Medos & Persas tranferendum, & hoc qualiter euenerit, manifestare non piget. Igitur Cyrus rex Persarum, quem superius explicandæ historiæ causa commemoraueram, qui tunc Asiam & Scythiam totumque orientem armis peruagabatur, cum Tarquinius Superbus Romam, uel rex uel hostis, aut seruitio premabat aut bello: Cyrus (ut dixi) cunctis aduersum quos ierat perdomitis, Assyrios & Babyloniam petit gentem, urbemꝙ tunc cunctis opulentiorem. Sed impetū eius Gyndes fluuius secundæ post Eufraten magni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnitudinis intercepit. Nam unum regiorum *equoꝝ candore formaque excellentem, transmeãdi fiducia persuasum, qua per rapacem alueum offensi uado uertices attollebantur, arreptum præcipitatumq; merserunt. Rex iratus, ulcisci in amnem statuit, contestans eum qui nunc præclarum equitem uorauisset, fœminis uix genua undis attingentibus permeabilem relinquendum. Hæc peragendo segnior, totis copijs perpetuo anno Gyndem fluuium per magnas concisum diductumq; fossas in CCCCLX. alueos cõminuit. Eo opere prædictis fossoribus etiam Eufraten longe ualidissimum & mediam Babylonem interfluentem deriuauit ac sic meabilibus uadis siccum etiam patentibus aluei partibus iter fecit, cepitq; urbem: quam uel humano opere extrui potuisse, uel humana uirtute destrui posse, utrunq; pene incredibile apud mortales erat. Nam Babylonem a Nembroch gygante fundatam a Nino uel Semiramide reparatam, multi prodidere. Hęc campi planicie undiq; conspicua, natura loci lætissima, castrorum facie, mœnibus paribus per quadrum disposita, murorum eius uix credibilis relatu firmitas & magnitudo, id est latitudine cubitorum L. altitudine quater tanta, cæterum ambitus eius CCC. stadijs circumuenitur. Murus cocto latere arcq; interfuso bitumine compactus, fossa extrinsecus late patens, uice amnis circumfluit a fronte murorum, C. portæ æneæ. Ipsa autem latitudo in cõsummationem pinnarum utroq; latere habitaculis defensorum æque dispositis media intercapedine seiunctas quadras capit. Domus intrinsecus quater geminæ habitationes minaci proceritate mirabiles. Et tamẽ illa magna Babylon illa prima post reparationem humani generis condita, nunc pene minima mora uicta & capta & subuersa est. Ibi tunc Crœsus rex Lydorum famosus opibus, cum ad auxiliandum Babylonijs uenisset, uictus solicite in regnum refugit. Cyrus autem posteaq; Babylonem ut hostis inuasit, ut uictor euertit, ut rex disposuit: bellum transtulit in Lydiam, ubi conterritum superiore iam prælio exercitum, sine ullo negotio superauit, ipsum etiam Crœsum cepit, cãptumq; & uita & patrimonio donauit. Hęc partim iuxta Orosij historiam relata sunt. Secundum Iosephi uero traditionem, hæc quæ sequuntur ita se habent de suis successoribus Nabuchodonosor atque destructione Babylonis. Ergo post mortem Nabuchodonosor Almilmapadachus filius eius succedit in regnum. Qui regem Hierosolymitanorum Iechoniam, qui & Ioachim, soluit a uinculis, eumq; inter amicos necessarios habuit, & multa ei dona concessit. Nam pater eius fidem non seruauerat Iechoniæ, qui se uticq; cum uxoribus & filijs & omni cognatione sponte tradiderat pro ciuitate sua. Moriente uero Amilmapadacho post annos VIII. & X. regni sui. Egesarius filius eius tenuit principatum XL. annis. Eoq; mortuo, ad eius filium Nabosardachum peruenit imperium. Quod dum nouem mensibus habuisset, eo defuncto, transijt ad Balthasar qui Naboar nuncupatur. Contra hunc itaq; regem castrametati sunt Cyrus Personarum rex, & Darius Medorum. Qui dum obsiderent eum in Baby-

* al. equitum.

lonia, mirabile quoddam prodigium contigisse dinoscitur. Balthasar enim dum uasa dei, quæ pater eius de templo Hierosolymitano asportauerat in Babyloniam & in proprio templo constituerat, usus quidem non fuerat eis. Iste uero superbia ductus est, ut eis uteretur ad pocula, dum in cœna lætus cum concubinis & regibus amicis suis æstuaret uino, & hoc modo blasphemaret deum: tunc itaq; uidit de muro uenientem manum, & in pariete quasdam literas scribentem. Et cætera, quæ ita ut habuerunt se, ueraciter in libro Danielis scripta legũtur. Igitur dum obsideretur, & ipse captus est Balthasar & ciuitas a Cyro Persarum rege, qui aduersus eum fortissime dimicauit. Cum regnasset decem & octo annis idem Balthasar Nabuchodonosor regis nepos, cui talem fuisse cum Babylonia terminum percepimus. Darius autẽ Astyagis filius, qui Babyloniorum principatum destruxit, cum Cyro cognato suo annum agebat LX. & II. cum Babylon fuisset inuasa. Qui tamen alio nomine uocabatur a Græcis: quicq; Danielem prophetam sumens secum, in Mediam duxit, & omni honore eum * sublimauit. Erat enim unus inter tres satrapas, quos Darius super CCCLX. satrapas instituerat: sub quo ea, quę Daniel in suis reliquit scriptis, cõtigisse haud dubium est, id est, de his, quæ ab inuidis perpessus, ac ea, quæ de regno Grecorum, seu Persarum & cæteris, quæ domino monẽte præscire meruit. Igitur primo imperij anno regis Persarum Cyri, LXX. concurrebat captiuitatis Iudæorum, ut Iosephus refert. Cyrus nanq; dum legeret Isaiæ prophetias, & cognouisset inter illius prædicationes, quæ de eo dominus prædixerat, & miraretur nomen domini dei, impetus quidam eum accepit, ut munificam scripturam compleret. Scriptum quippe repperit dixisse dominum: Quoniam uolo Cyrum, quem multarum & magnarũ gentium regem constitui, mittere populum meum ad propriam terram, & templum mihi reædificare. Hæc Isaias prædicauerat, ante annos CLX. destructionis templi. Hic nanque fere quinquaginta millia Iudæorum laxata captiuitate regredi fecit in Iudæam, qui constructo altari templi fundamenta iecerunt. Cumq; a uicinis gentibus impediretur opus, usque ad Darium remansit imperfectum: solo tantum altari consistente. Colligitur uero omne tempus captiuitatis Iudæorum annis LXX. qui secundum quosdam a III. Eliachim, usque ad XX. annum Cyri regis Persarum computantur. Porro secundum alios ab Iosiæ regis Iudæorum anno XIII. sub quo Hieremias prophetare cœpit, usque ad primum annum supradicti Cyri regis. Desolationis uero templi sub Dario rege complentur anni LXX. Apud Hebræos autem, qui ascenderunt tunc ad Iudæam ex captiuitate, pontifex maximus fuit Iosedech filius, & princeps gentis Zorobabel clari habebantur. Igitur idem Cyrus supradictus proximi temporis successibus elatus, bellum Scythis intulit, quem Thamiris regina, quæ tunc genti præerat, cum prohibere transitum Araxis fluminis posset, transire permisit, primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatẽ obiecti fluminis hostis inclusi. Cy-

* Alias celebrauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus itaq; Scythiam ingressus procul a transmisso flumine castrametatus insuper astu eadem instructa uino, epulisque deseruit, quasi territus refugisset. Hoc comperto regina tertiam partem copiarum,& filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit. Barbari uelut ad epulas inuitati, primum ebrietate uincuntur, mox reuertente Cyro uniuersi cum adolescente obtruncantur. Thamiris exercitu & filio amisso,uel matris, uel reginæ dolorem sanguine hostium diluere potius,quam suis lachrymis parat. Simulat diffidentiam desperatione cladis illatæ: paulatimque decedendo superbum hostē in insidias uocat. Ibi quippe compositis inter montes insidijs, duocenta milia Persarum cum ipso rege deleuit, adiecta super omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Regina caput Cyri amputari atque in utrem humano sanguine oppletum conijci iubet, non muliebriter increpitans. Satia te,inquit,sanguine,quem sitisti: cuius per annos XXX. insatiabilis perseueraſti. Quo in tempore Carthaginenses nefandissimas hostias immolabant, homines scilicet, unde iratum dominum grauiter senserunt. Ergo dum in Sicilia diu infeliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello,iterum infelicius uicti sunt. Propter quod ducem suum Mazeum, & paucos, qui superfuerant, milites exulare iusserunt. Exules ueniam per legatos petentes repulsi,patriam bello & obsidione cinxerunt. Ibi tunc Mazeus dux exulum Cartalonem filium suum sacerdotem Herculis, cum sibi uelut insultans purpuratus occurrerit,in crucem sub oculis patriæ, ita ut erat cum purpuris,infulisque suspendit. Post paucos dies urbem ipsam cepit. Qui cum interfectis plurimis senatorum,crudelite dominaretur, occisus est.

Cambyses Persarum secundus rex, templum reædificare in Hierosolymis prohibuit, Aegyptum bello obtinuit. Cui magi succedunt, quorum audaciam Darius redarguit, eorumq; dolos detexit, & ipse regnauit. Qui templum domini ædificare præcepit. Quod sub Cyro fuerat inchoatū, eo iubente est consummatum. Cap. XIX.

CAMBYSES Cyri filius, Persarum rex secundus, annis septem. Hunc Cambysem aiunt uocari secundum Nabuchonosor, sub quo Iudith historia conscribitur, quæ HOLOFERNEM interfecit. Is enim templum, ciuitatemque Hierosolymitarum reædificari inhibuit, quod & prius opus a uicinis gentibus impediebatur. Idem nanque Cambyses deuicta Aegypto,cunctam religionem Aegypti abominatus,ceremonias eius & templa deposuit. Post quem duo fratres magi regnauerunt annum unum,ut Iosephus: alij uero menses septem eos regnasse ferunt. Hi nanque magi regnabant sub nomine regis sui, quem occiderant. Qui ausi regnum subripere, mox siquidem deprehensi & oppressi sunt. In hoc enim prodita est eorum temeritas, quoniam auribus detruncatis inuenti sunt magi,dum in cæteris simillimi existerent filio Cambysis

sis,quem necauerunt. Porro Cambyses dum magos odio haberet,aures eorum abcidi iusserat. His diebus Hyppicus carminum scriptor, & Xenophanes Physicus scriptor tragœdiarum agnoscuntur. Simonides uero Lyricus,& Pocilides clari habentur. Tunc Anacreon Bericus poeta clarus habetur. Hypparcus,& Hyppias Athenis tyrannidem exercent. Quo in tempore Armonius & Aristotton Hypparcum interfecerunt tyrannum. Sed dum Leuna meretrix, eorum amica tormentis cogeretur, ut socios prodere, linguam suam morsibus amputauit. Eo tempore Pythagoras Physicus & Philosophus clarus celebratur. Darius igitur unus ex his,qui magorum audaciam ferro coercuerant, consensu omnium rex creatus est Persarum, qui annis triginta sex regnauit. Cuius anno secundo captiuitas Iudæorum,sicut per prophetas prædicta fuerat,consummatur. Domesticus nanque testis est huius rei Zacharias propheta, dicens: Domine omnipotens, quousque non miserereberis Hierusalem, & ciuitatibus Iudæ,quas dispersisti? Hic annus septuagesimus est. Ergo uenia ædificandi templi, sub Cyro exordium habuit. Causis uero existentibus impedimenti,ut prædiximus,manet imperfectum usque ad Darij regis imperium. Cuius regni anno secundo a Zorobabele & Iesu construitur, & quarto opus ædificationis ab eis cōsummatur anno. Iosephus enim septem annis perfectum dicit templum, a prædictis uiris,qui est nonus regni regis Darij, prophetantibus ultimis,Aggeo et Zacharia & uno ex duodecim, qui dicitur angelus apud Iudæos. Hic autem finis tertij nostri operis erit libri,qui continet in se a prima edificatione templi sub Solomone, usque ad secundam reædificationem sub Dario, secundum quosdam quingentos duodecim annos. Iuxta uero Iosephi assertionem, quadringentos XL.

*

LIBRI III. FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRECVLPHI EPI-
SCOPI LEXOVIENSIS CHRO-
nicorum Tomi prioris, Liber IIII.

Darius Persarum rex III. Scythis bellum intulit: Asiam, Macedoniam q; edomuit, & in campis Marathonijs cum Athenienſibus conflixit, vbi ducenta millia ſui exercitus amiſit, victusq; in Perſas refugit. Cap. I.

IGITVR DARIVS HYDAſpis filius, qui Perſis III. regnat annis XXXVI. Hic enim Antyro regi Gothorum, Scythiæ degētium, hac maxime cauſa bellum intulit, quod filiæ eius petitas ſibi nuptias nō obtinuiſſet. Magna ſcilicet neceſſitas, pro unius libidine hominis, ſeptingenta millia uirorum periculo mortis exponi. Incredibili quippe apparatu cum ſexcentis milibus armatorū Scythiam ingreſſus, non facientibus hoſtibus iuſtæ pugnæ poſteratē, inſuper repentinis incurſibus extrema copiarum dilacerantibus, metuens ne ſibi reditus interrupto ponte Hiſtri fluminis negaretur, amiſſis octoginta millibus bellatorum, trepidus refugit: quamuis hunc amiſſorum numerum inter damna non duxerit, & quem habendum uix quiſquam ambire auſus eſſet, perditum ille nō ſenſit. Inde Aſiam, Macedoniamque aggreſſus perdomuit. Ionas quoque naual i congreſſione ſuperauit. Deinde in Athenienſes cum Ionas aduerſum ſe auxilio iunxiſſent: impetum fecit atque arma direxit. Porro Athenienſes ubi aduentare Darium compererunt, quamuis auxilium a Lacedæmonijs popoſciſſent, tamen cum detineri Perſas quatriduanæ religionis otio compertum haberent, ſpem occaſione ſumentes, inſtructis tantum decem milibus ciuium, & Plateenſibus auxiliaribus mille aduerſum ſexcenta millia hoſtium, campis Marathonijs proruperunt. Melchiades ei tunc bello præfuit, qui celeritate magis quam uirtute fretus alacri ſatis expeditione prius hoſti cominus inhæſit, quam poſſet expedito ſaggittarum iactu propulſari. Tanta in eo bello diuerſitas certandi fuit, ut ex alia parte uiri ad occidendum parati, ex alia pecudes ad moriendum præparatę putarentur. Ducēta millia Perſarum, apud campos Marathonios, ea tempeſtate ceciderūt. Senſit Darius hoc damnum. Nam uictus, fugatuſque arreptis nauibus refugit in Perſas. Cum autem inſtauraret bellum & ulciſci in uictores moliretur, in ipſo apparatu concidit.

Quo regnante, Brutus & Collatinus poſt depulſionem regum primi conſules apud Romanos conſtituuntur: & ea quæ illis diebus cum Romanis geſta ſunt, & quod CCXLIII. annis ſub regibus, inde CCCCLXIIII. annos per conſules & tribunos atq; dictatores, iterumq; conſules, iura Reipublicæ adminiſtrata ſunt. Cap. II.

Eodem

EOdem tempore primos cōſules, Brutum et Collatinum, poſt depulſionem regum habuerunt, quibus ultionem ſui moriens matrona Lucretia mandauerat. Illico imperium in eoſdem libertatis ſuæ uindices tranſtulerunt: mutato tamen iure & nomine, & ex ſingulari duplex poteſtas conſtituitur, ne ſolitudine uel mora corrumperetur. Conſules q; appellauerunt pro regibus, ut conſulere ciuibus ſuis debere meminiſſent. Sed Romani quanta mala per ducentos quadraginta tres annos, cōtinua illa regum dominatione pertulerunt, non ſolum unius regis expulſio, uerum etiam odium regij nominis & poteſtatis oſtendit. Igitur Brutus primus apud Romanos cōſul, qui primum conditorem, regemq; Romæ, non ſolum exæquare parricidio, ſed & uincere ſtuduit: quippe duos filios ſuos adoleſcentes, totidemq; uxoris ſuę fratres uitellios iuuenes reuocando rum in urbem regum placito inſimulatos in conditionem protraxit, uirgis cæcidit, ſecurique percuſſit, ut plane publicus parens, in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum uideretur. Liber hinc populus Romanus prima aduerſus exteros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde pro ſocijs, demum pro gloria & imperio. Igitur Porſenna rex Hetruſcorę gratiſſimus regij nominis ſuffragator, Tarquinium manu reducebat, cum ingentibus copijs urbi aderat, & in ipſis faucibus incumbebat, occuparoque Ianiculo tribus continuis annis, trepidam urbem terruit, concluſit, obſedit, & niſi hoſtem Mutius conſtanti urendæ manus patientia ſubmouiſſet, mox urbē caperet, aut iugi recepto rege ſeruituti eſſet ſubiecta. Idem enim Mutius fortiſſimus Romanorum, regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur. Sed ubi fruſtrato ictu circa caput regis tenetur, ardentibus focis intulit manum, terroremque dolo geminat: O, inquit, ut ſcias quem effugeris uirum, idem trecenti iurauimus. Hoc nanque facto hic interritus perſeuerat. Rex uero trepidabat, quaſi eius arderet manus. Siquidem & una uirginum ex obſidibus regi data,* Cloelia elapſa cuſtodia audacter flumē patrium tranſmeauit. Ergo tot tantiſque uirtutum monſtris rex territus abſceſſit. Tarquinij tamen diu dimicauerūt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occideret, ſuperque ipſum mutuo uulnere expirauit. Porro depulſis ab urbe regibus, uix uſque ad quintumdecimum lapidem Roma tenebat imperium. Poſt reges nanque conſules a Bruto eſſe cœperunt: dein de tribuni plebis & dictatores, & rurſum conſules obtinuerunt Reſpublicas, per annos fere quadringentos ſexagintaquatuor, uſque ad Iulium Cæſarē, qui primus ſingulare arripuit imperiū. Quo in tēpore Valerius Bruti collega, adeo pauper moritur, ut ſumptu publico ſepeliretur. Cenſu Romæ agitato, inuenta ſunt hominum centum uiginti millia. Ergo anno nono poſt exactos reges, noua dignitas eſt creata, dictatura ſcilicet, & magiſter equitum, qui dictatori obſequeretur. Dictator primus * Largius, magiſter equitum Spurius Caſſius fuit. Tunc Hellanicus hiſtoriographus, & Democretius philoſophus & Heraclitus cognomēto Tenebroſus & Anaxagoras

Alias, Clylia

Alias, Marcus Valerius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xagoras Physicus clarí habentur. Pythagoras uero moritur, Eschilus tragœdiarum scriptor agnoscitur. Tunc etiam bellum, quod in Marathonia gestum est, ut præmisi, & ea quæ de Melchiade scribūtur & Aristide, fuisse scribuntur. Tunc Romæ uirgo *Pompilia deprehensa in stupro, uiua defossa est. Igitur Anaxagoras auditor Anaxamenis, rerum omnium quas uidemus, effectorem diuinum animum sensit, & dixit, ex infinita materia cōstare omnia: similibus inter se particulis, quibus suis proprijs singula fierent, sed animo faciente diuino. Diogenes quoq; illius socius aerem quidem dixit rerum esse materiam, de quo omnia fierent, sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posse.

Alias, Porphyria

De Melcho rege Carthaginensiū, qui infeliciter in Sicilia dimicauit, domūq; reuersus propria manu se interemit. Cap. III.

MElcho rex Carthaginēsium, cum in Sicilia bellum gereret, repente horribili peste exercitū amisit. Nec mora, morbo populo cateruatim cadēte: cito quisq; correptus, mox mortuus, iam nec sepeliebatur. Cuius mali nūtius eum attonitā repentino luctu Carthaginem repleuisset: nō secus ac si capta esset, turbata ciuitas fuit. Oīa ululatibus personabant, clausæ ubiq; ianuæ cunctę, priuata, publicaq; officia damnata: uniuersi ad portū decurrunt, egredientesq; de nauibus paucos, qui cladis superfuerāt, de suis percontātur. Postq; de clade suorę, tacētibus illis uelut gementibus, miseri intelligunt: tunc toto littore plāgentium uoces, tunc infelicium matrum ululatus & flebiles querelæ audiebātur. Inter hæc procedit & ipse de naui sua imperator, sordida, seruilique tunica discinctus: ad cuius conspectum plangentia iunguntur agmina. Ipse quoq; manus ad cœlum tendens: nunc suam, nunc publicam infelicitatem accusat & deflet. Ad postremum uociferans per urbem, tandē ingressus domū, cunctos qui lachrymantes prosequebantur, ultimo dimisit alloquio. Ac deinde obseratis ianuis, exclusisq; etiam filijs, gladio dolorem, uitamq; finiuit.

De Esdra, qualiter gratiam Xerxis regis adeptus, Hierosolymā cum magna turba Iudæorū & muneribus plurimis sit reuersus. Cap. IIII.

XErxes Dario patri in regnum succedens, annis XX. imperauit, iuxta historiam Iosephi XXV. A reædificatione uero templi Hierosolymis erat annus XXVII. Esdras aūt Xerxis adeptus gratiā, cum munificentissima illius largitate atq; amicorū eius dirigitur Hierosolymā, & per eum multa a rege mittūtur ad templum munera: insuper cōcessit rex, ut omnes quicunq; uellent Iudæi in eius habitantes regno, reuerti cum eo Hierosolymā, ad patriumq; solum, nullo prohibente eos, licere cum omnibus, quę possidere uidebātur, regredi. Exemplar eīm epistolæ, in qua hæc cōtinebantur, ad Israelitas Media habitantes transmisit. Hi uero cognoscentes regis circa deum pietatem, & fauorem, quem in Esdra habebat, multi siquidē facultates suas deportantes ad Babyloniam uenerunt, ut ascēderent Hierosolymam cum Esdra, pariterq; sacerdotes & Leuitæ & ianitores, cantoresq; ac serui sacri. Quos congregans de captiuitate,

tate, trans Eufraten tribus diebus moratus, ieiunia eis imposuit, ut deo uota pro salute soluerēt, ne quid in uia paterentur aduersum. Hæ nanq; duæ tribus, quæ per Nabuchodonosor captiuitatem sunt perpessę, sub prædictis principibus in Iudęā sunt reuersę. Ex quo uidelicet tēpore, a Babylone profecti sunt, & ipsi & prouincia uocitātur Iudæi. X. autem tribus, quæ prius in captiuitatē ductæ sunt, & uocabātur Israel, hactenus trans Eufraten cōmorari probātur. Esdras uero et qui cum eo reuertebātur, postq; uota persecerunt, ab Eufrate surgentes, die duodecimo primi mensis septimo imperij anno, Xerxis ad Hierosolymam pertenerunt, quinto mense eiusdem anni, ferentes secum sacras pecunias, argenti talenta sexcenta quinquaginta, uasa argentea talentorum centum, uasa aurea talentorum uiginti, & uasa ærea auro meliora, habentia pondo talenta XII. Hæc nanq; rex & consilia rij eius & Israelitæ Babyloniæ habitantes donauerunt, quæ Esdras sacerdotibus ac templi custodibus tradidit. Præcepit etiam rex Esdræ, quem in lege dei sapientissimum deprehenderat, ut Iudæos erudiret: ne in aliquo per ignorantiam in legibus paternis delinquerent.

De Neemia, qui reædificauit muros Hierusalem, & in ea habitatores cōgregauit. Cap. V.

EO tempore Ioachim defuncto principe sacerdotū, filius eius Eliasippus in principatū sacerdotalem successit. Neemias etiā Xerxis pincerna auxiliante dño meruit obtinere, ut cum honore ad patriā reuerteretur magno, & ciuitatē reædificaret dirutā. Qui ueniens Hierosolymam cum multa suorū turba, muros ciuitatis restaurauit euersos, populumq; in ea congregans, sua beneuolentia habitare fecit, uir benignus erga propriam gentem. Sub hoc tempore *Pompilia uirgo ob crimē stupri Romæ uiua defossa est. Eschilus, Pindarus, Sophocles, et Euripides tragœdiarum scriptores celebrantur insignes. Herodotus quoq; historiarum scriptor, & Zeuxis pictor agnoscuntur.

Alias, Porphyria

Qualiter Xerxes de regno septingenta milia armatorū, & de auxilijs CCC. rostratas etiam naues mille CC. oneratas uero tria milia habuisse in exercitu fertur, cui Leonida Spartanorū dux cum quatuor milibus obstitit, & pene eum uicit. Deinde Themistocles Atheniensium dux nauali prælio exercitum eius superauit. Xerxes uictus, amissis copijs turpiter refugit in patriam. Cap. VI.

IGitur Xerxes septingenta milia armatorum de regno & trecenta de auxilijs, rostratas etiam naues mille ducentas, onerarias autem tria milia numero habuisse narratur: ut merito inopinato exercitu immensæque classi uix ad potum flumina, uix terras ad ingressum, uix maria ad cursum, sufficisse memoratum sit. Huic tamē incredibili tēporibus nostris agmini, cuius numerum nūc difficilius est astrui, quam tunc fuit uinci: Leonida rex Spartanorū cum quatuor milibus hoīm in angustijs Thermopilarum obstitit. Xerxes autem contemptu paucitatis obiectæ iniri pugnam, conseri manum imperat. Porro illi, quorū cognati & commanipulares in campis Marathonijs occubuerant, & certaminis simul & cladis extitere

Universidad de Deusto
Biblioteca

principium. Deinde succedẽs sibi turba maior ac segnior, cum iam neq; ad procurrendum libera, neque ad pugnandum expedita, neq; ad fugiendum prompta, solis mortibus subigeretur, triduo continuo non duorũ pugna, sed cędis unius populi fuit. Quarto autem die cum uideret Leonida undiq; hostem circumfundi: hortat auxiliares socios, ut subtraherent se pugnæ, in cacumen montis euadant, ac se ad meliora tempora reseruent, sibi uero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeũdam, plus se patriæ, q̃ uitę. Dimissis socijs, Spartanos admonet de gloria plurimũ de uita nihil sperandum, neq; expectãdum uel hostem uel diem, sed occasione noctis perrumpẽda castra commiscenda arma, conturbanda agmina fore: nusquam uictores honestius, q̃ in castris hostiũ esse perituros. Persuasi igitur mori malle, in ultionem futuræ mortis armantur, tanq̃ ipsi interitum suum & exigerent & uindicarent: mirum dictu sexcenti uiri castra sexcentorum milium irrumpunt. Tumultus totis castris oritur. Persæ quoq; ipsi Spartanos adiuuant mutuis cædibus suis. Spartani quærentes regem nec inuenientes cædunt sternuntque omnia, castra peruagantur uniuersa, & inter densas strues corporum, raros homines uix sequuntur, uictores sine dubio, nisi mori elegissent. Prælium a principio noctis, in maiorem partem diei tractum, ad postremum uincendo fatigati, ubi quisque eorum deficientibus membris uisus est sibi mortis suæ ultione saciatus, ibi inter impedimenta cadauerum, crasso & semigelato sanguine palpitando lapsus & mortuus est. Xerxes bis uictus in terra, nauale prælium parat. Sed Themistocles dux Athenienſium cum intellexisset, Ionas quibus dum auxilium superiore bello præbet, in se Persarum impetum uerterat, in auxilium Xerxis instructum classem deducere, solicitare eos parti hostique subtrahere statuit, & quia colloquendi facultas signa negabat, locis quibus Iones accessuri nauibus uidebantur proponi symbolos saxisque affigi iubet, socios quondam & participes periculorum, nunc autem iniuste desides apta increpatione corripiens, atque ad antiquorum iura & fœdera religiosa adhortatione persuadens, præcipueque admonens uti commisso prælio, cædentium uicem inhibeant remos, seseque bello auferant. Igitur rex partem nauium sibi detinens, spectator pugnæ in littore manet. Contra autem Arcemidora regina Halicarnis, quæ in auxilium Xerxi uenerat, inter primos duces acerrime bello immiscetur, ita ut uersa uice in uiro fœminea cautela, in fœmina uirilis audacia spectaretur. Cum autem anceps pugna esset, Iones iuxta præceptum Themistoclis paulatim se certamini subtrahere cœperunt. Quorum defectio Persas a parte fugere persuasit, in qua trepidatione, multæ naues mersæ captæque sunt. Plures tamen sæuitiam regis uelut immanitatem hostis timentes, per domos dilabuntur. Ergo anxium tot malis regem Mardonius aggreditur, suadens regem in regnum redire oportere, priusquam aduersa fama nouas res domi moliretur, se autem si residuæ sibi copiæ traderentur, & ultionem ab hoste exacturum, & ignominiam domesticam propulsaturum, aut si aduersa belli perseuerassent, cessurum se quidem hosti, sed tamen sine regis infamia. probato consilio exercitus Mardonio traditur. Rex Abidum, ubi pontem ueluti uictor maris conseruerat, cum paucis proficiscitur. Sed cum Pontẽ hybernis tempestatibus dissolutum offendisset, piscatoria scapha trepidus transijt. Erat sane quod spectare humanum genus, et dolere debuerit, mutationes rerum hac uel maxime uarietate permetiens, exiguo contentum latere nauigio, sub quo ipsum pelagus ante latuisset, & iugum captiuitatis suæ uincto ponte portasset, uilissimo unius seruuli egere ministerio, cuius potẽtiæ dum montes exciduntur, ualles replentur, amnes exhauriuntur, ipsa etiam rerum natura cessisset. Pedestres quoq; copiæ quæ ducibus cõmissæ fuerant, labore, fame, ac metu tabuerunt, & crudescente morbo tanta pestis tantaque foeditas morientium exorta est, ut uiæ cadaueribus replerentur: diræ etiã alites atque improbę bestiæ escarum illecebris solicitatæ moribundum sequerentur exercitum. At uero Mardonius, cui reliqua bella commiserat Xerxes, afflatus primũ successu breui, mox in extrema deiectus est. Olyntum siquidem Græciæ oppidum expugnauit. Athenienses uaria solicitatione ad ducere in spem pacis aggressus: ubi inexpugnabilem eorum libertatem uidet, incensa urbis parte, in Boetiam omnem belli apparatum deducit. Illuc quoq; cum centum milia Græcorum insecuta sunt, & commisso sine mora prælio: Mardonium deletis copijs ipsius, uelut e naufragio nudum cum paucis fugere compulerunt. Castra regijs opibus referta, ceperunt non paruo quidem antiquæ industriæ damno. Nam post istius prædę diuisionem aurũ Persicum prima Græcię uirtutis corruptio fuit. Vrget igitur inceptus miseros extrema perditio. Nam forte eodem die, quo in Boetia Mardonij copiæ deletæ sunt, pars Persici exercitus in Asia sub monte Micale nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriusque classis & populi impleuit aures, Mardonij extinctas copias, Græcos extitisse uictores. Mira diuini iudicij ordinatio, in Boetia oriẽte sub sole bellum fuisse commissum, in Asia meridianis horis sub eadem die tantis spacijs maris terræq; interiacentibus nuntiatum est. Qui rumor uel maximæ rei adstipulatus est: quod Persas audita clade sociorum primum dolore, dehinc desperatione correptos, nec bello expeditos, nec fuge habiles reddidit, atq; ita cõsternatos profligatosq; constantior factus hostis successu felicitatis, inuasit. Xerxes bello infeliciter gesto, contemptibilis suis factus: per Artabanum præfectum suum in regia circumuentus occiditur. Quo in tempore Diogenes agnoscitur, & sectatores eius physici philosophi. Themistocles autem in Persas fugit, Pindarus clarus habetur, Sophocles tragœdiarum scriptor, & Euripides clari habentur, Herodotus historiarum scriptor agnoscitur, Bachilides & Diagoras plurimo sermone celebrantur.

Artarxerxe regnante libri Pythagoræ incensi sunt ab Athenienſibus. Et memoriale philosophorum qui tunc fuerunt, id est, Milesij, Hippocratis

medic

Universidad de Deusto
Biblioteca

medici ac Socratis. Cap. VII.

ARtarxerxes,q Machir dicebatur,regnauit annis XL.poſt Artabanum, qui VII.menſes regnauerat:ab reædificatione uero templi annus quadrageſimus ſeptimus erat.Quo regnãte, Hezdras ſacerdos clarus apud Hebræos habebatur, magiſter omnium quippe in legibus ſacris,qui regreſſi fuerant in Iudæam de captiuitate.Neemia uero muros ciuitatis Hieroſolymorum perfecit. Pontifex uero maximus templi fuit Ioachim, Eliaſippi filius, quem Ioſephus Iudam nominat. Defuncto autem & hoc, Iohannes filius eius honorem ſuſcepit ſacerdotalem. Quo etiam in tempore Ariſtarchus tragœdiographus, Cratinus, & Plato, comœdiarum ſcriptores, Zenon & Heraclitus agnoſcuntur. Pherecides ſecundus hiſtoriarum ſcriptor atque Sophocles,& Artophanes tragœdiarum ſcriptores habiti ſunt. Herodotus uero cum Athenis libros ſuos in concilio legiſſet,honoratus eſt.Pythagoræ autem ſophiſtæ libros decreto publico Athenienſes combuſſerunt: eo quod magicas artes,atque nicromantiam in eis reperiſſent. Empedocles autem atque Parmenides philoſophi, Mileſius etiam phyſicus clari habentur. Iſte autem Thales,ut ſucceſſores etiam propagaret, rerum naturam ſcrutatus, ſuaſque diſputationes literis mandans emuniuit: maximeque admirabilis extitit, quod aſtrologiæ numeris comprehenſis, defectus ſolis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum eſſe principium, & hinc omnia elementa mundi,ipſumque mundum & quæ in eo iunguntur exiſtere: nihil autem huic operi,quod mundo conſiderato, tam mirabile aſpicimus, diuinæ menti præpoſuit. Zeuxis autem prꝛclarus pictor agnoſcitur. Ex cuius nonnulli imaginibus, quas plurimas apud diuerſos fecerat, lauacrum Bizantiorum arbitrantur appellatum. Quibus diebus principium iubilei ſeptuageſimi erat ſecundum Hebræos. Tunc lapis e cœlo ruit, in fluuium Aegis. Hippocrates quoq; medicus,ac Socrates philoſophus, inſignes habentur,Sophocles poeta tragicus, atque Democritus agnoſcuntur, Pindarus etiam tunc innotuit.

De Manilio duce Tuſculano,qui Latinos ſubegit, ac de I. Agone Romæ acto & de magna peſtilentia, quæ Romanas vires fere conſumpſerat, & cætera quæ tũc geſta ſunt apud Romanos. Cap. VIII.

QVibus diebus a Mammilio Tuſculano duce, Latini apud Regilli lacum expugnantur,uincuntur atq; ſubiiciuntur, extant & parta deontia ſpolia, tunc & Agon Romæ clarus habebatur primus. Romæ ergo ſuſpenſo ad modicum bello grauis peſtilentia ſubſequitur,quæ per uniuerſam ciuitatem uiolenter incanduit:ut merito præcedente prodigio,cœlum ardere uiſum ſit: quando caput gentium, tanto morborum igni flagrauit. Nam eo anno Ebutium & Seruilium ambos cõſules peſtilentia conſumpſit. Militares copias plurima ex parte confecit, multos nobiles prꝛcipueque plebem fœda tabe deleuit: quamuis iam etiam

etiam ſuperiore quarto anno oborta lues, eundem populũ depopulata ſit. Proximo dehinc anno ciues exules, ſeruique fugitiui duce Herbonio uiro Sabino,inuaſerunt,incenderuntq; Capitolium. Vbi foruiſſime quidem Valerio conſule & imperatore dimicatum eſt, ſed adeo atrox & graue diſcrimen prælij fuit, ut ipſe quoque conſul Valerius ibi fuerit occiſus, & indignam de ſeruis uictoriam, inſuper etiam ſua morte fœdarit. Sequitur annus,in quo cum uicto exercitu conſul obſeſſus eſt. Nam Minutiũ conſulẽ congreſſum prælio, Equi, Volſcique ſuperauerunt,& fugientem in algido fame, ferroque cinxerunt, actumque infeliciter foret, ni Quintius Cincinatus prꝛcipuus ille dictator, artatam obſidionem oppreſſo hoſte ſoluiſſet, qui repertus in rure ab aratro accerſitus ad faſces, ſumpto honore, inſtructoque exercitu, mox uictor effectus, iugum boum equis impoſuit,uictoriamque quaſi ſtiuam tenens ſubiugatos hoſtes præ ſe primus egit.

De LXX. hebdomadibus à Daniele prædictis,quæ in vltimo imperij Neronis anno ſunt conſummatę. Cap. IX.

IGITVR Neemiam,qui muros Hieruſalem conſtruxit,cõſummaſſe opus tricеſimoſecundo anno Artarxerxis regis Perſarum Eſdras memorat. Si quis autem ab hoc tempore ſeptuaginta hebdomadas a Daniele ſcriptas numerat, (quæ faciunt annos quadringentos nonaginta,)reperiet eas in regno Neronis expletas, ſub quo obſideri Hieruſalem eſt cœpta:ſecundo poſtea Veſpaſiani anno capitur.

Regnante Dario,cognomento Notho,qui ſapientes tunc floruerint. Et Romani leges ab Athenienſibus tunc petiuerunt, & in XII. tabulis ſcripſerunt. Electis Conſulibus.Decemuiros cõſtituerint. Et quantum malum ex hoc ſit ortum.Et quæ illis diebus eis contigerint. Cap. X.

DARIVS Perſarum rex cognomento Nothus,anno decimo & nono regnauit, quem prꝛceſſerunt ſecundus Xerxes & Sogdianus, qui tantum nouem menſibus regnauerunt. Ergo a ſecunda dedicatione templi,anni ſunt octogintaſeptem.Bacchides carminum ſcriptor, eo tẽpore agnoſcitur,& Pherecides moritur:Eupolis autẽ & Ariſtophanes ſcriptores comœdiarꝛ agnoſcuntur. Quo in tempore Romani per legatos leges Solonis expetierunt ab Athenienſibus, quas in XII.tabulis ſcripſerunt, eꝛncienteſq; cõſules, poteſtatẽ decemuiris tradiderunt, gratia conſtituendarꝛ legum Athenicarꝛ. Quæ cauſa magnam Reipublicæ inuexit perniciem. Nam primis ex decemuiris, cedentibus cæteris,ſolus Appius Claudius ſibi continuauit imperium, ſtatimque aliorum coniuratio ſubſecuta eſt, indignantes penes unum eſſe imperium, quod eis erat cõmune,& nouo improbæ ordinationis incepto,emicuit agmen tyrannorum. Qua populus neceſſitatis atrocitate permotus, & periculo libertatis admonitus, montem Auentinum occupauit armatus: nec tueri libertatem armis deſtitit, niſi poſtquam ſe coniuratorum conſpiratio, ipſis quoque honoribus abdicauit. Tunc etiam per totum fere annum, tam creberi, tamque etiam graues in Italia terrꝛmotus fuerunt, ut de innumeris

quaſſa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quaſſationibus ac ruinis uillarum oppidorumque, aſſiduis Roma nuntijs fatigaretur, deinde iugis & torrida ſiccitas fuit, ut ſpem gignendis terræ fructibus abnegarit. His denicq; temporibus cum Fidenates hoſtes, maximorum auxiliorum manu ſtipante, terribiles Romanis arcibus imminerent, Aemilius tertius dictator magnam mali molem, ipſis Fidenis uix captis depulit & ſanauit. Tanta in ipſis erat malorum animorumq; contentio, ut uel domeſticas clades, ſuperfuſa forinſecus bella obliterarent, uel poſt damna bellorum inducias relaxatas, diuerſæ peſtes, cœlocq; terracq; excandeſcentes, inceſſabili infeſtatione corrumperent. Quo etiam tempore Sicilia (quæ ab initio patria Cyclopum, & poſt eos nutrix tyrrannorum fuit: quorum primi carnibus hominum, medij cruciatibus, poſtremi mortibus paſcebantur) multa incommoda a ſuis atq; ab externis perpeſſa eſt. Ibi enim incendia bellorum recidiua exordium ſumunt, ſed pene Græcorum uires conſumptas, exuſtaſq; perimunt.

De diſcordia Sicilienſium, id eſt, inter Catinenſes & Siracuſanos, quia auxilia petentes à Lacedæmonijs atq; Athenienſibus, non ſolum hac occaſione Sicilia, ſed & tota Græcia grauiſſimis bellis attrita eſt. Cap. XI.

IGitur dum diſcordia regni Sicilienſes laborant, Catinenſes contra Siracuſanos, quos graues infeſtoſq; patiebantur, ab Athenienſibus auxilia poſcerunt. Athenienſes autem inſtructam claſſem in Siciliam miſerunt. Hi uero qui miſſi fuerant, cæſis hoſtibus proſpera initia ſumpſerunt. Hinc maiores copias robuſtioremq; exercitum, ducibus Micea, & Iamacho cum tantis uiribus Siciliam repetunt, ut & hi ſuffragia ſua timerent qui impetrauerant. Athenienſes duas ilico pedeſtres pugnas ſecũdis ſucceſſibus, faciunt: confectos in urbe hoſtes, & obiecta claſſe circumdatos, terra mariſque concludunt. At Siracuſani fractis feſſiſq; rebus, auxilium a Lacedæmonijs petunt, a quibus mox mittitur Gilippus, cum copijs præſidiorum. Qui mox ut uenit Siciliam, duobus prælijs uictus nec territus ab Athenienſibus, tertio congreſſu Iamachum occidit, hoſtes in fugam uertit: ſocios obſidione liberauit. Gilippus nanque Miceam ac Demoſthenem in Sicilia uicit. Igitur Athenienſes biennio apud Siciliam non ſine Lacedæmoniorum damno conflictati ſunt. Alcibiades enim dux, ab Athenienſibus fugiens Lacedæmoniam ſe contulit, impulitque Spartanos, ut Athenienſibus nouo bello inſiſterent, cum quibus totam Græciã aduerſus Athenienſes excitauit. Darius etiam rex Perſarum paterni auitiq; memor odij, aduerſus hanc urbem Partiſſafernem præfectum Lydiæ copias ſumptuſq; belli direxit. Mirum dictu, Athenienſium tantas ea fuiſſe tempeſtate opes: ut cum aduerſus eos hoc eſt aduerſus unam urbem, Aſiæ atq; Græciæ totiuſque Orientis uiribus incurſum ſit: pugnando ſæpe nec unq̃ cedẽdo conſumpti magis uiderentur fuiſſe q̃ uicti. Si quis enim plenius diſcordiam Athenienſium, & bella grauia quę ſunt perpeſſi, ſcire uoluerit, actuſq; Alcibiadis & exilia, librum Oroſij aduerſus Paganos ſecundum legat. Veruntamen ſapien-

ſapientiſſimi omniũ Athenienſes etiam ſuis malis ſatis docti, concordia minimas res creſcere, diſcordia maximas labefactari, cũctaq; uel bona uel etiam mala, quæ foris geruntur, internis eſſe radicata & emiſſa principijs, domi abſterſere odia, & foris bella preſſerunt, reliqueruntq; poſteris ſuis, de ruina ſui exemplum, de reparatione ſui conſilium: ſi tamen ob infirmiſſimã humanæ mentis mutabilitatem, quod afflictis rebus conſulitur, in proſperis ſeruaretur. Sed adeo hoc idem placitum, inter ipſa pene placiti uerba corruptũ eſt, ut uix intercedente biennio, Socrates ille clariſſimus philoſopho rum adactus malis apud eos, ſibi uitam ueneno extorſerit.

Qualiter Artarxerxes contra fratrem ſuum, ſcilicet Cyrum dimicauerit & uicerit: & de terræmotu Siciliæ, atque æſtu graui Aethnæ: de peſte etiam quæ Athenienſibus contigit, laboribusq; Romanorum. Cap. XII.

ARtarxexes, qui & Mennon cognominatus eſt, Darij & Pariſtidis filius, annis XL. a reſtauratione uero templi anni erant C. V. Ipſe eſt qui ab Hebræis Aſſuerus dicitur, ſub quo liber Heſter cõfectus eſt. Iiſdẽ diebus bellum ciuile uix parricidio terminatum eſt apud Perſas. Mortuo em̃ rege Dario, cum Artarxerxes & Cyrus filij eius de regno ambigerent: tandem magnis apparatibus, magniſq; prouinciarũ ac populorũ ruinis, utrinq; certatum eſt. In hoc cõflictu cum ediuerſo concurrentes ſibi ambos fratres mutuo caſus obiectauiſſet, prior Artarxerxes uulneratus a fratre, equi uelocitate morti exemptus euaſit. Cyrus autem mox a cohorte regia oppreſſus, finem certamini dedit. Artarxerxes ergo, & præda fraternæ expeditionis & exercitu potitus: poteſtatẽ regni fratricidio firmauit. His deinde temporibus grauiſſimo terræmotu concuſſa Sicilia inſuper exæſtuantibus Aethnæ montis ignibus, fauilliſque caſidis, cum detrimento plurimo agrorum, uillarumque uaſtata eſt. Tunc etiam Athlante ciuitas Locris adhærens terræ * cõgrua, repentino maris impetu abſciſſa, atque in inſulam diſſoluta eſt. Athenienſium quoque miſerabiles reliquias peſtis inuaſit, diuque populata eſt. Nam eo tempore Romani repentinis ſepe hoſtium eruptionibus comminuti: præterea in hybernis bella ſortiri, hyemare ſub pellibus. Poſtremo famem ac frigus in conſpectu hoſtium perpeti coacti ſunt, urbem nouiſſime ſine ullo digno Romanæ uirtutis teſtimonio cuniculis & clandeſtina obreptione ceperunt. Hanc utilem magis quam nobilem uictoriam primo dictatoris Camilli induſtria peregerunt de Vientibus. Dehinc irruptio Gallorum & incendium urbis inſequitur. Cui cladi audeat quiſquam, ſi poteſt, aliquos motus huius temporis comparare: quamuis non æque pendat, præteriti mali fabulam præſentis iniuriæ.

Alias, continua

De Gallis, qui Romam incenderunt, vaſtauerunt ac nouiſſime vendiderunt. Cap. XIII.

IGitur Galli Senones duce Brenno, exercitu copioſo & robuſto nimis, cum urbem Eluſim, quæ nunc Tuſcia dicitur, obſiderent, legatos Romanorum, qui tunc componendæ inter eos pacis gratia uenerant, in acie

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersum se uiderunt pugnantes. Qua indignatione permoti Elusini oppidi obsidione dimissa, totis uiribus Romam contendunt. Hos ita irruentes Fabius cum exercitu consul excepit: nec tamen obstitit, imo potius hostilis ille impetus, quasi aridam segetem succidit, strauit & transijt. Testatur hanc Fabij cladem fluuius Hallia, sicut Cremara Fabiorum. Nō enim facile aliquis similem ruinam Romanæ militiæ recensuerit, etiam si Roma insuper incensa non esset. Patentem Galli urbem penetrant, trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedilibus senatores, eosque incendia domorum crematos, lapsu culminum suorum sepeliūt. Vniuersam reliquam iuuentutem, quam constat uix mille hominum tunc fuisse in arce Capitolini montis, latentem obsidione concludunt. Ibique infelices reliquias, fame, peste, desperatione, formidine terunt, subigunt, uendunt. Nam mille libris auri discessionis precium paciscuntur: non quod apud Gallos Roma parui nominis fuerit, sed quod illam sic iam ante detriuerint, ut amplius tunc uastare non posset. Exeuntibus Gallis, remanserat in illo quondam urbis ambitu, informium ruinarum obscœna congeries, & undique per impedimenta errantium, & inter sua ignotorum offensæ uocis imago respondens, trepido suspendebat auditus. Horror quatiebat animos, silentia ipsa terrebāt. Siquidem materia pauoris est, raritas in spatiosis. Hinc illis mutare sedes, aliud incolere oppidum, altero etiam censeri nomine, cogitatum placitum atque tentatum est.

Quibus diebus Socrates & Plato claruerint. Cap. XIIII.

QVibus diebus Archelaus, Amintas, Pausanias, Argeus, item Amintas sibi inuicem succedentes, regnabant apud Macedones. In Sicilia uero Dionysius tyrannidem exercet. Socrates etiam apud Athenienses tunc claruit, magister Platonis. Socrates ergo primus uniuersam philosophiam, ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes magis Physi is, id est, naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderunt, finemque bonum fieri non posse, nisi bene uiuendo, docuit. Nolebat itaque immundos terrenis cupiditatibus animos extendere in diuina & conari, quandoquidem ab eis causas rerum uidebat inquiri, quas primas atq; summas, non nisi in unius ac summi dei uoluntate esse credebat. Vnde non eas putabat, nisi munda mente posse comprehendi, et ideo purgandę bonis moribus uitæ censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus, naturali uigore in æterna se attolleret, naturamque incorporei & incommutabilis luminis ubi causæ omnium factarum naturarum stabiliter uiuunt, intelligentiæ puritate conspiceret. Imperitorum tamen inuidia excitatis Athenienſibus, calumniosa criminatione damnatus, morte multatus est. Sed cum postea illa ipsa, quæ publice damnauerat, Athenienſium ciuitas publice luxit. In duos eius accusatores usqueadeo populi indignatio

tio conuersa est, ut unus eorum oppressus ui multitudinis interiret, exilio autem uoluntario atque perpetuo, poenam similem alter euaderet. Tam præclara igitur uitæ, mortisque fama SOCRATES reliquit plurimos suæ philosophiæ sectatores. Quorum certatim studium fuit, in quæstionum moralium disceptatione uersari: ubi agitur de summo bono, sine quo fieri homo beatus nō potest. Igitur Plato inter omnes SOCRATIS discipulos gloria & fama eminentior fuit: nec immerito, cum determinasset finem boni esse secundum uirtutem uiuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam unius dei habeat & imitationem: nec esse aliam ob causam beatum. Qui PLATO cum apud suos honesto natus esset loco Athenis, ingenioque mirabili longe suos condiscipulos anteiret, Socratica non contentus disciplina, longe, lateque peregrinatus est: quaqua uersum alicuius nobilitate scientiæ percipiendæ cum fama rapiebat. Itaque & in Aegypto didicit, quæcunque magna illic habebantur atque docebantur, & inde in eas partes Italiæ ueniens, ubi PYTHAGORAE fama celebrabatur, & quicquid Italicæ fuit philosophiæ facillime comprehendit: & quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentem faciens fere in omnibus sermonibus suis, etiam illa quæ uel ab alijs didicerat, uel ipse quanta potuerat intelligentia uiderat, cum illius lepore, & moralibus disputationibus temperauit. Itaque cum studium sapientiæ in actione & contemplatione uersetur, unde una pars eius actiua, altera contemplatiua dici potest: quarum actiua ad agendam uitam, id est, ad mores instruendos pertinet, contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & syncerissimam ueritatem, SOCRATES in actiua excelluisse memoratur: PYTHAGORAS uero magis contemplatiuæ, quibus potuit, intelligentiæ uiribus institisse. Proinde Plato utrunque iungendo, philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit, unam moralem, quæ maxime in actione uersatur: alteram naturalem, quæ contemplationi deputata est: tertiam rationalem, quæ uerum disterminat a falso. Quæ licet utrique, id est, actioni & contemplationi sit necessaria: maxime tamen contemplatio perspectionem uendicat ueritatis. Ideo hæc tripartitio non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studium sapientiæ in actione & contemplatione consistere: & Athenienses uigintiquatuor literis uti cœperunt, cum ante uigintiduas tantum haberent. Xenophon & Thisias clari habentur. Diogenes cognoscitur, Eudoxus astrologus, Plato quoque & Xenophon, nec non & alij Socratici insignes habentur. Euagoras cum regnaret Cypri, in furorem uersus est. Facto etiam terræmotu magno Elica & Bura, Peloponensium urbes absorptæ sunt. Tunc etiam fuit Carthaginensium bellum illud famosissimum.

Regnante Artarxerxe, qui & Ochus dicebatur, Iohannes summus sacerdos Iudæorū Iesum fratrem suum in templo interfecit. Pro quo scelere multa passi sunt Iudæi grauia. Cap. XV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARtarxerxes, qui & Ochus, annis uiginti sex imperauit. A reædificatione uero templi, annus centesimus quadragesimus quintus erat. Macedonum uero reges, Alexander, Ptolomeus, Perdicas, Philippus, sibi inuicem per interualla succedentes breuia. Iudæorum uero sacerdos Iohannes filius Iudæ, qui fratrem suum Iesum sacerdotium ambigētem, in templo interfecit. Propter quod facinus Vagoses dux regis Artarxerxis, qui Iesum diligebat, in templum ingressus uiolauit, & populum Iudæorū propter hanc causam in seruitutem redegit, nec hostias offerri quotidianas prius in templo permisit, quam pro unoquoq; anno uectigal exigeret, drachmas scilicet quinquaginta. Hac usus occasione annis septem, pro nece Iesu sacerdotis populum afflixit dicens: quod nunq; prius nec apud Græcos, nec apud Barbaros, ita crudeliter uel scelerate factū sit. Vnde nec deus hoc impune dimisit.

Qualiter Artarxerxes Græcis pacem indixerit, & Aegyptū euersam suo imxerit imperio. Cap. XVI.

ARtarxerxes ergo post transactum in Aegypto maximum, diuturnumq; bellum, plurimos Iudæorum in transmigrationem duxit, ateq; in Hircania ad Caspium mare habitare præcepit. Interea Artarxerxes rex Persarum, uniuersis Græciæ populis per legatos, ut ab armis decederent & paci acquiescerent, imperauit: non quia misericorditer fessis consuleret, sed ne se in Aegypto bellis occupato, aliqua in regnum suum tentaretur irruptio. Cuncti igitur Græci optatissima quiete domesticoque otio resoluti sunt. Qui utique tam constanter contemnere poterant, quam fortiter sæpe uicerunt maximas Persarum copias, si non ipso tantum adnuntiatæ pacis sono, per corda cunctorum ægra belli tabuisset intentio. Quanta enim bella sibimet grauia, ac intolerabilia inuicem gesserint, alternisque cædibus atque miserijs se affecerint Lacedæmonij cum Athenienfibus, Arcades cum Lacedæmonijs, quomodo Conon Athenienses dux Persici exercitus, quomodo Spartanos afflixerit, & cum Agesila pede claudo, ingenio acerrimo duce Lacedæmoniorum pugnauerit, ac demum uicerit, testis est ipsa quietis pax, tam libentissime a fortibus uiris susceptа, & illud indicium, quod uix cum Lacedæmonijs centum inuenti sunt senes. Sed qui hæc plenius scire uoluerit, in libro tertio Horosij contra paganos inueniet. Artarxerxes autem, qui & Ochus Sydonem subuertit, & Aegyptum suo coniunxit imperio, Nectanaiph in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum est destructum.

Quibus diebus pestilentia ingens Romam crudeliter uastauerit, terraq; in urbe dehiscens, Curtium virum equestrem absorbuerit uiuum. Tunc etiam Galli contra Romanos conspirantes, ter deuicti sunt. Cap. XVII.

QVo etiam tempore ingens uniuersam Romam pestilentia corripuit, nō (ut adsolet) plus minusve solito temporę turbata temperies, hoc est, aut intempestiua siccitas hyemis, aut repentinus calor ueris, aut incōgruus humor æstatis, uel autumni diuinis indigesta illece-

illecebra. Insuper etiam expirata de Calabris salubus aura corrumpens, repentinos acutarum infirmitatum afferre transcursus, sed grauis, diuturnaq; in nullo dispar sexu, in nulla ętate dissimilis, generali cunctos per biennium iugiter tabe confecit, ut etiam quos non egit in mortem, turpi macie exinanitos, afflictosq; dimiserit. Sequitur hanc miseram luem, miserioremque eius expiationem proximo anno satis triste prodigium. Repente siquidē medio urbis terra dissiluit, uastoq; prærupto hiantia subito inferna patuerunt. Manebat diu ad spectaculū, terroremq; cunctorū patenti uoragine impudens specus, nefariamq; uiui hominis sepulturā dijs interpretibus experebat. Satis fecit improbis faucibus præcipitio sui. M. Curtius uir eques armatus, iniecitque crudeli terræ inopinam satietatem, cui parum esset quod ex tanta pestilētia mortuos per sepulchra susciperet, nisi etiam uiuos scissa sorberet. Hinc iterum terribilis Gallorū inundatio iuxta Anienem fluuium ad quartum ab urbe lapidē cōsedit, facile sine dubio pondere multitudinis & alacritate uirtutis perturbatam, occupatura ciuitatem, nisi otio, & lenitudine torpuisset: ubi atrocissimam pugnam Manlius Torquatus singulariter inchoauit. T. Quintus dictator cruentissima congressione confecit. Fugati ex hoc prælio plurimi. Galli instauratis iterum copijs, in bellum ruentes a Gaio Sulpitio dictatore superati sunt. Post paululum quoque Tuscorum pugna, sub C. Martio consecuta est. Vbi conijci datur, quantus hominum numerus cæsus sit, quando octo milia sunt capta Tuscorum. Tertio autē in ijsdem diebus Galli se in prędam per maritima loca, subiectosq; campos ab Albanis montibus diffuderunt. Aduersus quos nouo militum delectu habito, conscriptisq; legionibus decem, sexaginta milia Romanorū negatis sibi Latinorum auxilijs processerunt. Confecit hanc pugnam Marcus Valerius auxiliante coruo alite, unde postea Coruinus est dictus. Occiso enim prouocatore Gallo, hostes territi, sparsimq; fugientes, grauiter trucidati sunt. Nec tamen contenti Romani suis eos mœnibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua latius traherēt, sic persecuti sunt eos, ut post aliq̄t annos omnes eorum reliquias in Hetruria ad lacum Vadi montis Dosa bella consul deleret, ne quis extaret ex ea gente qui incensam a se Romanam urbem gloriaretur. Manlius uero Torquatus cōsul, qui post stragem Gallorū Latinos deuicit, filiū suum q̄d contra eius imperiū hostes adgressus uicerat, Metiumq; Tusculanū nobilissimum equitē interfecit, prouocā tes atq; insultantes hostes occiderat, uirgis cæsum securi percussit.

De hoc, quod nox longior solito facta est, & veri lapides e cœlo ruentes, terrā grauiter attriuerunt. Et hoc factum est, quando Magnus Alexander Macedo nascitur, Quibus diebus Aristoteles celebratur insignis, & Plato moritur. Cap. XVIII.

EOdem etiam tempore nox usque ad plurimam diei partem tendi uisa est, & saxea de nubibus grando descendens, ueris terram lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiam ALEXANDER

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnus, uere ille gurges miseriarꝫ atcꝫ atrocissimus turbo totius orientis est natus. Tūc Demosthenes orator agnoscit, Aristoteles philosophus oreoim celebratur, Plato moritur, post quem Academiā Seusippus tenuit.

Quod regnante Arxe, Romanorꝫ matronæ in scelere venefico sunt deprehensæ. Philippus autē Macedonum rex, pater Alexādri Magni, bella plurima peregit, ciuitates euertit, nationes innumeras perdomuit. Cap. IX.

ARxes filius Ochi, annis quatuor apud Persas regnat. A reædificatione uero templi, annos cētum septuaginta unus erat. Iaddus uero defuncto Iohanne patre illius principatum suscepit sacerdotij Iudæorum. Quibus diebus incredibili rabie, & amore scelerum Romanæ matronæ exarserunt. Erat utique fœdus ille ac pestilens annus, impletoꝫ iam undicꝫ cateruatim strages gerebātur. Et adhuc tamē pene omnes, de corrupto aere simplex credulitas erat, cum existente quadam ancilla indice & cōuincente, primū multæ matronæ ut biberent, quæ coxerant, uenena cōpulsæ. Deinde simul ut hausere, cōsumptæ sunt. Tanta autē multitudo fuit matronarꝫ in his facinoribus cōsciarum, ut CCCLXX. damnatæ ex illis simul fuisse ferātur. Tunc Alexāder rex Epirotarꝫ, Alexandri illius Magni auunculus, traiectis in Italiā copijs, cum bellum aduersus Romanos pararet, & circa finitimas Romæ urbes firmare uires exercitus sui, auxiliaqꝫ uel sibi acquirere, uel hostibus subtrahere studēs, bellis exercetur: a Samnitibus, qui Lucanæ genti suffragabātur, maximo bello in Lucania uictus atcꝫ occisus est. Hūc alij ferunt fuisse Pyrrhum, qui a Tarentinis euocatus, ut auxilia eis præberet aduersus Romanorum arma, Tarentus uero Lacedæmoniorꝫ opus, Calabriæ quondā & Apuliæ, totiusqꝫ Lucaniæ caput, diuitijs, magnitudine, muris, portu, ipsoqꝫ situ mirabilis. Igitē Pyrrhus, semi Grecā ex Lacedæmonijs cōditoribus ciuitatē uindicaturus, cū totis uiribus Epiri Thessaliæ, Macedoniæ, incognitisqꝫ in id tēpus elephantis, mari, terra, uiris, equis, armis, addito insuper ferarꝫ terrore, quarꝫ magnitudine & deformitate, & nouo odore simul, ac stridore, Leuino consule, in prima pugna consternati Romanorꝫ equi, cum incognitas sibi beluas, amplius q̄ erant suspicarentur, fugam, stragemqꝫ late dederunt. Hoc bellum in Apulia, deinde in Asculo melius dimicatum est, Curio, Fabriciocꝫ consulibus. Iam quippe terror beluarum exoleuerat, & Gaius Munitius quartæ legionis hastatus, unius promuscide abscisa, mori posse beluas ostenderat. Itaque in ipsos pila congesta sunt, & in turres uibratæ faces, tota hostium agmina, ardentibus ruinis operuerunt: nec alius cladi finis fuit, quam eos nox dirimeret, postremusque fugientium rex ipse a satellitibus humero saucius in armis suis ruit. Lucaniæ pugna ducibus ꝛ̄ſdem, quibus superius, sed bello & pace foris & domi omnem in partē Romana uirtus, tum se approbauit. Cum Pyrrhus ille terribilis, post primæ pugnæ uictoriam, intellecta Romanorum uirtute, facto fœdere (quamuis uinceret) in amicitiam recipi uoluit, sed abnegauit senatus. Nec aliam magis, quam Tarentinam

rentinam ostendit populi Romani fortitudinem, senatus sapientiā, ducum magnanimitatem: nec alius pulchrior in urbe aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem nihil præter pecora Volscorꝫ, greges Sabinorꝫ, carpenta Gallorꝫ, fracta Samnitum arma uiderunt. Tum aūt si captiuos aspiceres, Molossi, Thessales, Macedones, Brutius, Apulus, atcꝫ Lucanus: si pompam, aurū, purpuram, signa, tabulæ, Tarentinęqꝫ deliciæ. Sed nihil libentius populus Romanus aspexit, q̄ illas, quas timuerat, cum turribus suis beluas: quæ non sine sensu captiuitatis, summissis ceruicibus uictores equos sequebantur. Sed quoniam gentium diuersarum actus, partim libando recensere disposui: nunc Alexandri istius casu commonitus, de Philippo Lacedæmoniorum rege, qui Olympiadem huius Alexandri Epirotæ sororem uxorem habuit, ex qua Alexandrum Magnum genuit, pauciss. annis retro repetitis, magna paruis, inquantum potero, colligam syllabis. Igitur Philippus Aminte filius, Alexādri pater, regnum Macedonum adeptus XXV. annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum aceruos, cumctosque malorum moles struxit. Hic primum ab Alexandro fratre obses Thebanis datus, per triennium apud Epaminōdam, strennuissimum imperatorem, & summum philosophum eruditus est. Ipso autē Alexandro scelere Euridicis matris occiso, q̄uis etiam commisso adulterio, & altero primū filio interfecto: filiaqꝫ uiduata, generi nuptias, mariti morte pepigisset, compulsus a populo regnum q̄d paruo occisi fratris filio tuebatur suscepit qui cum foris concursu exurgentium undicꝫ hostium, domi autem deprehensarum sæpe insidiarꝫ metu fatigaretur, primum bellum cum Atheniensibus gessit, quibus uictis, arma ad Illyrios transtulit: multisqꝫ milibus hostium trucidatis, Lariss. urbem nobilissimā cepit. Inde Thessaliam non magis amore uictoriæ, q̄ ambitione habendorum equitum Thessalorum, quorum robur ut exercitui suo admisceret, inuadit. Ita Thessalis ex improuiso præoccupatis atcꝫ in potestatem redactis, iungendo equitum peditumque fortissimas turbas & copiosas, inuictissimum fecit exercitum. Igiur uictis Atheniēsibus subiectisqꝫ Thessalis Olympiadem Auruchę regis Molossorum sororem duxit uxorē. Qui Aurucha cum per hoc quod societatem Macedonum affinitate regis pacisceba tur, imperium suū se dilatatur ꝫ puraret: per hoc deceptus amisit, priuatusqꝫ in exilio consenuit. Deinde Philippus, cum Mothonam urbem oppugnaret, ictu sagittę oculum perdidit. ipsam uero urbem mox expugnauit & cepit, exin Græciam prope totam consilijs prꝫuentam uiribus domuit. Quippe Græciæ ciuitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt, & dum in mutuū exitium sine modo ruūt, omnibus perire, q̄d singulæ amitterent, oppressæ demum seruientesqꝫ senserunt. Quarꝫ dum insanas cōcertationes Philippus ueluti e specula obseruat, auxiliūcꝫ semper inferioribus suggerēdo, contentiones bellorꝫ fomites callidus doli artifex fouet: uictos sibi pariter uictoresqꝫ subiecit. Igitē quanuis affecerit totā Greciā miserijs, alioscꝫ a quibus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

pace susceptus hostiliter inuadit, crudeliter diripit, omnicq; societatis conscientia penitus abolita, coniuges, liberosq; omnium sub corona uendidit, tem placq; uniuersa subuertit. Post hęc in Cappadociam transijt ibicq; bellum pari perfidia gessit: captos per dolum finitimos reges interfecit, totamq; Cappadociam suo imperio subdidit. Inde post cædes, incendia, ac prædationes, quas gesserat in urbibus socijs, ad parricidia conuersus, fratres quos cohæredes regni uerebatur, interfecit, supplicio ac neci dedit. Inde omnium urbes finesque populatus, cruenta præsentia effecit, ut etiam absens timeretur. Igitur alios populos a sedibus suis auulsos, finibus hostium opponit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdam æmulatione uirium, ne possint quod posse creduntur, in supplementa exhaustarum urbium diuidit. Ita glorioſissimum illud quondam florentis Græciæ corpus, in multas laceratasque particulas, extincta primum libertate concidit. Præterea cum eum duo fratres Thraciæ reges, ex consensu præoptauissent iudicem, Philippus more ingenij sui ad iudicium tanquam ad bellum cum instructo exercitu ingressus, inscios iuuenes uita regnoque priuauit. Ad Scythiam quoque cum Alexandro filio prædandi intentione pertransijt: commissoque prælio, cum Scythæ & numero & uirtute præstarent, Philippi fraude uincuntur. In ea pugna uiginti milia puerorum ac fœminarum Scythicæ gentis capta: pecorum magna copia abducta, auri atque argenti nihil repertum. Nam & ea res primo fidem inopiæ Scythicæ dedit. Viginti milia nobilium equarum sufficiendo generi in Macedoniam missa sunt. Sed reuertenti Philippo Triballi bello obuiant, in quo ita Philippus in fœmore uulneratus est, ut per corpus eius equus interficeretur. Statim uero ut conualuit, Athenienſibus bellum intulit, qui in tanto discrimine positi, Lacedæmonios quondam hostes, tunc socios ascisc unt, totiusque Græciæ ciuitates, legationibus fatigant, ut communem hostem, communibus uiribus petant. Itaque aliquantæ urbes Athenienſibus sese coniunxere. Quasdam uero ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisso, cum Athenienſes longo maiore munere militum præstarent, assiduis tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincuntur. Quam pugnã longe omnibus antecedentibus bellis atrociorem fuisse, ipse rerũ exitus docuit. Nam hic dies apud uniuersam Græciam acquisitę dominationis gloriam & uetustissimę libertatis statum finiuit. Postea Philippus cruentissimam uictoriam in Thebanos & Lacedæmonios exercuit. Siquidem principes ciuitatum, alios securi percussit, alios in exilium egit, omnibus bonis priuauit. Pulsos dudum a ciuibus in patriam restituit. Ex quibus trecentos exules iudices rectoresque præfecit: qui ut antiquum dolorem noua potestate curarent, pressos infeliciter populos, in spem libertatis respirare non sinebant. Præterea magno delectu militum in subsidium regiæ dispositionis ex tota Græcia habito, ducenta milia peditum & quindecim milia equitum absque exercitu Macedonum, & infinita gentium barbararum Persica expeditione in Asiam

Asiam missurus instruxit. Tres duces, hoc est, Parmenionem, Amintam, & Attalum, præmittendos in Persas legit. Et dum suprascriptæ copiæ de Græcia congregantur, Alexandri, qui erat Olympiadæ uxoris suæ frater, & postea a Nabinis in Lucania prostratus est, ut supra memorauimus, quem Epiri regem ob mercedem stupri in eum perpetrati, constituerat, nuptias in copulando ei filiam suam Cleopatram celebrare decreuit. Qui cum pridie quam occideretur, interrogatus fuisset, quis finis homini magis esset optandus, respondisse fertur: Eum esse optimum, qui uiro forti post uirtutum suarum gloriam in pace regnanti sine conflictione corporis, & dedecore animæ, subitus & celer inopinato ferro potuisset accidere. Quod ipsi mox obtigit. Igitur per uiginti & quinque annos, incendia ciuitatum, excidia bellorum, subiectiones prouinciarum, cędes hominum, opum rapinas, prędas pecorum, mortuorum uenditiones, captiuitatesque uiuorum, unius regis fraus, ferocia & dominatus agitauit. Sufficerent ista ad exemplum misseriarum insinuata memoriæ nostræ gesta per Philippum, etiam si Alexander ei non successisset in regnum.

De grauissimis prælijs inter Samnites & Romanos, illis diebus gestis. Quibus & Romani à Samnitibus victi, & sub iugum seruituris missi, iterumq; Romani victores per Papyrium ducem suum Samnites vicerũt & iugum deposuerunt. Cap. XX.

Romani porro, cum iam bello uiginti milia Samnitum, Fabio magistro equitum pugnam cõserente, cecidissent: circũspectiore cura Samnites, ac magis instructo apparatu, apud Candinas furculas consederunt. Vbi cum Q. Veturiũ, & Posthumium cõsules, omnesq; copias Romanorũ angustijs locorũ, armisq; clausissent, Pontius dux eorũ intantum abusus est uictoriæ securitate, ut Herennium patrem cõsulendũ putaret, utrum occideret clausos, an parceret subiugatis. Vt uiuos tamen dedecori reseruaret, elegit. Romanos em̃ antea sæpissime uinci & occidi: nunq; autem capi, aut ad deditionem cogi potuisse, constabat. Itaq; Samnites uictoria potiti, uniuersum exercitum Romanum turpiter captum, armis, etiam uestimentisq; nudatum, tãtum singulis uilioribus operimẽtis, ob uerecunda corporum tegenda concessis, sub iugum missum, seruitioq; subiectum, longum agere pompæ ordinem, præceperunt. DC. autem equitibus Romanis, in obsidatum receptis, oneratos ignominia cæteris rebus uacuos consules remiserunt. Posteriore anno, infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactionem, eosque in bellum cogunt. Quod Papyrio consule insistente commissum, magnas strages utriusque populi dedit, cum hinc ira recentis infamiæ, inde gloria proximę uictoriæ pugnantes instimularet. Tandem Romani pertinaciter moriendo uicerunt: nec cædi pariter uel cædere destiterunt, nisi postquam uictis Samnitibus & capto duce eorum, iugum reposuerunt seruitutis. Idem deinde Papyrius Sutricum expulso inde Samnitico præsidio, expugnauit & cepit. Hic autem Papyrius adeo tunc apud Romanos bellicosissimus ac strenuissimus habebatur, ut cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut cum Alexander Magnus, disponere diceretur ab Oriente discedens, obtinere uiribus Africam, atque inde Italiam transuehi. Romani inter cæteros duces, tunc in Republica sua optimos, hunc præcipuum fore, qui Alexandri impetum sustinere posset, meditarētur. Quibus diebus quidam Hanno nomine priuatis opibus Reipublicę uires superans, inuadēdę dominationis hausit cupiditatem: cui rei consilium utile ratus est, ut simulatis unicæ filiæ nuptijs, omnes senatores quorū dignitatem obstaturam inceptis suis arbitrabat, inter pocula uenēno necaret. Quæ res per ministros prodita, sine ultione uitata est: ne in uiro potenti, plus negotij faceret res cognita, quam cogitata. Hoc consilio elusus Hanno, alio machinamento facinus aggredi parat, seruitia concitat, quibus repente incautam urbem opprimeret. Sed cum ante statutā cædibus diem, proditum se præuentumque intellexisset, castellum quoddam cum uiginti milibus seruorum armatis occupauit. Ibi dum Afros, regemq; Maurorum concitat, captus est: ac primo uirgis cæsus, deinde effossis oculis, & manibus cruribusque fractis, uelut a singulis membris pœna exigeretur, in conspectu populi, necatus est. Corpus uerberibus lacerum cruci suffixum est: filij cognatique omnes supplicio traditi, ne quis eum eiusdem familię unquam aut imitari, aut ulcisci meditaretur. Hęc temporibus Philippi gesta sunt. Quo in tēpore Xenocrates philosophus illustris habetur.

Regnante Dario, quem Alexander occidit, Iaddus princeps & sacerdos Iudæorum depulit fratrē suum Manassen à sacerdotio, quia duxerat vxorem filiam Satrapę Samariæ. Qua occasione ædificatum est templum in monte Garzarim, ad instar Hierosolymitani. Cap. XXI.

DArius Arsami filius, annis *V. a reædificatione uero templi anni sunt CLXXVI. Iaddus princeps sacerdotum erat Iudæorum. Erat autem huius frater Manasses, cui suam filiā delegauit uxorem Sanabalath missus a Dario ad Samariā satrapa genere Cutheus, ex quibus & Samaritæ descendunt: Principes quoque sacerdotum cum populō hoc indigne ferebant. Nam extitisse etiam priorem captiuitatem per hæc coniugia malā putabant: ęp multi in his peccassent, dum non uxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo Manassen disiungi ab uxore, aut non introire sacrarium. Manasses autem prohibitus a fratre accedere ad altare: ad socerum Sanabalath peruenit. Itaq; Sanabalath nō ei solum sacerdotium, sed etiam principatum sacerdotij, & potentiam ac honorem omnium locorum sibi subiectorum dare promisit. Qua de re tēplum ei accepta occasione oportuni temporis ædificauit, ad instar Hierosolymorum super montē Garzirim, qui latior omnibus Samariæ montibus apparebat, quoniam Alexandrum aduersus principem sacerdotum Sanabalath ira cōmotum nouit, dum non uenalia exercituī, & ea quæ prius Dario conferre solebat, mitteret Alexandro, dum obsideret Tyrum. Sanabalath nanque iam desperato Dario, eligens de suis octo milia, profectus est ad Alexandrum. Cuius adeptus est gratiam: & ab eo impetrauit, ut tēplum ædificaret iam prædi-

Alias VI.

prædictum. Hoc autem et rei profuturum uisum est: ut in duas partes potentia Iudæorum esset diuisa, ne gens coniuncta rebellaret. Permansit autem templum illud, & si quis culpam habuisset apud Hierosolymitas, aut de cibo inlicito seu de transgressione legis, ad Sychemitas recedebat: in his constituti Hierosolymitæ degebant.

Quibus diebus Alexander regnū adeptus Macedonum, defuncto patre quanta & qualia intra suam egerit gentē, Parthosq; primum bello superauerit, inde autem Aegyptum Syriamq; subiugando petens Hierosolymam peruenit intactumq; templum reliquit muneribus honoratum, iterumq; duobus prę lijs copias Parthorum delens, demum interemit Darium, in alienos crudeliissimus, in proximos impius existens. Cap. XXII.

ALexander uero rex Macedonum, patri Philippo successit in regnum, qui primam experientiam animi & uirtutis suę cōpressis celeriter Græcorū motibus dedit. Quibus author ut ab imperio Macedonū deficerēt, Demosthenes orator auro Persarum corruptus extiterat. Itaq; Athenienſibus bellū deprecantibus remisit: quos insuper etiā multo metu soluit. Thebanos cum diruta ciuitate delcuit, reliquos sub corona uēdidit. Cæteras urbes Achaię & Thessaliæ uectigales fecit. Illyrios & Thraeas translato mox abhinc bello domuit. Inde profecturus ad Persicum bellum, omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu eius fuerunt peditum XXXII. milia, equitum IIII. milia D. naues C. LXXX. ac tam parua cum manu, uniuersum terrarum orbem, utrum mirabilius sit quia uicerit, an quia aggredi ausus fuerit, incertum est. Primo eius cum Dario rege congressu, sexcenta milia Persarum in acie fuere, quæ non minus arte Alexandri superata quam uirtute Macedonum terga uerterunt. Magna igitur cædes Persarum fuit. In exercitu uero Alexandri centum uiginti equites & nouem tantum pedites defuere. Deinde Gordien Phrygiæ ciuitatem, quæ nunc Sardis uocitatur, obsessam expugnatamque cepit, ac direptioni dedit. Inde nunciatur ei Darij cum magnis copijs aduentus. Qui timens angustias locorum quibus inerat, Taurum montem mira celeritate transcendit: & quingentis stadijs sub una die cursu transmissis Tharsum uenit. Ibique cum sudans in Cidnum præfrigidum amnem descendisset, obriguit: contractuque neruorum proximus fuit morti. Interea Darius cum trecentis milibus peditum, & centum milibus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium etiam Alexandrum: maxime respectu paucitatis suæ: quamuis iam pridem, sexcentis milibus hostium eadem paucitate superatis, non solum non timere pugnam, sed etiam uictoriam sperare didicisset. Itaque cum intra iactum teli uterēp constitisset exercitus, & intentos ad signum belli populos discurrentes principes, uarijs incitamentis acuerent: ingentibus utrimque animis pugna committitur, in qua ambo reges, & Alexander scilicet & Darius, uulnerantur, ac tamdiu certamen anceps fuit, quoadusque fugeret Darius. Exinde cædes Persarum subsecuta est. Ibi tunc peditum octoginta milia, equitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

equitum X. milia cæsa, capta XL. milia fuere. Ex Macedonibus uero eccidere, pedites CXXX. equites CL. In castris Persarum multum auri, cæterarumq; opum est repertum, inter captiuos castrorum mater & uxor eademq; soror, & filiæ duæ Darij fuere, quarum redemptiõem Darius, cum etiam oblata regni dimidia parte non impetrauisset, tertio cunctis Persarum uiribus sociorumq; auxilijs contractis bellum instaurat. Sed dum hæc Darius agit. Alexander Parmenionem ad inuadẽdam Persicam classem, cum copijs mittit: ipse in Syriã proficiscitur: ubi ex multis sibi regibus cum insulis ultro occurrentibus, alios allegit, alios mutauit, alios perdidit. Inde ad Iudæam tendens Hierosolymam ascendit, cui Iaddus princeps sacerdotum cum hyacinthina & aurea stola, habens etiam super caput cidarim, ac laminam auream: cæteri uero sacerdotes cum byssinis stolis, reliqua multitudo cum uestibus albis occurrunt. Sic enim principi sacerdotũ consulenti, dominus per somnium ostenderat indignationem posse regis effugere. Alexander autem solus adijt, & nomen dei q̃d in aurea lamina erat scriptum, adorauit: principemq; sacerdotum primus ueneratus est. Oĩbus uero Iudæis una uoce Alexandrũ salutãtibus & circumstantibus regibus Syriæ & reliquis, hoc facientem stupuerunt, corruptamq; regis mentem putauerunt. Parmenius uero solus eum interrogauit dicens: cur eum omnibus adorantibus, ipse adorasset principem sacerdotum gentis Iudææ. Cui ille: Non hunc, inquit, adoraui, sed deum, cuius principatu sacerdotij functus est. Nam per somniũ in huiusmodi eum habitu conspexi, adhuc in Dio ciuitate Macedoniæ cõstitutus. Dumq; mecum cogitassem an possem Asiam uincere: incitauit me nequaquam negligere, sed confidenter transire. Nam se perducturum dicebat exercitum, & Persarum traditurum potentiam: ideoq; nemi nem alium in tali stola uidens, cum hunc animaduertissem habens uisionis et probatiõis nocturnæ memoriã salutaui: Exinde arbitror me diuino iuuami ne delectum, Dariumq; uicisse, uirtutemq; soluisse Persarum. Prẽterea & omnia quæ meo corde sperantur, prouentura confido. Postq̃ Permenio ni locutus est: principem sacerdotum honorans, accurrentibus reliquis sacerdotibus ad ciuitatem usq; peruenit. Ad templum ascendens sacrificauit deo, secundum sacerdotis ostensionem: ipsi autem principi sacerdotum, & reliquis sacerdotibus munificẽter multa donauit. Oblato uero ei uolumine Danielis, in quo scriptum erat quendam Græcorum perditurum Persarum potentiam, arbitratus seipsum esse quem scriptura significabat, conuocans Iudæos iussit petere, quas uellent accipere donationes. Principe ergo petente, ut liceret patrijs uti legibus & septimum annum sine tributis esse mandaret: omnia cõcessit. Inde ad alias urbes profectus, Tyrum urbem antiquissimam & florẽtissimam fiducia Carthaginensium sibi cognatorum obsistentem oppressit & cepit. Exin Syriam, Rhodum atq; Aegyptũ, pertinaci furore peruadit. Inde ad templum Iouis Hammonis pergit: ut mendacio ad tempus composito, ignominiam sibi patris incerti, & infamiam adulteræ matris

matris aboleret. Nam accersitũ ad se phani ipsius antistitem, ex occulto monuit, quid sibi tanq̃ consulenti responderi uelit, sicut historici eorum dicunt. Ita certus Alexander fuit, nobisq; prodidit dijs ipsis surdis & mutis, uel in potestate esse antistitis, quid uelit fingere: uel in uoluntate consulentis, quid malit audire. Reuertens ab Hammone ad tertium bellum Persicum, Alexandriam in Aegypto condidit. Darius uero spe pacis amissa, quadringenta quatuor peditum, & centum milia equitum, Alexandro ab Aegypto reuertenti, apud Tharsum bello opponit. Nec pugnæ mora, omnes cæca rabie in ferrum ruunt. Macedones toties a se uictis hostibus animosi: Persæ nisi uincant, mori prẽoptantes: raro in ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cum uinci suos uideret, mori in bello paratus, persuasu suorum fugere compulsus est. Hoc prælio Asiæ uires, & regna cõciderunt, totusq; oriens, in potestatem Macedonici cessit imperij, atq; ita attrita est in hoc bello Persarum omnis fudutia, ut post hoc nullus rebellare ausus sit. Patienterq; Persæ post imperium tot annorũ iugum seruitutis acceperunt. Alexander trigintaquatuor continuis diebus castrorũ prædam percensuit, Persepolim caput Persici regni, famosissimam & cõfertissimam opibus totius orbis inuasit. Dariũ uero cum a propinquis suis uinctum compedibus aureis teneri cõperisset, persequi statuit. Itaq; iusso ut subsequeretur exercitus, ipse cum VI. milibus equitũ profectus, inuenit in itinere solum relictũ multis confossum uulneribus Dariũ, extrema uitæ per uulnera efflantem. Hunc mortuũ, inani misericordia referri in sepulchra maiorum, sepelirique præcepit. Cuius nõ dicam matrem, uel uxorem, sed etiã paruulas filias crudeli captiuitate retinebat. In tanta malorũ multitudine difficillima dictis fides, tribus prẽlijs, totidemq; annis, quinquies decies centena milia equitum consumpta, & hæc quidem ex eo regno, illisq; populis, unde iam ante annos non multo plures, decies nouies centena milia profligata referuntur: quanquam extra has clades, per eosdem tres annos, & Asiæ ciuitates plurimæ oppressæ sint, & Syria tota uastata, Tyrus excisa, Cilicia exinanita, Cappadocia subacta, Aegyptus addicta sit, Rhodus quoque insula ultro ad seruitutem tremefacta successerit, plurimæque subiectæ, Tauro prouinciæ, atque ipse mons Taurus diu detrectatum iugum domitus & uictus acceperit, & ne forte tunc quisquam opinetur uel orientem solum Alexandri uiribus subactum, uel Italiam tantummodo Romana inquietudine fatigatam, tunc etiam bellum Hagidis Spartanorum regis in Græcia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zophyrionis præfecti in Scythia gerebatur. Quorum Hagidis Lacedæmonijs excitata rebellante secum uniuersa Græcia cum Antipatre, fortissimis copijs congressus, inter magnas utrorumque strages & ipse procubuit. Alexander autem in Italia affectans occidentis imperium, æmulans ALEXANDRVM Magnum, post numerosa & grauia bella ibidem gesta a Brutijs Lucretijsque superatus est, corpusque eius ad sepulturam uenditum, ut supra memini. Zophy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rion uero præfectus Ponti, adunato triginta milium exercitu, Scythis bellum inferre ausus, & usque ad internetionem cæsus, funditus cum omnibus copijs suis abrasus est. Occiso nanque Dario, ut præmisimus, Persarum regnum concidit. Alexandrinorum autem nascitur, quod regnum est Aegypti. Alexander Macedo annis quinq;. Huius enim quinque anni postremi, in ordine numerantur, quibus monarchiam obtinuit orbis. Nam septem eius priores, sub regno Persarum supputantur. A reædificatione uero templi, annus centesimus octogesimus primus erat.

Constructa Alexãdria in Aegypto, destructoq; Persarum imperio, per quinquennium Alexander monarchiam obtinuit orbis, plurimas deuincens gentes, Indiam petens subiugauit, cæterasque nationes inaccessibiles circa Oceani littora sitas, bello oppressit & cepit. Demum Babyloniam ediens, hausto veneno interijt. Cap. XXIII.

IGitur Alexãder Magnus post Darij mortẽ, Hircanos et Mardos subegit. Vbi eriã illum adhuc bello intẽtum, Halestris siue Minothea excita suscipiẽdæ ab eo sobolis gratia, cum CCC. mulieribus procax Amazon inuenit. Post hæc Parthoꝝ pugnam aggressus, quos diu obnitentes, deleuit propemodum, antequam uicit. Inde Trancas, Euergetas, Parimas, Parapemenos aggressus, Adarpios, cæteroſque populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit: urbẽ ibi fecit ALEXANDRIAM, super amnem Danaim constitutam. Sed nec minor eius in suos crudelitas, quam in hostem rabies fuit. Docet hoc Amintas consobrinus occisus, nouerca, fratresque eius necati, Parmenio & Philotas trucidati, Attalus, Eurilochus, Pausanias, multiq; Macedoniæ principes extincti. Clitus quoq; annis grauis, amicitia uetus, nefarie interfectus. Qui cum in conuiuio fiducia amicitiæ regiæ aduersus regem sua opera patri PHILIPPO præponentem, memoriam patris tueretur: ab offenso frustra rege uenabulo transfossus, commune conuiuium cruentauit. Sed Alexander humani sanguinis inexaturabilis, siue hostium, siue etiam sociorum, recentem tamen semper sitiebat cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens, Choramos & Dachas, indomitam gentem in deditionem accepit. CHALLISTENEM philosophum, sibique apud Aristotelem condiscipulum, cum plurimis alijs principibus, cum eum deposito salutandi more, ut deum non adoraret, occidit. Post hæc INDIAM petit, ut Oceano, ultimoque oriente finiret imperium, Nisam urbem adijt, Dædalos montes, regnaque Cleophilis reginæ expugnauit. Quæ cum se dedidisset, concubitu regnum redemit. Peragrata, perdomitaq; Alexander India, cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis, in quo multi populi cõfugerant, peruenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræ motu prohibitum. Aemulatione permotus, ut Herculis acta superaret, cum summo labore ac periculo saxo potitus, omnes loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortissimo Indoꝝ rege, cruentissimum bellum gessit, in quo Alexander, cum ipso Poro singulariter congressus, occisoq; deiectus equo,

equo, concursu satellitum præsentiam mortis euasit, Porus multis uulneribus cõfossus & captus est. Quo ob testimoniũ uirtutis regno restituto, duas ibi cõdidit ciuitates Niceam & Bucifalen, quam de noĩe equi sui ita uocari præcepit. Qui uero plenius scire uoluerit, quæ in India Alexãder pertulerit in inuijs locis, cum immanissimis beluis ac serpentibus auream domum etiã Pori regis prædicti, quæ aureis fulciebaẽ columnis, mirę magnitudinis, & cæteris mirabilibus ibi repertis, epistolã Alexandri ad matrẽ & ad magistrum directã, legendo percurrat. Inde Adrestas, Catthenos, Persidas, & Candaridas, cæsis eoꝝ exercitibus Macedones expugnauere. Cum ad Chosides uentũ esset, ibi contra CC. milia equitum hostium pugnã conseruerunt, & cum iam fessa ætate detriti, animo ægri, uiribus lassi, difficile uicissent: castra ob memoriã plus solito magnifica cõdiderunt. Exin Alexãder ad amnem Agesinen pergit, per hunc in Oceanum deuehitur, ubi Gressonas, Siboscq;, quos Hercules cõdidit, oppressit. Hinc Mandros, & Subagras nauigat. Quæ gentes cum armatis LXXX. milibus peditum, et LX. milibus equitum excipiunt, cõmissoq; prælio diu anceps, & cruẽta pugna, tandem tristem pene uictoriam Macedonibus dedit. Nam fusis hostiũ copijs, Alexander exercitum ad urbem duxit, & cum murũ prius ascendisset, uacuam ciuitatem ratus, solus introrsus desiliuit. Quem cum undiq; infensi hostes circumdedissent, incredibile dictu est, ut eum non multitudo hostium, non uis magna teloꝝ, non tantum lacessentium clamor terruerit, solus tot milia cæciderit ac fugarit. At ubi se obrui a circumfusa multitudine persensit, muri obice posteriora tutatus, contrarios facilius eouscq; sustinuit, donec ad periculum eius, clamoremq; hostium perfractis muris exercitus omnis irrumperet. In eo prælio sagitta sub mamma traiectus, fixo genu eatenus pugnauit, donec eum, a quo uulneratus esset, occideret. Inde conscensis nauibus, cum Oceani littora peragraret, ad urbem quãdam, cui Ambira rex præerat, peruenit, sed in expugnatione ciuitatis, magnam partem exercitus, sagittis hostium ueneno illitis amisit, ac post herbam per somnium sibi ostensam & in potum saucijs datam, cum reliquis subueniretur, urbem expugnauit & cepit. Post quasi circumactam, & de Oceano Indum flumen ingressus, Babyloniam celeriter redijt, ubi eum exterritaꝝ totius orbis pro uinciarum legati operiebantur, hoc est, Carthaginensium, totiusq; Africę ciuitatum. Sed & Hispanorum, Galloꝝ, Siciliæ, Sardiniæq; plurimæ. Præterea partis Italiæ tantus timor in summo oriente constituti ducis, populos ultimi occidentis inuaserat, ut inde peregrinam cerneres toto mundo legationem, quo uix crederes peruenisse rumorem. Alexander uero apud Babyloniam, cum adhuc sanguinem sitiens, male castigata auiditate, ministri infidijs uenenum potasset, interijt.

De bellis inter Romanos & Samnites atque Gallos, eo tempore gestis, quo Alexander uastabat orientem, & de multimodis utrinque confligendo miserijs. Cap. XXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PER idem tẽpus apud Romanos gerebantur hęc: Fabio Maximo, Q. Decio Mure cõsulibus, quatuor fortissimi, floręntissimiq; Italię populi, in unum agmen, fœduscq; coierunt. Nancq; Hetrusci, Vmbri, Samnites & Galli, uno agmine conspirantes, Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanorę animi, & labefactata fiducia est, nec ausi totũ sperare de uiribus, dolo diuisere hostes: satius pluribus rati, se bellis implicare quam grauibus. Ita cum quibusdã suis ad populandos hostiles agros in Vmbriã, Hetrusciamq; præmissis, Vmbrorę, Hetruscorumq; exercitum redire ad tuitionem suorę coegissent: cum Samnitibus & Gallis bellũ inire properarunt. In quo bello cum Gallorę imperu Romani premerẽtur, Decius cõsul occisus est, Fabius tamen post magnã Decianæ partis stragem, tandem uicit. Eo prælio XL. milia Samnitum, siue Gallorum cæsa sunt: Romanorę uero VII. milia, & Decij tantummodo, qui occisus est, extincta referuntur. Fuisse aũt absq; Hetruscis et Vmbris, q̃s isto Romani bello euocauerunt, Gallorum & Samnitum peditum CL. milia, CCCXXX. Equitum uero XLVII. milia. Liuius refert & Carpentarios mille in armis contra aciem stetisse Romanam. Hanc cruentam, tristemq; uictoriam, pestilẽtia ciuitatis onerauit, & triumphales pompas, obuię mortuorum exequiæ polluerunt. Nec erat cui de triumpho gaudium suadere tur: cum tota ciuitas, aut ægris suspiraret aut mortuis. Sequitur annus, quo Romani instaurato a Samnitibus bello uicti sunt, atque in castra fugerunt. Postea uero Sãnites nouum habitũ, animumq; sumẽtes, hoc est, deargentatis armis ac uestibus, paratoq; aĩo ni uincant mori, bello sese offerunt. Aduersum q̃s Papyrius cõsul cum exercitu missus, cum a popularijs auguribus uana cõiectantibus congredi prohiberetur: irridẽs eos, tam feliciter cõfecit bellum, q̃ constanter arripuit. Nam in hoc prælio XII. milia hostiũ cæsa, III. milia capta referũtur. Altero abhinc anno, Fabius Gurges cõsul, male aduersum Samnites pugnauit. Nancq; amisso exercitu uictus in urbẽ refugit. Itaq; cum senatus de summouẽdo eum deliberaret, pater eius Fabius Maximus ignominiã filij deprecatus, legatum se filio iturę obtulit: si illi de pellendę ignominiæ & gerendi iterę belli facultas daretur. Qua impetrata, pręlioq; cõserto, cum subito pugnantẽ filium consulẽ, insistente Pontio Samnitũ duce, et infestis hostiũ telis cõclusum uideret, in mediũ se agmen pius senex equo uectus ingessit. Quo facto permoti Romani, tota ibi incubuere acie, donec ipsum ducẽ Pontium deleto hostili exercitu uictũ, oppressumq; ceperũt. Cæsa sunt in eo prælio Samnitũ * XXX. milia: capta autẽ IIII. milia, cum rege suo. Tãdemq; Samniticum bellum, quod per XL. & IX. annos, multa Romanorę clade trahebatur, capti ducis destitutione finitũ est. Anno subsequẽte cum Sabinis, Curio cõsule bellum gestum est: ubi q̃t milia hoĩm interfecta, q̃t capta sunt, ipse cõsul ostendit. Qui cum in senatu magnirudinẽ acquisiti agri Sabini, & multitudinẽ * populi referre uellet, numerum explicare nõ potuit. Hinc Dolabella & Domitio consulibus, Lucani,

Alias, xxxv.

Alias, capti populi.

* Brutij, Sãnites quoq; cum Hetruscis & Senonibus Gallis facta societate, cum rediuiuum contrà Romanos bellũ molirẽtur, Romani ad exorandos Gallos misere legatos. Quos cum Galli interfeciſſent, Cecilius prætor ob ulciscendã legatorę necẽ, & comprimendũ tumultum hostiũ, cum exercitu missus, ab Hetruscis Gallisq; oppressus, perijt. VII. præterea tribuni militũ, in ea pugna occisi, multi nobiles trucidati, * X. & VIII. milia etiam militum Romanorum illo bello prostrata sunt. Itaq; quotiescunque Galli exarserunt, cum totis opibus suis Roma detrita est.

Alias, Brutij

Alias, XIIII

Qualiter Alexãder monarchiam obtinuerit, & inter quos regnum crudeliter adeptum, diuiserit: quę etiam pars vnicuiq; obuenerit. Cap. XXV.

IGitur Alexander tribus prælijs, quinquagies centena milia ex copijs Persarę fudit, ut fugerent. Interfectoque Dario, Asiam obtinuit, Hircanos, cęterascq; gentes subiugauit. Ornem petram capit, Indum etiam fluuium transgreditur. Cum Poro & Axile Indorę regibus fortissimis cõferto prælio dimicat, superiorq; factus, uicit: Indiamq; subiugauit. Postq; uero dñs gentium diuersarę nũcupatus est, anno ætatis suæ XXXII. apud Babylonem moritur. Per XII. nancq; annos trementem sub se orbem ferro pressit. Mortuoq; Alexãdro, Macedonum duces diuersas sortiti sunt prouincias, mutuisq; bellis se cõsumpserunt. Ita per totum Macedoniæ regnũ, hoc est, per uniuersam Asiam & plurimã Europæ partem, uel maxime Libyæ, horrendi subito bellorę globi confluxerunt. Qui cum ea præcipua loca, in quibus exarsere, populati sint: reliqua omnia terroris, rumoris, quasi fumi caligine turbauerunt. Ergo ab Alexandro orbem celeriter ac fortiter acquisitum, dilaniauerunt XIIII. annis eius principes, & ueluti opimam prædam, a magno leone prostratam, auidi discerpsere catuli, secq; ipsos inuicem in rixam irritatos, prædæ æmulatione fregerunt. Quamuis em̃ Alexandrinorę regum, id est, Aegyptiorę, persequi annorę numerę, regumque successiones, hinc iam usq; ad Cæsaris Octauiani monarchiã decreuerim: tamen quas principes Alexãdri partes orbis obtinuerũt, ut innotescat, curabo. Itaq; prima Ptholomęo, Aegyptus & Africa, Arabiaq; pars sorte euenit. Confinẽ huic prouinciæ Syriam, Laomedon Mitilenus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios, accipiũt. Mediæ maiori Acropatus, minori socer Perdiccæ præponitur: Susisaniana gens Scynophrygia maior, Antigono Philippi filio assignatur. Liciam & Pamphiliam Nearchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiũtur. Leonnatus minorẽ Phrygiam accepit: Thracia et regiones Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paflagonia Eumeni data. Summa castrorę Seleucho Antiochi filio cessit. Stipatoribus regis, satellitibusq; Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana ulteriore & Indiæ regionibus: præfecti priores, qui sub Alexandro esse ceperunt, permanserunt. Seres inter duos amnes Hydaspen & Indum constitutos, Taxiles habuit: In colonias in Syrijs conditas, Phytagon Agenoris filius mittitur. Parapamenos fine Caucasi montis, Oxyarches accepit, Ara-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chosſi Chedrosique Sybirti decernuntur. Drancheos & Areos Stataror, Atrianos Amintas ſortitur, Sogdianos Scytheus, Itacanor Parthos, Philippus Hircanios, Fratrafernes Armenios, Thlepotemus Perſas, Peucestes Babylonios, Archoas Pelaſſus, Archelaus Meſopotamiã, adepti ſunt.

Mortuo Alexandro rege Macedonum, duces eius mutuis ſe bellis conſumpſerunt. Cap. XXVI.

IGitur cauſa & origo bellorum epiſtola Alexandri regis fuit, qua iuſſit omnes exules patriæ, libertatiq; reſtitui. Potentes eñ ciuitatum Græciæ timentes, ne exules recepta libertate, ultionẽ meditarentur: a regno Macedonum defecerunt. Primi Athenienſes contracto XXX. milium exercitu & CC. naubus, bellum cum Antipatro, cui Græcia ſorte uenerat, geſſerunt. Poſt hęc bellum inter Antigonum et Perdiccã oritur grauiſſimum. Multis prouincijs & inſulis, ob auxilia uel negata uel præſtita dilaceratis: diu deliberatum utrum in Macedoniã bellum trãſferretur, an in Aſia geretur. Nouiſſime ipſe Perdicca Aegyptũ cum ingenti exercitu petijt: ſicq; Macedonia in duas partes diſcurrentibus ducibus, in ſua uiſcera armatur. Ptholomæus Aegyptiorũ & Cyrenẽſibus copijs inſtructus, occurrere bello Perdiccę parat, Perdicca cum Ptholomæo acerbiſſime cõgreſſus, amiſſis copijs, ipſe quoq; interfectus eſt. Olympias uero Alexãdri mater, poſt plurimas principũ cædes, per Caſſandrũ, qui Macedoniam obtinuerat, interfecta eſt. Hercules Alexandri filius cum matre Roxa, in cuſtodia poſitus, cũ iam XIIII. eſſet annorũ, ab eodẽ Caſſandro occiſus eſt. Antigonus autẽ cum filio Demetrio cõgreſſus contra Ptholomęũ & Caſſandrũ, atq; Lyſimachum, qui Seleuci ſocietate fulti erant, prælio uictus eſt. Ptholomæus iterq; cum Demetrio nauali prælio cõflixit: & cum omnẽ pene claſſem, atq; exercitũ perdidiſſet, uictus in Aegyptũ refugit. Hac uictoria elatus Antigonus, regem ſe cum Demetrio filio appellari iubet. Quod exemplum omnes ſecuti, regiũ ſibi nomẽ, dignitatemq; ſumpſerunt. Igitur Ptholomæus & Caſſander, cæterique alterius factionis duces, cum decipi ſe ab Antigono ſingillatim uiderent, per epiſtolas ſe inuicem cõfirmantes, coeundi in unum tẽpus, locumq; cõdicunt, & bellum aduerſus Antigonum communibus uiribus inſtruunt. Caſſander finitimorũ bellis implicitus, Lyſimachum clariſſimũ inter omnes ducem, cum ingenti manu, pro ſe ſocijs in auxilium miſit. Seleucus quoq; ex Aſia maiore deſcendens, nouus Antigono hoſtis acceſſit. Hic ſiquidẽ Seleucus plurima per oriẽtem inter ſocios regni Macedonici bella geſſit. Principio Babyloniam bello expugnauit, & cepit. Bactriantes nouis motibus aſſurgentes, perdomuit: tranſitum deinde in Indiam fecit, quæ poſt mortem Alexandri ueluti detracto, excuſſoq; a ceruicibus iugo, præfectos eius occiderat. Adunatis itaq; copijs Ptholomæi, ſocionumq; eius pugna cõmittitur. Cuius quanto potentior apparatus, tanto ruina grauior fuit. Nam in ea tunc totius pene Macedonici regni uires conciderunt. In ipſo bello Antigonus occiſus eſt. Sed finis belli huius initium alterius

terius fuit. Nam cum uictoribus de pręda non cõueniret, iterum in duas pactiones deducũtur: Seleucus Demetrio, Ptholomęus Lyſimacho iungitur. Caſſandro defuncto, filius Philippus ſuccedit: ſic quaſi ex integro noua Macedoniæ bella naſcũtur. Antigoni filius Demetrius, augmento Græcię, & totius Macedoniæ elatus, in Aſiam tranſire diſponit. Ptholomæus aũt & Seleucus & Lyſimachus experti priore certamine, quantæ uires eſſent cõcordiæ, iterum ſocietate pacta, adunatiſq; exercitibus bellum in Europã tranſferunt, aduerſus Demetrium. His ſe comitem & belli ſociũ, Pyrrhus rex Epiri iungit, ſperans Demetriũ Macedonia poſſe depelli. Nec ſpes fruſtra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipſoq; in fugam acto, regnum Macedoniæ Pyrrhus inuaſit. Lyſimachus autem, qui Helleſpontum regebat, poſt interfectionem generi ſui, & necem filij, aſſiduis parricidijs cruentatus, a militibus proprijs deſeritur. Qui ad Seleucum tranſeuntes, horati ſunt eum, ut Lyſimacho bellum inferret. Res nanque fœdiſſimi ſpectaculi erat, duos reges, quorum Lyſimachus annos natus LXXIIII. Seleucus autem LXXVII. de eripiendis alterutrum regnis concurrere, in acie ſtare, arma gerere, ultimum hoc quidem bellum Alexandri commilitonum fuiſſe, quod ad exemplum humanæ miſeriæ fuerit reſeruatum: quippe cum orbem terrarum, extinctis iam XXXIIII. Alexandri ducibus, ſoli poſſiderent, anguſtiſſimos ſenectutis ac uitæ ſuæ terminos non aſpicientes, anguſtos eſſe imperio ſuo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lyſimachus, uel amiſſis uel interfectis prius ante hanc pugnam quindecim liberis: poſtremus occiſus eſt. Sic Lyſimachi ſolutio finis pugnæ Macedoniæ fuit, ſed nec Seleucus quidem tanta uictoria impune lætatus eſt. Nam neque ipſe poſt ſeptuagintaſeptem annos quietem naturalis mortis inuenit, ſed extortam ſibi infeliciter uitam, uelut immatura morte finiuit: quippe inſiſtente Ptholomæo, cuius ſororem Lyſimachus in matrimonio habuerat, inſidijs circumuentus occiſus eſt. Hæc ſunt inter parentes, filios, fratres, ac ſocios conſanguinitatis, ſocietatiſque commertia. Iiſdem etiam diebus cum Carthaginenſes aſſidua nec unquam ſatis proſpera aduerſus Siculos bella gererent, & Syracuſas urbem Siciliæ, tunc florentiſſimam obſidione cinxiſſent, per Agathoclem Siciliæ regem, miro circumuenti ingenio, uſque ad extrema deſperationis adducti ſunt. Nanque Agathocles, cum apud Syracuſas a Carthaginenſibus obſideretur, ac ſe neque bello parem inſtructu copiarum, neque obſidionis patientem, ſtipendiorum ſufficientia uideret: bene prouiſo ac melius diſſimulato conſilio, in Africam cum exercitu tranſijt, ibi finis, quid moliatur, aperit: Deinde quid facto opus ſit, docet. Illico unanimiter naues primum, in quibus uenere ſuccendunt, ne qua ſpes refugiendi, foret: dein cum omnia, quæ direxiſſet, proſterneret: uillas, caſtellaque incenderet: HANNONEM quendam cum triginta milibus Pœnorum obuium habuit, quem cum duobus milibus ſuorum interfecit: Ipſe autem duos tantum in eo bello perdidit. Qua pugna &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Afrorum animis incredibiliter fractis, & suorum in immensum auctis, urbes castellaq; expugnat: prędas ingentes agit, hostium multa milia trucidat. Castra deinde ad quintum lapidem a Carthagine statuit rut damna rerũ opulentissimarum uastationemq; agrorũ, & incendia uillarum, de muris ipsius urbis specularentur. Adijcit præsentibus malis tristior fama. Nam & apud Siciliam deletus cum imperatore Afrorum exercitus, nuntiatur. Quem reuera incautũ ac pene otiosum Andro Agathoclis frater oppresserat. Hoc per totam Africam rumore dispersо, non tributariæ tantum urbes ab his, uerum etiam socij reges deficiebant. Inter quos rex quoque Cyrenarum Afellas pactus est cum Agathocle communionem belli, dum regnum Africæ ardenter affectat: sed postquam in unum exercitus & castra iunxerunt, per Agathoclem bandimentis & insidijs circumuentus occisus est. Carthaginenses contractis undique copijs in bellum exarsere: quibus Agathocles habens secum Afellæ copias, congreditur, eosque magno utrisque exercitus sanguine, & graui prælio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata est Pœnis, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transfugiturus ad eum Halmicar dux Pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro, iussu Carthaginensium patibulo suffixus, crudele spectaculum suis prebuit. Deinde cum post mortem Agathoclis Carthaginenses Siciliam instructa classe uastarent, a Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito terrestri naualique certamine sæpe superati, nouissime ad Romana bella conuersi sunt.

Qualiter Ptholomæus Alexãdri successor, Hierosolymam dolo ceperit, multosq; Iudæorum secum captiuos in Aegyptum deduxerit. Cap. XXVII.

POst Alexandrum Ptholomæus Lagi filius Alexandriæ regnat, ut præmissimus annis XL. Nanq; hic etiam Hierosolymam expugnauit, fraudibus & dolis ciuitatem die sabbatorum ingressus sub specie sacrificij, nequaquam Iudæis resistentibus, quoniam nihil hostile exist[1] mauerunt: & ideo ocioſi & insuspecti segnes erant. Qui cum sine labore ciuitatem adprehendisset, crudeliter eis dominabatur. Testis est oratiоnis meæ Quidius Sabatarcides, qui successorum ALEXANDRI facta conscribens, superstitionem Iudæorum, pro qua libertatem amisissent exprobrauit, cum hæc diceret: Est gens, quæ Iudæa dicitur, ciuitatem munitam & magnam Hierosolymam detinens, quæ contra Ptholomęum regem arma sumere tentauit, & propter superfluam superstitiоnem, sæuissimum dominum pertulit habere. Sabatarcides quidem hæc de gente Iudęorum conscripsit. PTHOLOMAEVS uero multos captiuos a montanis Iudææ, uel a uicinis locis Hierosolymorum, id est, a Samaria uel Agarizin trahens, ad Aegyptum commigrauit: sed cum cognouisset eos quos ab Hierosolymis abstraxerat, firmos iurisiurandi, & dei cultores existere, cum Alexander ad eos legationem mitteret, sic respondissent,

Dario

Dario uiuente contra eũ arma nequaq; sumere. Vnde post Darij expugnationem multos ad castella deputauit, & partes cum Macedonibus Alexandriæ ciues statuit fidemque ab ipsis recepit, ut nepotibus suis societatem custodirent: cum & alij non pauci Iudæi sponte ad Aegyptum peruenissent, opulentia locorum, Ptholomæique munificentia inuitati. Quorum nepotes seditiones contra Samaritas, dum suæ gentis patriam oblationem seruare festinarent, excitabant. Nam Hierosolymitæ defendebant, dicentes, suum templum sanctum existere, & immolationes illuc transmitti oportere. Sychimitæ uero, ad Garizin montem destinari iubebant. Princeps uero sacerdotum in Hierosolymis Ionias, Ioaddi filius erat: cuius filius eo mortuo, Simon successor extitit.

De prælijs, quę Tarentini cõtra Romanos, una cum Pyrrho Epirotarum rege, qui primus elephantes in Italiam secum duxit, gesserunt, & à Romanis victi atq; edomiti, & de portentis diuersimodis, quæ eo tẽpore contigerunt. Et q; Italia tũc uniuersa fit Romanis subiecta. Cap. XXVIII.

EOdem etiam tempore, Tarentinis Romanam forte classem prętereuntem, ex spectaculo theatri uidentibus, retracta & profligata est ab eis. Nam in portum afflictam pertaxerunt. Præfecti nauium trucidati sunt: oẽs bello utiles cæsi, reliqui pretio uendi[2] ti sunt. His naq; causis bellum ingens exortum est, inter Romanos atq; Tarentinos. Vltima hęc necessitas adegit Romanos, proletarios quoq; in arma cogere, hoc est eos, qui in urbe semper sufficiendę prolis causa uacabãt, militiæ ascribere: quippe cum frustra de prole cura est, nisi rebus præsentibus cõsulatur. Itaq; irruit in uniuersos Tarentinorũ fines cum Aemilio consule Romanus exercitus, igni ferroq; uastat omnia, plurima expugnat oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter uindicat. Continuo Tarentinos plurimis finitimorum præsidijs fultos, maxime Pyrrhus auxit: qui etiam in se ob magnitudinem uirium consiliorumque summam belli nomenque transduxit. Tarentum uero Lacedæmoniorum opus fuit, Calabriæ quondam & Apuliæ totiusq; Lucanię caput, diuitijs, magnitudine, muris portu, ipsoq; situ mirabile. Igitur Pyrrhus semigræcam ex Lacedęmonijs conditoribus ciuitatem uindicaturus, uenit cum totis uiribus Epiri, Thessaliæ, Macedoniæ: incognitisq; in id tempus elephantis, mari, terra, uiris, equis, armis, addito insuper ferarum terrore. Quarum magnitudine ac deformitate et nouo odore simul ac stridore, Leuino consule, in prima pugna consternati Romanorum equi: cum incognitas sibi beluas, amplius quam erant horrendas suspicarentur, fugam stragemque late dederunt. Hoc bellum in Apulia, deinde in Asculo melius dimicatum est, Curio Fabricioque consulibus. Iam quippe terror beluarum exoleuerat: & Gaius Numitius quartæ legionis hastatus, unius promuscide abscisa, mori posse beluas ostenderat. Itaque in ipsa pila congesta sunt, & in turres uibratæ faces, tot hostium agmina, ardentibus ruinis operuerunt, nec alius cladis finis fuit, quam nox dirimeret, postremusque fugientium, rex ipse a satellitibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

finibus humero saucius in armis suis ruit. Lucaniæ pugnæ ducibus hisdem quibus superius, sed bello & pace, foris & domi omnem in partem Roma na uirtus tum se approbauit. Cum Pyrrhus ille terribilis postremæ pugnæ uictoriam intellecta Romanorum uirtute, facto fœdere q̃uis uinceret, in amicitiã recipi uoluit, sed abnegauit senatus. Nec alia magis quam Tarenti na uictoria ostendit, populi Romani fortitudinem: senatus sapientiam, du cum magnitudinem: nec alius pulchrior in urbem, aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem nihil præter pecora Vulscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum: fracta Samnitum arma uiderunt. Tum autem si captiuos, Molossi, Thessales, Macedones, Brutius, Apulus, Lucanus: si pompam, aurum, purpura, signa, tabulæ, Tarentinęq; deliciæ. Sed nihil libentius populus Romanus aspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis beluas: quæ non sine sensu captiuitatis, summissis ceruicibus uictores equos sequebantur. Pyrrhus igitur quarto demum anno, quo uenerat, ab Italia uictus refugit: qui apud Argos Achaiæ urbem florentissimam Spartani regni auiditate seductus, ictu saxi in prælio occubuit. Tarentini Pyrrhi morte comperta, iterum noua aduersus Romanos arma sollicitant. Carthaginensium auxilia poscunt per legatos, atque accipiunt. Conserto prælio, uicerunt Romani. Vbi iam tunc Carthaginenses, quamuis nondum hostes adiudicati, uinci tamen a Romanis se posse senserunt. Quę res occasiones tribuit bellorum atque certaminum, inter Aphricanos atque Romanos. Quæ bella diu protracta, ac nimium sæuissima utrisque experti sunt populi, quamuis demum Romani, cum nimio sudore uictores existerent. Post Tarentinam uero cladem, Picentes uicti Sempronio consule, Sallentini uero Picentibus additi uicti sunt. Postremi Italorum in fidem Volsci opulentissimi Hetruscorum hac necessitate peruenerunt, implorantes opem a Romanis, aduersus seruos quondam suos: qui libertatem a dominis data, contra ipsos se erexerant, translataque in se Republica dominabantur. Sed hi quoque ex consultu senatus, duce Fabio Gurgite pœnas dederunt debitas. Sic demum subiecta, atque a Romanis domita est Italia. Licet enim dum foris gererentur hæc, quæ præmisimus, intus diuturnis morbis, ac uarijs cladibus populus affligebatur Romanus: prodigijs etiam eo tempore diuersis terrebantur. Nam & sanguis tunc e terra scaturiens emanauit, & de fontibus cruor fluxit. De cœlo uero lac in modum pluuiæ cecidit: terra etiam tremuit, cum Romani aduersus Picentes in acie, quantum iactus est teli, constitissent. Quo etiam in tempore, censu Romæ agitato, inuenta sunt ciuium Romanorum ducenta septuaginta milia. Legati Alexandrinorum a Ptholomæo primum Romam missi, amicitiam impetrauerunt. Ariminus etiam & Beneuentus ciuitates, a Romanis conditæ sunt. Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui aquam claudiam induxit in urbem, & uiam Appiã strauit. Serapis ingressus est Alexandriam. Sostratus Enidius forum etiã in Alexandria

dria constructit. Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Apamiam, Edissam, Berœam, & Pelam urbes condidit: quarę Antiochiam, duodecimo anno regni sui extruxit. Igitur postquam Alexandria condita est, quæ caput est regni Aegyptiorum, Alexander Magnus Macedo, annis quinq; regnauit, ex quo monarchiam orbis obtinuit. Anni uero præcedentes septẽ, quibus regnauerat, antequam Persarum solueret potentiam, non computantur in ordine. Hic uero ubi Persarum regni finem ostendimus, Italiamq; Romanorę seruitio subiectam, finem præsenti statui imponere libro. Qui continet in se a reædificatione templi, usque ad interitum Alexãdri Magni, annos circiter CLXXXVI.

LIBRI IIII. FINIS.

FRECVLPHI EPISCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI PRIORIS, LIBER V.

Textus narrationis, qualiter Ptholomæus Philadelphus Eleazarum summum sacerdotem Iudæorum honorauit muneribus & templum. Captiuos etiam Iudæorum ultra centum milia relaxauit. LXX. quoq; ex senioribus sapientissimis ad se venire fecit, & diuinas leges interpretari iussit.

Cap. I.

PTHOLOMAEVS QVI ET PHILADELPHUS, annis XXXVIII. A reædificatione uero tẽpli anni erant transacti CCXXVI. Pontifex uero Iudęorum Eleazarus erat, qui pro tali principatus honorem susceptit causa. Defuncto principe sacerdotum Onia, filius eius Simon successor extitit: qui Iustus est appellatus propter pietatẽ quam in DEVM, & fauorem quem erga regem habuisse uidebatur. Quo mortuo & filium infantulum relinquente nomine Oniam, frater eius Eleazarus principatũ sacerdotij accepit. Quem Ptholomæus liberaliter muneribus honorauit: quod ex huiusmodi causa contigit: Demetrius Falerius, super bibliothecam constitutus regis, dum studeret omnia per uniuersam terram inuẽta uoluminа congregare & acquirere, si quid audisset dignum industria uel uoluntate regis, quem erga collectionem codicum munificenter accendi cognouerat: interrogatus a Ptholomæo, quot milia codicum haberet, cum uiginti milia iam respondisset, sed pauco post tempore usque quinquaginta milia posse peruenire, & nuntiatum sibi diceret, multa apud Iudæos legum eorum esse conscripta, studio & bibliothea regali digna: Nihil, inquit, prohibet tuarum pecuniarum sumptu eas interpretari, ut in bibliotheca tua illorum quoq; leges contineantur. Igitur rex optima Demetrij sententia delectatus, scripsit

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripsit ad principem sacerdotum gentis Iudææ, hoc fieri demandans. Aristeus autem amicus regis necessarius, qui propter humilitatem morum ab eo dilectus est: cum sæpius ante nisus esset, petere Ptholomæum, quatinus dimitteret captiuos Iudeos, qui sub imperio eius essent: tempus hoc petitionis prosperum arbitratus, ante loquitur primatibus custodum regis corporis, Sosibio, Tarentino, & Andreę: quorum sententia confirmatus adijt regem dicens: Minime rex oportet uana nos spe negligenter decipi, sed ueritatem intimare. Nam si legem Iudæorum non tantum transcribere, sed etiam interpretari pro tua gratia studemus: habes qua ratione possit hoc fieri, tot Iudæis in regno tuo seruientibus, quos benignitatem tuæ magnificentiæ decet a præsenti iugo seruitutis absoluere, ac deo qui leges eis posuit, pro tui regni tutela mittere. Nam cum multa sæpius indagassem, cognoui factorem eos omniū deum colere: quem nos Zena, id est, Iouem nominamus, quod omnibus indulget zen, id est, uiuere. Quapropter ad honorem dei, quem maxima religione placant, liberos eos patriæ moribusq; suis restituite. Cognosce tamen princeps, me nec affinem eis esse, nec ab eadem genitum natione, ut pro illis hoc suggeram: sed dum omnium hominum factorem deum scirē, suauiter uos benefactores amplecti, ad hanc petitionē perueni. Positq; hoc Aristeus locutus est, & rex in eū hilari & ridenti uultu cōspexit: Quanta, inquit, arbitraris milia posse dimitti? Tunc Andreas respondit, cum interesset, & dixit: Paulo plus q̄ C. milia possunt. Non paruam, inquit, a nobis Aristee donationem poscis. Sosibio uero cum præsentibus dicente, dignum esse munificentia sua, si deo qui regnum ei donauit, has gratiarum uices offerret: propterea lætus iussit ut militibus merces annonæ præstaretur & pro singulo captiuo apud eos constituto, darentur dragmæ CXX. De quibus etiam præcepta proponere promisit: per quę munificentiam suam, & Aristei petitionem confirmaret. Præterea uoluntas dei affuit, per quam non tantū illos qui a patre eius uel exercitu eius translati fuissent, uerum etiam illos qui sub regno eius erant, absolutioni donaret: uel siqui postea superuenissent, pro quorum redemptione plus quam CCCC. talenta sunt a rege largita. Ex captiuis uero & seruiētibus amplius C. milia remisit in Iudæā. Vigentes uero corpore ac ætate numeris militaribus designauit: multos etiam qui fidem aulæ seruare potuissent, in palatio constituit. Ergo Andream primatam custodum sui corporis, & Aristeū dilectissimos, Hierosolymam direxit, per quos primitias uotorum ad templum domini porrexit: id est, pateras aureas XX. angenteas XXX. crateras V. mensam uero mirabiliter fabricatam, gemmis preciosissimis insertam. Deo offerēda hęc misit uasa, insuper talenta C. pro immulationibus, & alijs rebus templo necessarijs: Mandans Eleazaro principi sacerdotum, eligi uiros seniores ex omni tribu sapientia ac moribus ornatos VI. qui legem sibi afferrent dei, eamq; caute ac prudenter interpretando, in Græcam transferrent linguam. Ergo cum regis epistola Eleazaro fuisse porrecta, nimium liberaliter de beniuola

beneuola uoluntate gauisus est: electis senioribus uiris LXX. legem ferentes, festinanter misit eos ad regem: postulans, ut post transcriptionem legis eam caute cum portitoribus remitteret. Igitur Alexādriam peruentum est, & ut Ptholomęus prędictam eorū, quos miserat cum LXX. senioribus, audiuit: statim Andream & Aristeum legatos introducere iussit. Qui uenientes, epistolas quas a principe sacerdotum deportabant, obtulerunt: & ea quæ uerbis eos differere iusserat, edixerunt. Dumque seniores cum donis, quæ regi deportanda princeps sacerdotum eis dederat, aduenissent in præsentiam Ptholomæi cum uoluminibus, in quibus literis aureis cōscriptę leges continebantur: rex eos de codicibus percontatus est. Cum reuelarent & ostenderent tenuitatem membranæ, uel incomprehensibilem eorum compaginem: rex miratus est, quod ita fuissent compacti. Dumque hoc diutius faceret: Gratias ago, inquit, uobis quidem quod uenistis, maiores uero illi, qui uos destinauit: sed ante omnes deo, cuius hæ leges uenerandæ probantur. Cumque clamassent seniores, & hi, qui in præsenti erant, orantes prospera regi diuinitus euenire: nimium delectatus, prorupit in lachrymas. Nam sæpius natura hoc pro summo gaudio patitur, quod etiam dolentibus solet accidere. Et tunc iussit codices primatibus officij designari. Viros autem osculatus, æquum dixit esse primum ad eos facere sermonem de his, pro quibus essent uocati. Imo & diē, quo ad eum fuissent deducti, clarum singulis annis per totum uitæ suæ tempus se celebrare promisit. Nam euenit eundem esse præsentiæ illorum, & uictoriæ diem, quo Antigonum naturali prælio uicerat. Epulari etiam secum eos præcepit, hospitiaque in arce denuntiauit eis omnia deputari. Nicanor autem, super susceptionem peregrinorum constitutus, Dorotheum uocans, qui de his curam habebat: iussit singulis necessaria præparare. Nam ita dispositum a rege fuerat, ut alimenta, quibus singulæ ciuitates utuntur, exhiberentur indulgentia consuetudini peregrinorum ad eos uenientium, & eis omnia pararentur, quatenus cibis solitis, magis delectarentur, ne forsan corrupti extraneis grauarentur. Quod & circa istos effectum est. Dorotheo uero, quem pro synceritate uitæ super hoc rex constituerat, per quem & præparauerat omnia quæ ad huiusmodi conuiuia conuenirent, hoc implente: in duas partes eos discumbere præcepit. Partem quidem mediam eorum, ad dexteram suam, reliquos autem post eius accubitum: nihil prætermittens, quod ad eorum honorificentiam pertineret. Postquam autem ita discubuerunt, iussit Dorotheo solita ministrare, quibus omnes Iudæi ad cum uenientes utebantur. Tunc itaque sacros præcones & immolatores & alios, qui uota faciunt, recusauit: & unum a senioribus nomine Helisæum sacerdotem existentem repetiuit facere orationem. Qui in medio stans, regi bona & subiectis eius optauit, & plausus cum gaudio & clamore omnium surrexerunt, & desidentes ad epulationem & delitias, pariter secum epulari iussit. Præterea autem rex, quantum satis ei uisum est, cœpit philosophari, & unum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quenque eorum naturales percontari sermones, & ad contemplationem quæstionis accendere. Caute illis ad omnia respondentibus, quæ eis obiecta essent, & explanantibus: gauisus, per duodecim dies hoc conuiuium constituxit. Et qui uult singula cognoscere, quæ in conuiuio præparata sunt, legat uolumina Aristei, quæ propter hæc conscripserat, & agnoscet. Mirante uero eo non tantum rege, sed etiam Menedimo philosopho, destitit. Dicebat autem rex maxima bona sibi præsentia eorum fieri. Nam profuisse ei, quod didicisset ab illis, quemadmodum deberet. Iussit autem singulis dari talenta, ac deputauit illis, qui eos perducere ad diuersorium deberent. Postquam uero tres excesserunt dies, congregans eos Demetrius & transiens pontem, abijt in partes Aquiloni coniunctas, conciliumque fecit in domo prope littus stante & apta secretis ad cogitationem negotiorum. Vbi eos perducens, petebat omnia, quæ opus habebant ad legis interpretationem ipsis præsentibus, ut incessanter opus implerent. Cumque illi munificenter & laboriose cautam interpretationem facerent, usque ad horam nonam in hoc sedentes ad curam corporis uertebantur. Ita eos inuitante Dorotheo & opulenter conuersationis salubria præbente, multaque etiam ex his, quæ regi parabantur, mane ad aulam uenientes, Ptholomæum salutabant: & rursus ad eundem locum redibant, & manus in mari lauantes, & seipsos purificantes: ita legis interpretationi uacabant. Itaque transcripta lege, & opera interpretationis ad effectum per septuaginta duos dies transacta, congregans DEMETRIVS Iudæos omnes, ad locum in quo translatæ leges fuerant: præsentibus etiam interpretibus legit eas. Cumque multitudo amplexa legem & seniores eius interpretes, DEMETRIVM eo quod magnarum rerum inuentor esse uideretur, laudasset: rogauit etiam ut præsidibus suis daretur legenda. Et petierunt omnes sacerdotes, interpretes, seniores, & præpositi gentis: ut bene interpretata permaneret immobilis. Cumque sententiam laudassent omnes, iusserunt si quid, aut superfluum, aut nimis aliquid scriptum uiderent in lege, hoc respicerent, & manifestum facientes emendarent: hoc castigantes, ut quod semel iudicatum fuerat, bene se habere, sempiterna memoria permaneret. Gauisus ergo rex, & uidens uoluntatem suam ad utilem rem esse perfectam, & delectatus relictis legibus, & sensum & sapientiam & legis labores obstupescens, ad DEMETRIVM sermones facere cœpit: quod tam mira existente legislatione, nemo neque historiographus, nec poeta meminisset eius. Cui DEMETRIVS respondit, neminem ausum fuisse harum legum tangere conscriptionem: quod diuinæ & uenerabiles essent. Significabat uero, quidam ter Theopompus uolens in historia aliquid de his conscribere, sit mente turbatus plus triginta diebus: & cum humilitate a deo ueniam supplicabat, dum inde clementiam sibi factam suspicatus esset. Nec non & in somnis uidit, quod ei hoc ideo accidisset, quia diuinas scrutatus esset leges, & pro-

& proferre eas ad homines impuros uellet. Cumque conscribere quieuisset, recepisset sensum. Referebat autem & de Theotecto, tragœdiarum poeta, dicens: quia cum nisus fuisset in aliquo dramate horum meminisse, quæ in diuino uolumine continentur, oculis obscuratis, recognouit causam sue cæcitatis, & ita liberatus est a passione, deo ueniam indulgente. Hæc ergo rex pure suscipiens, petiuit interpretes frequenter ad se de Iudæa proficisci. Hoc enim ad honorem & donationem ab eo profuturum. Nunc uero iustum esse dimitti eos dicebat. Sponte autem ad eum uenientes, omnia quæ æquum esset sapientiã eorum impetrare, & pro sua maiestate digne largiri promisit. Et tunc quidem remisit eos rex, donans unicuique optimas stolas, & auri talenta duo, & calicem unius talenti, totumq; conuiuij thorum. Principi autem sacerdotum Eleazaro destinauit per eos lectos cum argenteis pedibus decem, & conuenientem eis supellectilem, & calicem talentorum triginta: insuper stolas decem, & purpuram, & coronam decoram, & lineas de byssо centum. Præterea & pateras, & trullam, & libatoria, & crateras aureas duas, deo uouendas. Petiuit autem eum & per epistolas, ut si quis ex his uiris uoluisset reuerti ad se, eum permitteret, eo quod nimium delectaretur cum eruditis semper habere sermonem, & diuitias suas libenter talibus impartiri. Huiusmodi quidem regiam magnificẽtiam ad honorem & gloriam Iudæorum, a Ptholomæo nomine Philadelpho fieri cõtigit. Impetrauerunt autem & a regibus Asiæ honorem: quoniam cum eis castrametati sunt. Nam Seleucus nomine Nicanor, in ciuitatibus quas per Asiam ædificauerat, & in inferiore Syria & ipsa metropoli Antiochia Respublica sua dignos eos effecit, & æquum eis honorem, cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputauit.

De diuersis inter Romanos & Carthaginenses terra, marique præliis, & innumera multitudine ex utrisque partibus hominum interfecta, quæ continua miserorum bella per annos viginti quinque duraverunt. Cap. II.

CVM hæc, quæ præmisimus, sub Ptholomæo in Iudæa atque Aegypto ita se haberent: Romani Appium Claudium consulem, Mamertinis auxilia deposcentibus, contra Ieronem Syracusanum regem potentissimum, & Pœnorum copias, quas ipse rex conduxerat, miserunt. Qui tamen celeriter Syracusanos, Pœnosque superauit, ut ipse quoque rex, rerum magnitudine perterritus, ante se uictum, quam congressum fuisse, prodiderit. Qui cum uiribus infractis pacem rogaret, multatus argenti talentis ducentis accepit. Consules uero Hannibalem Pœnorum imperatorem, dum in Agrigento Siciliæ ciuitate, obsidione cinxissent, ad summam egestatem eum perductum, inopia consumpsisset: nisi Hanno nouus imperator Carthaginensium, cum equitibus mille quingentis, & triginta milibus peditum, & triginta elephantis, ex improuiso in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terceſſiſſet, expugnationemq; ciuitatis paulisper diſtuliſſet. Sed continuo ciuitas capta eſt, Pœni maximo bello uicti & profligati, undecim elephanti in poteſtatem redacti, Agrigẽtini ſub corona omnes uenditi ſunt. Hannibal ſenior cum paucis effugit. Qui cum iterum oram Italiæ maritimam inſtructa claſſe ſeptuaginta nauium uaſtaret, Romani & ipſi claſſem fabricari atque inſtrui præceperunt, quod Diulus conſul celeriter impleuit. Nam intra quadraginta dies, quam arbores cæſæ erant, centum triginta nauium claſſis deducta, in ancoris ſtetit. Aſina Cornelius conſul, fraude Punica, dum ad Lipparam inſulam peruenire, ab Hannabile captus in uinculis necatus eſt. Quem mox Diulus alter conſul, ut occiſum audiuit, commiſſo nauali prælio uindicauit. Nam Hannibal cum perditionem ſui exercitus cerneret, amiſſa naui qua uehebatur, ſcapha ſubductus aufugit. Hanno uero, qui in loco eius ſubrogatus fuerat, a Scipione conſule dehinc interfectus eſt. Hinc enim Calatinus conſul Romanorum, dum Camarinam Siciliæ urbem peteret, temere in anguſtias deduxit exercitum, quas Pœnorum copiæ iam dudum præſtruxerant. Qui cum reſiſtere uel euadere non poſſet, Calpurnij Flammæ uirtute liberatus eſt. Siciliæ nanq; urbes Romanis ſubiectæ ſunt. Conſules uero dum in Aphricam bellum tranſferre niterentur, cum trecentis triginta nauibus Siciliam petierunt. Quibus Hamilcar Pœnorum imperator & Hanno claſſi præfectus occurrit. Conſerto nauali prælio, Carthaginenſes in fugam uerſi, ſexaginta & quatuor naues perdiderunt. Victores conſules, in Aphricam tranſuecti ſunt, primamque omnium Clupeam urbem in deditionem receperunt. Inde CARTHAGINEM petentes, trecenta aut eo amplius caſtella populati ſunt, infeſta Carthagini ſigna circumtulerunt. Manlius conſul Aphrica cum uictrici claſſe decedens, ſeptem & uiginti milia captiuorum, cum ingentibus ipoins Romam reuexit. Regulus bellum Carthaginenſe ſortitus, iter cum exercitu faciens, haud procul a flumine BAGRADA, caſtra conſtituit. Vbi cum plurimos militum, aquandi neceſſitate ad flumen deſcendentes, ſerpens mirę magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam beſtiam cum exercttu profectus eſt. Sed nil in tergo eius proficientibus iaculis, atque omnium telorum ictu irrito, quæ per horrendam ſquamarum cratem, quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinem, labebantur: mirumque in modum ne corpus læderetur, ipſo corpore pellebantur, cum inſuper magnam multitudinem morſu communi, impetu proteri, halitu etiam peſtifero exanimari uideret, baliſtas aferri imperat, per quas murale ſaxum, ſpinæ eius incuſſum, compagem totius corporis ſoluit. Beſtia ergo, quæ tam diu tot iaculis inuulnerabilis obſtitit, ad unius ſaxi ictum debilis ceſſit, & mox circumuenta telis, facile oppreſſa eſt. Corium autem eius ROMAM deuectum, quod fuiſſe centum uiginti pedum ferunt, aliquandiu cunctis miraculo fuit. Regulus aduerſum tres imperatores, id eſt, HASDRVBALEM duos

duos, & accitum ex Sicilia Hamilcarem, atrociſſimum bellum geſſit: in quo cęſa ſunt Carthaginenſiũ decem & ſeptem milia, capta autem quinque milia, octo & decem elephanti adducti: oppida octogintaduo in deditionem ceſſere Romanis. Carthaginenſes fracti bellis, & cladibus exanimati, pacem a Regulo popoſcerunt. Sed cum intollerabiles & duras conditiones pacis audiſſent, tutius rati ſeſe armatos mori, quam miſeros uiuere, precio non ſolum Hiſpanorum uel Gallorum auxilia, quæ iam dudum plurima habebant, ſed etiam Græcorum comparanda duxerunt. Itaque Xantippum Lacedæmoniorę regem cum auxilijs accitum, ducẽ bello prefecerũt. Xantippus inſpectis Pœnorum copijs atque in campum deductis, longe in melius mutato apparatu, pugnam cum Romanis conſeruit. Ingens ibi ruina Romanorum uirium fuit. Nam triginta milia militum Romanorum in illa tunc congreſſione proſtrata ſunt. Regulus ille dux uir nobilis, cum quingentis uiris captus eſt, & in catenas coniectus. Decimo demum anno Punici belli nobilis triumphum Carthaginenſibus præbuit. Xantippus tam audacis facti conſcius, rerum inſtabilium mutationem timens: illico ex Africa migrauit in Græciam. Igitur Aemilius Paulus & Fuluius nobilior conſules, audita captiuitate Reguli & clade exercitus Romani, tranſire in Africam cum claſſe trecentarum nauium iuſſi, Clupeam petunt. Eo confeſtim Carthaginenſes cum pari claſſe uenerunt. Nec differri potuit nauale certamen. Centum & quatuor naues Carthaginenſium dimerſæ, triginta cum pugnatoribus captæ: præterea triginta et quinque milia militum ex ipſis cæſa ſunt. Romanorum autem nouem nauibus depreſſis, mille centum periere milites: conſules apud Clupeam caſtra poſuerunt. Duo Hannones imperatores Pœnorum, eo rurſus cum magno exercitu cõuenerunt, prælioque commiſſo nouem milia militum perdiderunt. Sed ut tunc apud Romanos, nunquam diuturna felicitas erat: nam qualeſcunque ſucceſſus, magnis continuo malorum molibus obruebantur. Cum Romana claſſis ad Italiam prædis onuſta remearet, infando naufragio euerſa eſt. Nam de trecentis nauibus ducentæ uiginti perierunt, octoginta uix abiectis oneribus liberatæ ſunt. Hinc Haſdrubal nouus Carthaginenſium imperator, cum elephantis centum triginta, & equitum, peditumque amplius triginta milibus, Lilibeum uenit ex Aphrica, & continuo cum Metello conſule apud Panhormum pugnam conſeruit. Sed Metellus uim magnam beluarum timens, prius eas magno uſus conſilio, uel in fugam uel in mortem egit, & ſic facile quamuis magnam uim hoſtium ſuperauit. Viginti milia Carthaginenſium in eo prælio cæſa ſunt. Elephanti quoque ſex & uiginti interfecti, centum & quatuor capti, & per Italiam ducti: maximum Italicis gentibus ſpectaculum præbuerunt. Haſdrubal cum paucis Lilibeum profugit: atque abſens a Pœnis capite damnatus eſt. Poſt hæc feſſi tot malis Carthaginenſes, petendam eſſe pacem a Romanis decreuerunt. Ad quam rem Attilium Regulum ducem Romanorum, quem iam per quinque an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos captiuum detinebant, inter cæteros legatos præcipue mittendum puta uerunt, quem non impetrata pace, ab Italia reuersum, resectis palpebris illigatum in machina, iugulando necauerunt. Interea Lutatius cum classe trecentarum nauium in Siciliam trãsuectus, dum apud Drepanum ciuitatem, pugnam conseruisset: transfixo fœmore acerrime, cum iam obrueretur, ereptus est. Porro autem Pœni cum CCCC. nauibus, magnisq; copijs, ad Siciliam duce Hannone concurrunt: nec tamen Lutatius segnior, imo cõsilia Pœnorum mira celeritate prœuenit. Positq; proxime sibi utrorumq; classes apud Aegades insulas, per totam noctem interiectis propemodum anceris constiterunt: Orta luce, prior Lutatius signum bello dedit. Crudescente pugna uictus Hanno, nauem auertit, & dux fugę primus fuit: aliquãta cum eo pars exercitus fui Aphricam petijt, alij confugere Lilibeum. LXIII. Punicæ naues captę sunt, CXXV. demersæ, XXXII. milia hominum capta, cæsa XIIII. milia fuere. Romanorum autem XII. naues demersæ sunt. Lutatius deinde ad Ericinam ciuitatem, quam Pœni tenebãt, uenit: ibiq; * multos Carthaginensium conserta pugna interfecit. Tunc Carthaginenses præcipiti festinatione ad Lutatium cõsulem, ac deinde Romam mittunt, orant pacem. Quam conditionibus ante propositis, ilico consequuntur. Conditiones autem erant, ut Sicilia, Sardiniaque decederent, proque impensis bellicis puri argenti tria milia talentorum Euboicorum, æquis pensionibus per annos uiginti penderent. Huius pacis conditio habita est, post annum tertium & uicesimum: ex quo bellum Punicum primum fuerat inchoatum.

Alias, II. M.

Quo tempore ignis & inundatio aquarum insolita pene urbem deleuerunt. Cap. III.

QVO etiam tempore diuersæ ignium, aquarumque clades pene cosumpserunt urbem. Nam Tyberis insolitis auctus imbribus & ultra opinionem, uel diuturnitate uel magnitudine redundans: omnia Romæ ædificia in plano posita deleuit. Ignis etiam incertum unde surrexerit: plurimas ciuitatis partes peruagatus, hominum domorumque miserabilem stragem fecit. Dehinc cum omnia in circuitu fori depopularetur, ædem Vestæ corripuit: ignem illum, qui æternus putabatur, temporarius ignis oppressit. Quibus diebus argenteus numus primum in urbe est figuratus. Antiochus uero, qui & Soter, post Seleucum in Syria & Asia regnabat: quoniam Seleucus Demetrio capto, in Sicilia destructo regno Asiæ, ex utroque regno, id est, Asiæ & Syriæ, unum fecerat imperium.

Regnante Ptholomęo Euergete, Iesus librum Sapientiæ cõposuit, Ioseph autem Iudæ regis gratiam intantum promeruit, ut dux nõ solum Iudææ & Samariæ, sed etiam Syriæ & Phœnicis constitueretur. Cap. IIII.

PTHOLOMAEVS Euergetes annis uiginti sex. A reædificatione uero templi, anni erant transacti ducenti sexagintaquatuor, sub quo Iesus filius Sirach Sapientiæ librũ cõposuit. Principatũ uero sacerdotij, defuncto Eleazaro patruus eius Manasses suscepit.

Cuius

Cuius post uitæ finem, Onias successit: filius existens Simonis, cognomine iusti. Qui Simon, frater Eleazari, sicut prædiximus, erat. Qui Onias parulus mente, & pecunijs auarus existens, pro populo regibus uectigal, q̃d patres eius ex proprijs dabant expensis, id est, uiginti talenta pecuniarum non reddens: ad iram regem Ptholomæum commouit. Qui per legatum Oniam culpans non reddentem tributa: interminabatur ad iugera terram Iudæorum metiri, & milites illuc ad habitandum, mittere uelle, si non ilico eius consueta redderentur tributa. Quæ res Iudæis maximum incussit pauorem, quamuis Oniam auaritiæ deditum, minime flecteret. Sed dum hęc eius sororis filius Ioseph cognouisset, ultro se legatum ad Ptholomæum populi necessitate obtulit, uir sagacissimus, & inter suos nobiles. Qui apud Ptholomæum tantam promeruit ob plurima familiaritatem obsequia, ut non solum populum suum ab imminenti liberaret periculo, sed etiam dux Iudææ atque humilis Syriæ, seu finitimarum regionum constitueretur: Is nanque uiginti & duobus annis Syriæ tributa & Phœnicis atque Samariæ dispensauit. Qui populum Iudæorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas usque perduxit. Defuncto autem Iosepho, populum contigit Iudæorum seditionẽ pati, propter filios eius. Nam maiores natu, liuore excitati, inuidiæ aduersus Hircanum, ultimum Iosephi filiorum propter sagacitatem atq; animi agilitatem, seu gratiam quam apud Ptholomæum regem adeptus fuerat: bellum gerentibus dissensit ab inuicem multitudo. Plures quidem maioribus auxilium ferebant cum principe sacerdotum Simone, qui cognatus eorum & affinis erat. Hic enim Simon principatum sacerdotij defuncto eius patre Onia susceperat. Igitur HIRCANVS descendens ab Hierosolyma trans Iordanem, ubi turrim ædificauit fortissimam ex lapide albo construens eam, & totam usque ad terram sculpsit, animalibus diuersis, & reliquis mirabilibus ædificijs locum muniuit, quem Tyrum nuncupauit.

Eodem tempore Parthi à iugo Macedonũ recedunt, Romani per anni unius spacium pacifice sine bello degerunt: quod eis non contigerat per annoꝝ spacium quadringentorum quinquaginta, id est, à tempore Numæ regis. Hinc sequũtur ingentia & grauia bella, quæ inter Romanos & Gallos atq; Histros, Illyriosq; gesta sunt. Cap. V.

PARTHI uero eo tempore ab imperio Macedonum recesserunt, quibus regnauit primus ARSACES, unde & Arsacides dicti. Macedoniæ uero DEMETRIVS, post Antigonum regnauit. Apud Romanos uero, post primum Punicum bellum, Romani per anni spacium, sine bellicis conflictationibus quieuerunt: portęq; Iani clausæ sunt: post annos scilicet quadringentos quinquaginta, id est, a Numa successore Romuli, sub quo pacifice degerant, usq; ad prædictum tempus. Hinc sequenti anno Romanorum legati, ab Illyricis interfecti sunt, post cum ipsis atrocissimum bellum gestum est: in quo multis oppidis populisq; deletis, reliqui se Fuluio & Posthumio cõsulibus dediderunt. Hinc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Senatus magna fortitudine consternatus, defectione Cisalpinæ Galliæ cum etiam ex ulteriori Gallia, ingens aduentare exercitus nuntiaretur, maxime Gestatorum, quod nomen non gentis, sed mercennariorum Gallorum est. Itaq; permoti consules totius Italiæ ad præsidium imperij contraxere uires. Quo facto, in utriusque consulis exercitu octingenta milia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit, scripsit, ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo milia ducenti: equitum uero uiginti sex milia sexcenti, & cætera multitudo sociorum fuit. Commisso prælio apud Arretium, Atilius consul occisus est* octingenti octoginta milia Romanorum. Nec saltem tanta, quanta eos terrere debuit, cæsa sui parte, fugerunt. Nam tria milia eorum tunc interfecta historici tradunt. Quod ideo ignominiosius turpiusq; est, tam paucis amissis, tanta agmina diffugisse: quia se in alijs uictorijs, non uiribus animorum præualuisse, sed bellorum experientia præuentibus prodiderunt. Quis enim crediderit in exercitu Romanorum numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse? Post hæc secundum cum Gallis prælium gestum est: in quo plane quadraginta milia Gallorum trucidata sunt. Sequenti anno Manlius Torquatus, & Fuluius Flaccus consules: primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt uiginti tria milia, quinque milia capta sunt. Eo deinde anno qui huic proximus fuit: dira miseram urbem terruere prodigia. Misera utique quæ hinc fremitu hostium, inde nequitia dæmonum terrebatur. Namque in Piceno, flumen sanguine effluxit, & apud Tuscos cœlum ardere uisum est, & Arimini nocte multam lucem claram effulsisse, ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Tunc quoque magno terræmotu Caria & Rodus insulæ adeo concussæ sunt, ut labentibus uulgo tectis, ingens quoque ille colossus rueret. Eodem anno Flaminius consul contemptis auspicijs, quibus pugnare prohibebatur, aduersum Gallos conflixit & uicit. In quo bello nouem milia Gallorum cæsa, septem & decem milia capta sunt. Post hæc Claudius consul Gestatorum triginta milia deleuit, ubi etiam ipse Iudomarum regem in primā aciem progressus occidit: & inter multa Insubrium, quæ ad deditionem coegerat oppida, Mediolanum quoque urbem florentissimam cepit. Deinde Histri noui hostes excitati sunt: quos Cornelius Minutiusque consules multo quidem Romanorum sanguine subegerunt. Quibus diebus Q. ENNIVS poeta claruit: qui Romam translatus habitauit in monte Auentino, parco admodum sumptu, & unius ancillæ ministerio contētus, Zeno stoicus moritur, Antigonus uero successor Demetrij Macedonum rex, Athenienſibus libertatem reddidit.

Alias, septingenti.

Ptholomæo Philopatre regnante, Iudæorum sexaginta milia ab Antiocho sunt interfecta, & ea ab eo passi sunt, quæ in tertio continentur Macchabæorum libro. Cap. VI.

Ptho-

PTholomæus Philopater, annis septem & decem. A reædificatione uero templi, anni ducenti nonaginta erant. Sub hoc item principe uicti Iudæi, & sexaginta milia eorum cæsa. Ab Antiogo rege Syriæ, & ea, quæ in tertio Macchabæorum libro scripta sunt, euenisse referuntur. Igitur Iudæos eo in tempore, ab Antiocho Magno Asiam regente, multa contigit tolerasse mala: dum terra eorum diuersis calamitatibus subiaceret, cum illis, qui humilem Syriam habitare uidebantur. Nam cum Antiochus pugnasset contra Eupatorē Ptholomæum, & eius filium Ptholomæum cognomine Epiphanem, laborare contigit Iudæos Antiocho uincente eadem pati, ut pares existerent: naui turbatæ & tempestatibus fluctuanti: dum inter felicitatem & calamitatem Antiochi fuissent communiter constituti. Cumque uicisset Ptholomæum Antiochus, Iudæam capiens crudeliter eam afflixit. Pontifex uero Iudæorum Onias erat, existens filius Simonis, ad quem rex Spartanorum, (id est, Lacedæmoniorum,) Arius nomine legationem direxit, & epistolas, in quibus cōtinebatur, Iudæos & Lacedæmones ex uno extiisse genere, & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse: iustum ergo esse, ut fratres existerent, & per legatos quæ necessaria adiudicarent, peterent: eorumque propria reputarent communia. Rex uero Macedonum Philippus erat.

Quibus diebus infestissimus Romanorum hostis Hannibal, cum copioso exercitu de Hispania profectus, in Italiam venit. In qua decē & tres annos continuo perseuerans, quàm grauia & quanta cum Romanis gesserit bella, Romanosque attriuerit, usque ad ultimam pene desperationem. Et qualiter ab Italia reuocatus in Aphricam, & in ea victus sita à Scipione, cum ante victor frequentissime extitisset. Et dum à domestico Romani premerētur hoste, quem in patria ferre nequibant, cum quibus externis populis susceperit bella. Cap. VII.

IGITVR Romani infestissimum atque intolerabilem hostem Hannibalem eo tempore perpessi sunt. Quod eo modo contigit, Carthaginenses nanque grauiter ferebant, quod dudum domini gentium, insularumque tributa darent, quę prius accipere solebant. Vrebat nobilem populum ablatum mare, insulæ raptæ. Hinc ultionem puer Hānibal ad aram iurauerat patris sui Hamilcaris. Igitur in causam belli Saguntus Hispaniæ nobilis, & opulenta ciuitas amica Romani populi electa est. Quam Hannibal causas nouorum motuum quærens, primum bello petit, deinde obsidione cinxit: fame excruciauit, octauo demum mense deleuit. Legatos etiam quos Romani propter sociam ciuitatem direxerant: a suo iniuriosissime conspectu absterruit. Inde PIRINEVM montem transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes, ferro uiam aperuit, & nono demum die a PIRINEO ad Alpes peruenit. Vbi dum montanos Gallos repellere cum ab ascensu obnitentes bello superat, atque inuias rupes igni, ferroque rescindit, ibi triduo commoratus, quinto demum die, cum maximo labore ad plana peruenit. Fuisse tunc exercitum

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius in centum milibus peditum, & uiginti milibus equitum, definiunt. Scipio consul Hannibali primus occurrit, commissoque prælio apud Ticinum, ipse Scipio grauiter uulneratus, per Scipionem filium admodum puerum textatum (qui post Aphricanus cognominatus est,) ab ipsa morte Pœnorum dux liberatus euasit. Cæsus est ibi oīs pene Romanus exercitus. Pugnatum deinde eodem consule, ad flumen Trebiam, iterumq; Romani pari clade superati sunt. Sempronius eō̄sul cognito collegę casu, a Sicilia cum exercitu redijt. Qui similiter apud eundem fluuiū congressus, amisso exercitu pene solus euasit. In eo tamen bello etiam Hannibal sauciatus est. Qui postea cum in Hetruriam primo uere transiret, in summo Appennino tempestate correptus, biduo continuo immobiliter cum exercitu niuibus conclusus & onustus obriguit. Vbi magnus hominum numerus, iumēta complurima, elephanti autem pene omnes frigoris acerbitate perierunt. Atuero alter tunc Scipio, frater consulis Scipionis, in Hispania plurima bella gessit. Magonem quoq; Pœnorę ducem bello uicit & cepit. Diris tunc etiam Romani prodigijs territi sunt. Nam & solis orbis minui uisus est, & apud Arpos parmæ in cœlo uisæ, sol quoq; pugnasse cum luna apud Capenenas, interdiu duas lunas ortas, in Sardinia sanguine duo scuta sudasse apud Falices cœlum scindi uelut magno hiatu uisum, apud Antium metentibus cruentas spicas, in corbē decidisse. Igitur Hannibal sciens Flaminium consulem solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo uere progressus, arripuit propiorem, sed palustrem uiam, & tum forte Sarnus late redundans, pendulos & dissolutos cāpos reliquerat. De quibus dictum est: & quæ rigat æquora Sarnus. In q̄s cum exercitu progressus Hannibal, nebulis maxime quæ de palude exhalabant, prospectum auferētibus magnam partem socioręiumentorumq; perdidit. Ipse autem uni elephanti qui solus superfuerat superfedens, uix difficultatem itineris euasit. Sed ocultum (quo iamdudum eger erat) uiolentia frigoris, uigiliarę, ac laboris, amisit. Vbi uero proximus castris Flaminij consulis fuit, uastatione circumiacentium locorę Flaminium in bellum excitauit. Hæc pugna ad Transimenum lacum facta est, ubi exercitus Romanus infelicissime arte circumuentus Hannibalis, funditus trucidatus est. Ipse quoq; consul occisus est, uiginti quinq; milia Romanorę in eo prælio cæsa, sex milia capta referūtur. De exercitu Hannibalis duo milia ceciderunt. Famosum hoc apud Transimenum lacum certamen fuit, tanta clade Romana maxime cum ita intentus pugnantium* extiterit, ut grauissimum terræmotum, qui tunc forte tam uehemens factus est, ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes, & flumina retrorsum coegisse referatur, pugnantes omnino non senserint. Hinc consules Lucius Aemilius, Terentius Varro contra Hannibalem missi sunt. Sed impatientia VARRONIS consulis infelicissime apud Cannas Apuliæ uicum, omnes pene Romanę spei uires perierunt. Nam in ea pugna quadraginta quatuor milia Romanorū interfecta sunt.

Alias, pugantiū animus.

Quamq̄

Quamquam de exercitu Hannibalis magna pars cæsa est, nullo tamen Punico bello Romani adeo ad extremam internitionem adducti sunt. Periit enim in eo bello consul Aemilius Paulus, consulares aūt prætorij uiri uiginti interfecti sunt: senatores uel capti uel occisi sunt triginta: nobiles uiri trecenti: pedestrium militum quadraginta milia: equitum tria milia quingenti. Varro consul cum quinquaginta equitibus Venusium fugit. Nec dubium est ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox post uictoriam, ad peruadendam urbem contendisset. Hannibal in testimonium uictoriæ suæ tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit: quos ex manibus interfectorum equitum Romanorum, senatorumque detraxerat. Vique adeo autem ultima desperatio Reipublicæ apud residuos Romanos fuit: ut senatores de relinquenda Italia, sedibusque quærendis, consilium ineundum putarent. Quod authore Cecilio Metello confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio, tribunus tunc militum, idem qui post Aphricanus, districto gladio eum deterruisset: ac potius pro patriæ defensione in sua uerba iurare coegisset. Romani ad spem uitæ quasi ab inferis respirare ausi, dictatorem decimum IVNIVM creant. Qui delecto habitu ab annis decem & septem, immaturæ inordinatæque militiæ, quatuor legiones undecunque contraxit. Tunc etiam seruos spectati roboris, ac uoluntatis* uel si ita opus fuit, publico precio emptos, sub titulo libertatis, sacramento militiæ adegit, & arma quæ deerant, templis detraxerunt, egenti ærario priuatæ opes refusæ sunt. Ita equester ordo, ita plebs trepida, oblita studiorum in commune consuluit. IVNIVS itaque dictator antiquum quoque Romanæ miseriæ factum recolens, per supplementa exercitus edicto, uelut asylo patefacto, homines quicunque scelcribus, ac debitis obnoxij essent, impunitate promissa, militiæ mancipauit. Quorum numerum ad sex milia uirorum fuit. Campania uero, uel potius omnis Italia, ad Hannibalem desperata penitus Romani status reparatione defecit. Post hoc Lucius Posthumus prætor aduersus Gallos pugnare missus, cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho, Q. Fabio Maximo consulibus, Claudius Marcellus ex prætore proconsul designatus, Hannibalis exercitum prælio fudit primusq; post tantas Reipublicę ruinas, spem fecit Hannibalem posse superari. Scipiones autem in Hispania Hasdrubalem Pœnorę imperatorem ad Italiā exercitum comparantem, grauissimo bello oppressерunt. Nam XXXV. milia militum de exercitu eius, uel cęde, uel captione minuerunt. Celtiberos milites quam prima externā manum Romani in castris habere cœperunt, precio solicitatos ab hostium societate in sua castra duxerunt. Sēpronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano q̄dam in insidias inductus occisus est. Centenimus Pgnula centurio decerni sibi ultro bellū aduersum Hannibalem petit, a quo cum VIII. milibus militum, q̄s in aciem adduxerat cęsus est. Post hūc Gneus Fuluius prætor ab Hānibale uictus, amisso exercitu uix euasit.

Alias, addītur ob latos.

Eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eo tempore cum unum domesticum, ut diximus, bellum ferre nullo modo posset, tria insuper trãsmarina bella fuisse suscepta, unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniæ regem: alterum in Hispania contra Hasdrubalem Hannibalis fratrem: tertium in Sardinia cõtra Sardos, & alterum Hasdrubalem Carthaginensium ducẽ: extra hoc quartum Hannibalis, quo in Italia premebantur, et tamen fortis in alterutrum desperatione in meliora profecit. Nam in his omnibus desperando pugnarunt: pugnando uicerunt. Decimo anno postq; Hannibal in Italiã uenerat, Gneo Fuluio Publio cõsule, Hannibal de Campania mouit exercitum, et cum ingẽti clade oĩm, per Sedecinum Suessanumq; agrum uia Latina profectus ad Anianum fluuium tribus miliaribus ab urbe consedit, incredibili totius ciuitatis metu. Cum senatus populusq; curis trepidus, matronæ quoq; amentes pauore, per propugnacula currerent, & conuehere in muros saxa, primeq; pro muris pugnare gestirent. Ipse autem Hannibal cum expeditis equitibus usq; ad portam Collatinã infestus accessit. Deinde omnes copias in aciem direxit. Sed & consules Fuluius cum proconsule non detrectauere pugnam. At ubi expositę utrimq; acies constiterunt in conspectu Romę præmium uictoris futuræ: tantus subito se imber e nubibus grandine mixtus effudit, ut turbata agmina, uix armis retentis, in sua se castra colligerent. Deinde cum serenitate reddita, in campum copiæ atq; aciem redissent, rursum uiolentia fusa tempestas, maiore metu mortalium audatiam coercuit, territosq; exercitus refugere in tẽtoria coegit. Tunc conuersus in regionem Hannibal dixisse fertur: Potiundæ sibi Romæ, modo uoluntatem non dari, modo potestatem. At uero in Hispania ambo Scipiones, a fratre Hasdrubalis interfecti sunt. In Campania Capua capta est a Q. Fuluio proconsule Principes Campanorum, ueneno mortẽ sibi conciuerunt: senatum omnem Capuæ etiam prohibente Senatu Romano, Fuluius Sulpicius necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus, cum omnibus incusso pauore cunctantibus Scipio se admodum adolescens ultra obtulisset, & pecunię penuria esset ærarij, Claudio Marcello & Valerio Leuino authoribus qui tunc consules erant, aurum, argentumq; signatum ad quæstores palam omnes senatores in publicum contulerunt: ita ut nihil præter anulos singulos, bullasq; sibi ac filijs, et deinde per filias uxoresq; suas singulas tantum auri untias & argenti non amplius q̃ singulas libras relinquerent. Scipio Aphricanus annis natus XXIII. imperium in Hispaniam proconsulare sortitus, ultionem præcipue patris & patrui animo intendens, Pyrrhineũ transgressus, primo impetu Carthaginem nouam cepit: ubi stipendia maxima præsidiaq; ualida, copiæ auri argentiq; magnæ Pœnorũ habebantur. Ibi etiam Magonem fratrem Hannibalis captum cum cæteris Romam misit. Leuinus cõsul ex Macedonia rediens, Agrigentum urbem Siciliæ expugnauit, ibiq; Hannonem Aphrorum ducem cepit: XL. ciuitates in deditionem accepit, XX. & VI. expugnauit. Hannibal in Italia Gneum Fuluium proconsulem: XI. prætere-

præterea tribunos, & XIIII. milia militũ interfecit. Marcellus consul cum Hãnibale triduo cõtinuo dimicauit. Prima die pari pugna discessum est, sequenti uictus cõsul, tertio uictor, VIII. milia hostiũ interfecit: ipsum Hannibalem cum reliquis, fugere in castra cõpulit. Fabius Maximus cõsul Tarẽtum, quæ a Romanis desciuerat, iterq; expugnauit & cepit, ibiq; ingentes copias Hãnibalis cum ipso duce eius Carthalone deleuit, XXX. milia hoĩm captiuorũ uẽdidit, & precia in fiscũ retulit. Sequẽti anno in Italia Claudius Marcellus cõsul ab Hannibale cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Pœnorũ ducem Hasdrubalẽ uicit, et castris exuit. Præterea LXXX. ciuitates, aut deditione aut bello in potestatẽ redegit: Aphris sub corona uenditis, sine precio dimisit Hispanos. Hãnibal utrunq; consulẽ Marcellum & Crispinum insidijs circumuentos, interfecit. Claudio Nerone & Marco Libio Salinatore cõsulibus: cũ Hasdrubal Hãnibalis frater ab Hispanijs per Gallias ad Italiã ueniret, iussusq; a Carthaginẽsibus, ut fratri cum copijs iungeretur, magna secum auxilia Hispanorũ, Gallorumq; deduceret, et cum maturato aduentu descendisse iam ex Alpibus consulibus proditus fuisset, ab exercitu Romano ignorante Hannibale præuẽtus, cum omni exercitu suo interfectus est. Nam L. & VIII. milia de exercitu Hasdrubalis ibi occisa sunt, capta sunt V. milia CCCC. Tria milia aũt Romanorũ ciuiũ inter eos reperta atq; reuocata sunt. Quod uictoribus cõsulibus solatio fuit. Nam et ab exercitu eorũ VIII. milia ceciderũt, Hãnibali caput fratris sui Hasdrubalis ante castra proiectũ est. Quo uiso & simul clade Pœnorũ cognita, anno XIII. q̃ in Italiam uenerat, refugit in Brutios. Post hæc anno cõtinuo inter Hannibalẽ & Romanos quies a tumultu bellorũ intercessisse uisa est: quia inquietudo morborũ in castris erat, et grauissima pestilẽtia utercq; exercitus agebatur. Interea Scipio uniuersa Hispania a Pyrrheneo usq; Oceanum in prouinciã redacta, Romã uenit. Cõsul cũ Licinio Crasso creatus, in Aphricam trãsijt, Hannonẽ Hamilcaris filiũ ducem Pœnorũ interfecit, exercitũ eius partim cæde, partim captiuitate dispersidit. Nam XI. milia Pœnorũ eo prælio occidit. Sẽpronius cõsul cum Hãnibale cõgressus & uictus, refugit, Scipio in Aphrica aggressus hyberna Pœnorũ atq; alia Numidarum, quæ utraq; haud procul ab Vtica erãt, nocte cõcubia fecit incẽdi. Pœni tre pidi cum casu accidisse ignẽ putarẽt, inermes ad extinguendũ cõcurrerunt: quare ab armatis facile oppressi sunt. In utrisq; XL. milia hoĩm, igni, ferroque consumpta sunt: capta V. milia, duces ipsi miserabiliter ambusti, ægre effugerũt. Hasdrubal imperator, Carthaginẽ profugus uenit. Itaq; Sifax et Hasdrubal, mox plurimũ reparauere exercitũ: atq; iterũ cum Scipione congressi sunt, uictiq; fugerũt. Sifacem fugientẽ, Lelius & Masinissa ceperũt: cætera multitudo Cirtã fugit. Quã Masinissa oppugnatã in deditionẽ recepit: Sifacẽ ad Scipionem uinctũ catenis deduxit. Quem Scipio cum ingentibus spolijs, plurimisq; captiuis perducendũ Lelio tradidit. Hãnibal redire in Aphricã missus, ut fessis Carthaginensibus subueniret, flens reliquit Italiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

liam, omnibus Italici generis militibus, qui sequi nollẽt, interfectis, cum ad Aphricanũ littus propinquaret, iussus quidã e nauticis ascendere in arborẽ nauis atq; inde speculari quã regionem teneret, sepulchrũ dirutũ se prospexisse respõdit. Abominatus dictũ Hannibal, deflexo cursu ad Leptim oppidum copias expositi. Qui cõtinuo refecta multitudine Carthaginem uenit. Deinde colloquium Scipionis petijt. Vbi cum se diu attoniti, admiratione mutua, duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis negotio, prælijũ consertum est. Quod diu magnis ducũ artibus dispositũ, magnis copiarũ molibus gestũ, magnis militũ uiribus consummatũ, Romanis uictoriã cõtulit. Octoginta ibi elephanti uel capti uel occisi sunt, Carthaginẽsium interfecta sunt XX. M. D. Hannibal ante oĩa prelium & in prelio expertus cum paucis, hoc est, uix IIII. equitibus inter tumultũ elapsus ad Rumetũ confugit. Postea Carthaginẽ post VI. et XXX. annos, q̃ inde paruus cum patre exierat, uenit: cõsultanticq; Senatui, nullã esse residuã spem, nisi petendã pacem, persuasit. Gaio Cornelio Lentulo Publio, Eliopeto cõsulibus Carthaginẽsibus pax per Scipionẽ uoluntate senatus, populicq; concessa est. Naues tamen plus q̃ quingentæ in altũ productæ, in cõspectu ciuitatis incensæ sunt. Scipio iam tunc cognomento Aphricanus, triũphans urbem ingressus est. Quem Terẽtius, qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginensium captiuus pileatus (q̃d insigne indultæ sibi libertatis fuit) triumphantem post currum secutus est. Neuius comicus Vticæ moritur, pulsus Roma factione nobilium, ac maxime Metelli Plautus Romæ moritur. Qui propter annonæ difficultatẽ, ad molas manuarias pistori se locauerat. Vbi quoties ab opere uacasset, scribere fabulas solitus erat, ac uendere.

Rex Ptholomæus Epiphanes per ducem suum, nomine Scopam, humilem Syriam, Iudæam, atq; Samariam in suam recepit ditionem: quas Antiochus nuper ab eius abstulerat potestate: iterumq; Antiochus deuicto Scopa, sub easdem regiones ditioni subiecit. Cap. VIII.

PTholomæus, qui & Epiphanes, annos XXIIII. Sub q̃ Ptholomæo Macchabæorũ martyres coronãtur. Sub huius tẽpore gesta sunt, quæ historia II. libri Macchabæorũ continet. A reædificatione uero tẽpli anni sunt CCC. VII. Põtifex Iudæorũ Onias, qui & supra. Ptholomæus ergo Epiphanes, defuncto patre Philopatore, magnã uirtutẽ militũ misit cum duce noĩe Scopa cõtra humilẽ Syriã, multasq; eorũ ciuitates cepit. Inter quas gentẽ Iudæorũ bello uictã recepit, quã nuper Antiochus sibi sociauerat, uicto Ptholomæo Philopatore. Et nõ post multum, Antiochus Scopã uicit, cõfligens cõtra eum iuxta fontẽ Iordanis, multosq; de exercitu eius strauit. Postea uero Antiocho capiẽte Samariã et ciuitates Syriæ, ibidẽ quas Scopa tenuerat, spõte gens Iudæorũ ad eũ transiens, in ciuitatẽ omnẽ eius exercitũ suscepit, & Elephãtis abundãter alimenta præbuit, & obsidenti eos, qui ab Scopa in arce Hierosolymorũ relicti sunt, custodes prono aĩo auxiliũ præstiterunt. Igitur Antiochus iustũ arbitratus Iudæorũ erga se studiũ liberaliter remunerandũ, scripsit magistratibus, et amicis: testimonium exhi-

exhibens, q̃ ab eis bene tractatus est. Sed & donationes, quas eis pro gratia retribuere cogitauit, manifeste illis innotuit, id est, ut ciuitatẽ destructam resicerent, & in eam habitatores cõgregarent dispersos. Ad immolationes uero uictimarũ uini & olei, & libani precijũ, argenteorũ XX. milia. Ad similã autẽ tritici modios M. CCCC. LXXV. et salis modios CCC. LXXV. præbere iussit. Ad porticus uero tẽpli, seu ad alia quę delapsa erãt ædificia, materiẽ ex Libano cõcessit. Omne genus Iudæorũ secundũ proprias leges cõuersari permisit. Sacerdotes & scribas tẽpli atq; cãtores sacros a tributis quę pro suo capite dabãt relaxauit. Eos uero, q̃ ex ipsa ciuitate seruitio addicti erãt, eorumq; genitos libertati donauit, & substãtias eis reddi præcepit. Edictum autẽ per omne suũ misit imperiũ causa ornatus tẽpli, in quo cõtinebat, neminẽ alienigenarũ intra muros tẽpli ingrediẽdi habere licẽtiã: Nec Iudæos, nisi purificatos secundũ patriam legẽ, necq; inferri in ciuitatẽ carnes animaliũ, quæ Iudęis interdictæ sunt, sed solitis patriæ uti permissum est, quibus deo sacrificandũ lex diuina cẽsuit. De his ita eo tẽpore apud Iudęos rebus gestis: Polybius Megalopolitanus in XI. historię suę libro, ita dicit: Ptholomæi dux Scopa ad superiora uadens loca, superauit hyemis tẽpore gentẽ Iudęorũ. Dicit nãq; & in eodẽ uolumine, qualiter Scopã Antiochus deuincẽs, Bathaniã et Samariã, et Abella et Cedar cepisset. Paulo post uero tradiderunt se ei Iudæi, qui circa templũ habitabant. Postea uero ut amicitiam & fœdus Ptholomæus cum Antiocho composuit, dedit ei filiam suam Cleopatram ad nuptum, concedens ei humilem Syriam & Samariam, & Iudæam & Phœnicen doris nomine.

Relatio, qualiter Philippus Macedonum rex à Romanis victus, Demetrium filium suum obsidem dederit. Similiter Nauides Athenienſium dux à Romanis victus, filium suum Armenem obsidem tribuit. Cum quibus diuersæ nationes sunt Romanis subiectæ. Antiochus etiam rex Syriæ cum omnibus suis copijs bis victus, terra marique, vectigal soluere coactus. Cap. IX.

APud Romanos uero ijsdẽ diebus bellum Punicum II. finitũ est. Cui Macedonicũ continuo successit, q̃d Q. Flamminius consul sortitus, post multa & grauissima prelia, quibus Macedones uicti sunt, pacẽ Philippo regi eorũ dedit. Deinde cum Lacedæmonijs pugnauit, uicto Nauide duce eorũ, nobilissimos obsides, Demetrium Philippi filiũ, & Armenẽ Nauidis filiũ ante currũ duxit. Romani captiui, qui sub Hãnibale per Greciã uenditi fuerãt, uniuersi recepti, capitibus rasis ob detersam seruitutẽ, currum triumphãtis secuti sunt. Eo tẽpore Insubres-boi atq; Caenomãni, cõtractis in unũ uiribus cũ Hamilcare Pœnorũ duce, qui in Italia remãserat, Cremonã, Placẽtiamq; uastãtes, difficillimo bello, a Lucio Fuluio põtore superati sunt. Postea Flãminius procõsul Philippũ regẽ, & cũ eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasq; preterea gẽtes, quę in auxiliũ eius uenerant, bello subegit. Victi Macedones castra amiserunt, VIII. M. hostium eo die cæsa, V. M. capta Libyus scribit. Valerius dicit XL. M. trucidata, Cladius uero XXXII. M. interfecta cõmemorat. Igit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiochus rex Syriæ, bellū contra populū Romanum ſtruens, in Europā trāſijt ex Aſia. Tunc etiā Hannibal, propter excitādi belli rumores, qui de eo apud Romanos ferebantur: exhiberi Romam a ſenatu iuſſus, clam ex Aphrica profectus, ad Antiochū migrauit. Quē cum apud Epheſum inueniſſet, cunctātem mox ad bellū impulit. Scipio Aphricanus inter cæteros legatos ad Antiochū miſſus, etiā cum Hannibale colloquiū familiare habuit. Sed infecto pacis negotio, ab Antiocho diſceſſit. In utraq; Hiſpania per Flaminium, Fuluiumq; prętores, bella multū horrida, cruētaq; utriſq; populis geſta ſunt. P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione conſule, Antiochus, q̄uis Thermopilas occupaſſet, quarq; munimine tutior, propter dubios belli cuētus fieret: tamē cōmiſſo bello, a cōſule Glabrione ſuperatus, uix cum paucis fugit e prælio, Epheſumq; peruenit. Is habuiſſe fertur armatorū LX. M. E quibus XL. M. cæſa, capta plusq̄ V. M. fuiſſe referuntur. Alter cōſul Scipio cum Boiorū gente cōflixit, in quo prælio XX. M hoſtium interfecit. Sequēti anno Scipio Aphricanus habens in auxilio Eumenen, Attali filiū, aduerſus Hannibalē, qui tunc Antiochi claſſi pręerat, bellū nauale geſſit. Antiochus uicto Hannibale atq; in fugā acto, ſimulq; omni exercitu amiſſo, pacem rogauit, eoq; iure eam obtinuit, ut annis ſingulis M. talenta Romanis uectigalis noīe perſolueret, filiumq; Aphricani, quē utrum explorantem, an in prælio cepiſſet, incertum eſt, ultro remiſit. Eodem tēpore Aphricanus ab ingrata ſibi urbe diu exulans, apud Amiternū oppidū morbo perijt. Iiſdem etiā diebus Hannibal apud Briſiā Bythiniæ regem, cum a Romanis repoſceret, ueneno ſe necauit. In Sicilia tunc Vulcani inſula, quæ ante nō fuerat, repente mari edita cum miraculo omnium uſq; nunc manet. T. Liuius tragœdiarū ſcriptor, clarus eo tēpore habebatur. Qui ob ingenij meritū, a Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertati donatus eſt.

Qualiter Antiochus Aegyptum occupauerit, Romanis denuntiantibus timore perculſus, ab ea diſceſſit, Hieroſolymam petens, templum ſpoliauit, & aram in ea ſtatuens, immundis ſacrificijs polluit, ciuitatemq; uaſtando deſtruxit, & arcem ob cuſtodiam Macedonum in eadem ædificauit, partem populi captiuam duxit, & partem in ore gladij conſumpſit: reliquos ritu gentium viuere inſtituit, contradicentes diuerſis pœnis affici iuſſit. Et vnde hoc malum exordium ſumpſiſſe crede batur. Cap. X.

PTholomæus Philomitor, annis XXXV. A ræedificatione uero tēpli, anni ſunt, CCC. XXXI. Macedonum rex Perſeus erat. Defuncto itaq; Seleuco rege Syriæ, Antiochus frater eius gubernacula regni ſuſceperat, qui Epiphanes nuncupabatur. Moritur etiā Ptholomæus rex Aegyptiorū, qui ſimiliter Epiphanes dicebat, relinquens duos filios minores ætate. Quorū unus, qui & maior erat, de q̄ nunc mentionē fecimus, Philomitor dicebatur: minor uero Fiſcon. Antiochus pro ſuo feliciter imperio, exercitū ducere deliberauit ad Aegyptū, tractus deſiderio eius & contēnens filios Ptholomæi, ut debiles ac nequaq̄ tanta negotia regere prę ualentes. Perueniens igitur cum magna uirtute ad Peluſium, & dolo Philomitorem

Ptholomæum circūueniens, Aegyptum occupauit. Et cum adiſſet loca Mēphiticæ ciuitatis, eam capiēs contra Alexandriā ut obſidendo Ptholomæū caperet, ambulauit. Expulſus uero eſt non ab Alexandria tm̄, ſed etiā a tota Aegypto, Romanis ſibi denuntiātibus, ut diſcederet a prouincia. Per idem tēpus defuncto Onia principe ſacerdotum, fratri eius Antiochus ſacerdotij cōtulit principatū. Nam filius quē Onias reliquerat, adhuc infans erat. Ieſu uero, qui frater erat Oniæ, principatū ſacerdotij rex abſtulit iratus, & dedit eum iuniori fratri eorū noīe Oniæ. Sic nāq; ad tres filios Simonis principatus ſacerdotij, ſicut prædiximus, peruenit. Et Ieſus quidē Iaſonē ſe nominauit. Onias autē Menelaus eſt nuncupatus. Seditionē itaq; prius princeps ſacerdotū Ieſus, aduerſus Menelaum concitauit, et diuiſa in utrunq; populi multitudine, pars plurima Iaſonē adiuuabat. Vnde laborātes Menelaus & qui ei cōſenſerant, ad Antiochū diſceſſerunt. Ad notitiam em̄ eius perducentes, q̄ uellent patrias relinquere leges, & conuerſationem & mores obſeruare Græcorū, rogauerūt eum, ut permitteret eis ædificare gymnaſium Hieroſolymis. Cumq; cōceſſiſſet, circunciſionē ſuam uelauerunt, ut non appareret in denudatione Græcis eſſe diſſimiles. Cæteraq; oīa relinquētes, quæ illis mos patrius imponebat, aliarū facta gentium, rituſq; ſequebātur. Igit̄ hæ ſeditiones quæ propter ambitionē, atq; dignitatē ſummi ſacerdotij inter p̄dictos turpiter gerebant fratres, atq; diſſenſiones quæ inter Hircanū Ioſephi filiū (de q̄ ſupra meminimus) eiuſq; fratres crudeliter actæ ſunt, maxima pullularunt calamitatū ſemina in populo Iudæorū, dū aduerſum ſe alienigenarū arma prouocātes, propria dilaniauerūt uiſcera, dū aliqui Seleucū eiuſq; principes, alij uero Antiochū illius ſucceſſorē, ad deſolationē templi, deſtitutionēq; populi euocauerūt, ut p̄miſimus. Igit̄ reuerſus rex Antiochus ab Aegypto, propter Romanorū timorē, ad Hieroſolymorū ciuitatē ducit exercitū. Quo peruenies, cepit eam cōflictatione cuiuſpiā, aperiētibus ei portas his, qui uolūtati eius cōſentiebant. Ingreſſuſque ciuitatē Hieroſolymorū multos interemit, ſibi cōtraria ſapiētes, necnō et eos, q̄ portas ei aperiētes ciuitatē tradiderūt, propter tēpli diuitias interfecit, multaſq; ab eo tēplo auferēs pecunias, ad Antiochiā reuerſus eſt. Poſtq̄ autē expoliauit tēplum, ita ut uaſa dei aſportaret, & lucernas aureas & arā aureā, & mēſam, & ſacrariū: neq; de uelis abſtinuit, quæ ex byſſo, & purpura & cocco erāt. Exhauriēs autē & theſauros, nihilq; penitus relinquēs, ad maximū Iudęos propter huiuſmodi cauſam luctū uſq; perduxit. Nam et q̄tidianas immolationes, quas deo ſecundū leges offerebāt, celebrari prohibuit. Deprędās autē totam ciuitatē, quoſdā interfecit, alios captiuos cum uxoribus & filijs deduxit, ita ut numerus multitudinis captiuorū, uſq; X. M. exiſtere uideret. Incēdit etiā optima eius loca, & deponens muros, arcē ædificauit in interiori parte ciuitatis. Nam alta & eminētior erat prius templo, & propter hoc muniēs eam muris altis & turribus, cuſtodiā Macedonum ibi diſpoſuit. Manebāt in arce etiā nihilominus hoīes impij, & moribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus maligni,a quibus ciues multa & acerba subinde patiebantur. Aedificãs uero & in sacrario arã, super eam porcos immolauit, hostias nõ legitimas nec patriæ religioni Iudæorũ congruas. Coegitq; etiã eos relinquere religionem patriã, idolum uenerari,ædificare etiã in unaquaq; ciuitate & uico tẽpla Iudæorũ,& aras collocãtes,immolare super eas porcos omni die præcepit,& ne quis circuncideretur,inhibuit. Interminatus est em̃ tormẽta grauissima,si quis pter hæc facere inueniretur. Cõstituit itaq; ppositos,qui cogerent eos imperialia mãdata perficere. Et multi quidẽ Iudæorũ spõte,alij uero propter timorẽ imminẽtis regis pceptra sequebant̃. Probatissimi et generosissimi detestabile facinus execrãtes,patrijs legibus adhęserũt, propterea diebus singulis pœnis afflicti,et amare passi tormẽta,trucidabãt̃. Nam & uerberati, & diuersis cruciatibus fatigati,adhuc uiuẽtes crucis patibulo figebant̃. Vxores uero pariter & filios q̃s circuncidẽrũt,propter uoluntatẽ regis laqueis suffocabãt,parentũ eos ceruicibus inligãtes. Insuper et si apud aliquẽ uolumẽ inuentũ fuisset sacrũ aut lex,is crudeli sorte moriebat̃.

Quibus diebus Romani innumeras multitudines hominum in Hispania trucidauerunt, oppida vltra CCC. destruentes, euerterunt. Bellum etiam Macedonicum, merito inter maxima cõputandum, tunc gestum est. Punicum etiam bellum exortum est tertium. Quo confecto, igni, ferroq; Carthago penitus est euersa, anno postquam condita est DC. Cap. XI.

QVo in tẽpore apud Romanos Fuluius Flaccus pẽtor in citerore Hispania maximo prẽlio, XXIII. M. hoĩm fudit, IIII. M. cepit. Hinc Gracchus Sẽpronius in Hispania ulteriore C. V. oppida uacuata, quassataq; bellis, ad deditionẽ coegit. Hinc Lucius Posthumius in citeriore Hispania XL. M. hostiũ bello interfecit. Gracchus pẽtor ibidẽ iterũ CC. oppida expugnauit & cepit. Quibus etiã diebus bellũ Macedonicũ gestum est, merito inter maxima bella referendũ. Nam Perseus Philippi filius, quem Macedones secuti sunt, auxiliarios habuit Thraces, cum rege eorũ Coti,& uniuersos Illyrios cum rege Gentio. Gens nanq; Basternarũ, quæ pdarum spe solicitata in auxilium eius properabat, sine ulla pugna uel aliq̃ hoste deleta est. Dum Danubiũ cum toto agmine super glaciem transirẽt, gelu cõcrepans enormitate põderis, glacialis crusta dissiliuit, uniuersumq; agmen q̃d diu sustinuerat medijs gurgitibus uicta, tandẽ et comminuta destituit, atq; eadẽ rursus fragmẽtis impedientibus superducta submersit. Pauci ex omni populo per utranq; ripam uix concisis euasere uisceribus. Cæterũ in auxilio Romanorũ tota primũ Italia, deinde Ptholomæus rex Aegypti, & Ariarates Cappadocię, Eumenes Asię, Massiniſſa Numidiæ fuerũt. Itaq; aduenientẽ Crasso cõsuli, Perseus occurrit, cõmissoq; pẽlio, miserabiliter uicti fugere Romani. Sequẽti pugna, pene pari clade partis utriusq; in hyberna discessum est. Deinde Perseus profligato multis pẽlijs exercitu Romano, in Illyricũ trãsgressus, Sulcaniũ oppidum defensum a pẽsidijs Romanis, pugnãdo cepit, ubi magnã Romanorũ pẽsidiorum multitudinẽ partim occidit, partim sub corona uendidit, partim secũ in Ma-

in Macedoniã duxit, postea cum eo Aemilius Paulus cõsul dimicauit et uicit. Nã XX. M. pedituũ in eo bello interfecit. Rex cũ equatu subterfugit. Sed continuo captus, atq; in triũpho cũ filijs ante currũ actus est,& post apud Albã in custodia defecit. Filius eius iunior fabricã ærariã ob tolerandã inopiã Romæ didicit, ibiq; cõsumptus est. Plurima pterea et satis diuersis pro uẽtibus bella multarũ ubiq; gentiũ gesta sunt, quę breuitatis causa ptermisi. Igitur cum oẽs Romanos ingens Celtiberorũ metus inuasisset,& ex oĩbus nõ esset q̃ ire in Hispaniã uel miles, uel legatus auderet: P. Scipio, (q̃ postea Aphricanus erat,) ultro sese militaturũ in Hispaniã obtulit, cũ tamẽ in Macedoniã sorte iã deputatus esset. Itaq; profectus in Hispaniã, magnas strages gentiũ dedit. Sępius etiã militis q̃ ducis usus est officio. Nã & barbarũ prouocantẽ singulariter cõgressus, occidit. Sergius aũt Galba pẽtor, a Lusitanis magno pẽlio uictus est, uniuersoq; exercitu amisso, ipse cũ paucis uix elapsus, euasit. Eo tẽpore cẽsores theatrũ lapideũ in urbe cõstrui cẽ fuerunt. Quod ne tũc fieret, Scipio Nasica, grauissima oratione obstitit dicẽs: inimicissimũ hoc fore bellatori populo, ad nutriẽdam desidiã, lasciuięq; cõmentum, adeoq; mouit senatũ, ut nõ solum uendi oĩa, theatro cõparata iusserit, sed etiã subsellia ludis poni prohibuerit. III. hinc Punicũ bellum exortũ est. Igit̃ cũ senatus delendã Carthaginẽ cẽsuisset, profecti in Aphricã cõsules, et Scipio tũc tribunus militũ, filius, ut ferũt, maioris Aphricani, prope Vticã castra tenuerũt. Ibi Carthaginẽsibus euocatis, iussit ut arma et naues traderẽt. Nec mora, tãta uis armorũ repẽte tradita est, ut facile tota ex his Aphrica potuisset armari. Sed Carthaginenses postq̃ arma tradiderunt,& relicta urbe secedere procul a mari X. M. passuũ iussi sunt, dolorẽ ad desperationem cõtulerunt, aut defensuri ciuitatẽ, aut cum ipsa per ipsam sepeliẽdi, duceſq; sibi duos Hasdrubales creauerũt. Arma primũ facere aggressi, æris, ferriq; inopiã auri & argẽti metallis suppleuerũt. Cõsules oppugnare Carthaginẽ statuunt, cuius situs fuisse huiusmodi dicitur, XXII. M. passuum muro amplexa, tota pene mari cingebat̃, absq; faucibus qui tribus milibus passuum aperiebãtur. Is locus murũ XXX. pedum latũ habuit, saxo quadrato in altitudine cubitorũ XL. Arx, cui Birsæ nomen erat, paulo amplius q̃ duo milia passuum tenebat. Ex una parte murus cõmunis est urbis & Birsæ imminens mari, quod mare stagnum uocant, quoniam obiectu protentæ linguæ strangulatur. Consules igitur q̃is aliquantam muri partem quassatam machinis diruissent, tamen a Carthaginensibus uicti & repulsi sunt. Quos fugientes, Scipio repulso intra muros hoste, defendit. Censorinus in urbem redijt, Manilius omissa Carthagine, ad Hasdrubalem arma conuertit. Scipio Massinissa mortuo, inter Massinissæ filios tres, Numidiæ regnum diuisit. Quocirca Carthaginem reuersus Manilius Degazam urbem expugnauit, atque diripuit, Duodecim milia ibi Aphrorũ cæsa, VI. capta sunt. Hasdrubal Pœnorũ imperator Massinissę nepos subsellioꝝ fragmẽtis in curia a suis propter suspicionẽ proditionis occisus est. Iuuentinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætor in Macedonia aduersus Pseudophilippum congressus: cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est. Anno ab urbe condita DC. Post bellum Punicũ secundũ Gneo Cornelio Lentulo, Lutio Mummio consulibus, Scipio superioris anni consul, delere Carthaginem suprema sorte molitus, Cuothonẽ ingreditur. Vbi cum VI. continuis diebus noctibusq; pugnat, ultima Carthaginenses desperatio, ad deditionem traxit: petentes, ut q̃s belli clades reliquos fecit, saltem seruire liceat. Primũ agmen mulierũ satis miserabile, post uirorũ magis deforme descendit. Nam fuisse mulierũ XXV. milia: uirorum XXX. milia memoriæ traditum est. Rex Hasdrubal se ultro dedit. Transfugæ, qui Aesculapij templum occupauerant, uoluntario precipitio igne cõsumpti sunt. Vxor Hasdrubalis se duosq; filios secum, uirili dolore & furore fœmineo, in medium iecit incendiũ: eum dem nũc mortis exitũ faciens nouissima regina Carthaginis, quem q̃ndam prima fecisset. Ipsa aũt ciuitas X. & VII. continuis diebus arsit: miserumq; spectaculũ de uarietate cõditionis humanę, uictoribus suis prębuit. Diruta est aũt Carthago omni murali lapide in puluerẽ comminuto, DCC. anno postq̃ condita erat. Multitudo oĩs captiuorũ, exceptis paucis principibus, uenundata est. Ita IIII. quam ceptum fuit anno, bellum Punicum III. terminatum est. Quæ tunc etiã bella in citeriore Hispania gesta sunt, & qualiter Bebius a Liguribus circũuentus cum omni exercitu perijt, quõ etiã Fuluius cõsul, cum Gallogrẽcis acerbissimum bellũ gessit, circa Olympũ montem, & cętera bella quę tunc Romani per diuersa gerebãt loca, qui latius scire uoluerit, Orosij cæterorũq; historiographorũ libros legere curabit. Statius Cecilius comœdiorũ scriptor, clarus hisdem habetur diebus. Qui natione Gallus erat, alij Mediolanensem eum fuisse ferunt. Primũ Ennij contubernalem, & anno sequenti post eius mortem & ipse mortuus est, & post Ianiculum sepultus. Ennius uero poeta LXX. ætatis suæ anno, articulari morbo perijt, sepultusq; est in Scipionis monumẽto: in uia Appia intra primum ab urbe miliariũ. Tunc etiam Lucius poeta nascitur. Romæ descriptione facta, inuenta sunt hoĩm CCCXXXIIII. milia. Quo in tempore Aristobolus philosophus cõmentarios scripsit in libros Mosi, et regi obtulit Ptholomęo. Romani interfecto Pseudophilippo Macedones gentium dños tributarios faciũt: regnumq; Macedonicum deficit, Carthago nanq;, ut præmisimus, igni ferroq; funditus est euersa. Antiochus, sicut superius meminimus, templum dñi polluit: & in eo Iouis Olympiaci simulachrum posuit. In Samaria autẽ super uerticem montis Gaziri, ubi templum Samabalath quondã ędificauerat ad instar Hierosolymorũ in noĩe summi dei, delubrũ Iouis Pegrini Antiochus consecrari in eo iussit: ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus. Nunc uero ubi contaminationem atq; uastationem templi ostendimus, duoq; regna potentissima, Macedonicum scilicet atq; Carthaginense, defecisse, finẽ etiã huius uoluminis imponere decreuimus.

FINIS LIBRI QVINTI.

Frecul-

FRECVLPHI EPI- LXV.

SCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI PRIORIS, LIBER VI.

Qualiter Matathias resistens Antiochi edictis leges patrias vindicauerit, Iudam ducem populo præfecerit, & ipse Iudas quomodo ad principatum sacerdotij peruenerit. Cap. I.

EODEM AVTEM TEMPORE, quo Ptholomæus Fiscon in Alexandria regnabat, Antiochus uero crudeliter sęuiendo Iudęos diuersis afficiebat pœnis (uti in præcedẽti libro succincto cõmemorauimus sermone) erat habitans aliquis in Modin uico Iudææ Matathias filius Iohannis, sacerdos ab Hierosolymitis, habens filios V. quorũ noĩa sunt hæc: Iohannes, q̃ & Gaddis: Simõ uero, q̃ dictus est Matathias: & Iudas, q̃ uocabat Macchabęus: & Eleazarus, q̃ dictus est Apphus: Abrahã, qui et Ionatha. Iste ergo Matathias plãgebat apud filios rapinã ciuitatis, et tẽpli nuditatẽ, seu calamitates plebis, deputãs melius esse pro patrijs mori legibus, q̃ sine gloria uiuere. Venientibus aũt ad Modin uillã a rege Antiocho directis, ut cogerẽt Iudęos facere q̃ precepta erãt a rege, & iubentibus illic constitutis immolare idolis, secundũ regis iussionem: & primum Matathiã, qui doctrina uel fama glorię reliq̃s anteibat, qui non solũ se temperauit a sacrilegio regalicq; edicto, uerũetiam immolantẽ simulachris hostias de popularibus suis nactus, gladio trã fuerberauit. Et congregata manu ipse cum filijs suis, temerantes usum patrium, & iustitias legis, alios necauit, pleroscq; expulit, bellicq; sabbato adoriẽdi author fuit, ne simili arte ipsi quoq; deciperent, sicut plericq; iam eorũ, dum sabbato bellũ susceperet detrectant, irruentibus in sese hostibus multi occubuere. Et perseuerauit in uero usq; ad extrũ uitæ, habens studiũ defensionis et pietatis. Sed cum sibi supremum diem adesse intelligeret, uocatis ciuibus atq; assistentibus liberis, hortatus est, ut tuerent patriam, templicq; religionem ducẽq; Iudam Macchabęum curę ac solicitudinis suę successorẽ reliquit. Qui bello strẽnuus, consilio bonus, ac prę ceteris fide promptus, q̃ frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit: persequi non est prẽsentis negotij. Qui principatum sacerdotij propter excellẽtia merita populo sibi cõtradicente obtinuit: tribusq; annis pontificatũ rexit: & hoc ita contigit. Onias princeps sacerdotum, qui & Menelaus uocabatur, filius Simonis, qui Antiochum Epiphanem, aduersus Iudæos excitauerat, & suæ legis proditor extiterat: sicuti præmisimus in precedẽti libro, ab Antiocho iuniore occisus est: persuadente Lysia atq; dicente, hunc fuisse initium malorũ, qui flexerat patrem illius, cogere Iudæos religionem patriam, relinquere: & ipse cum principatum obtine-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtineret, impulit Iudæos proprias transgredi leges. Post cuius interitum Achimus, qui & Ioachim ex familia existens alia, dolo sacerdotium obtinuit, ob quā causam Onias filius principis sacerdotis Oniæ, de quo prædiximus, quod adhuc puerulus defuncto patre esset relictus, uidens quod patruum suum Menelaum rex interfecisset & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, non existenti de genere sacerdotum, fugit ad Ptholomęum Aegypti & honorem meruit ab ipso & uxore eius Cleopatra: locumq; petit in regione Heliopolitana, ubi simile Hierosolymorum ędificauit templum. Ioachim uero post multa, quæ contra leges in suos egerat ciues, nolens deponere murum sanctuarij ueterem, & cōstructum ab antiquis prophetis, plaga quidem dei repētina percussus est, ex qua mutus in terram cecidit, & tortus per multos dies detestabiliter expirauit, principatum sacerdotij tenens annis IIII. Quo defuncto, sacerdotium populus Iudæ contradidit. Is nanq; Iudas templum ab Anthiogo destructū, nobiliter renouauit, & a sordibus idolorū mundauit, q̄d annis III. pollutū fuerat atq; desolatū, pro renouatione templi deū laudibus & psalmis glorificās, cum suis ciuibus sacrificia per dies VIII. celebrauit. Audiens etiam Romanorū uirtutē, cum eis amicitias fœderauit, atq; societatē. Demū post multa prędia feliciter gesta contra Bachidē dimicans, a socijs destitutus proprijs: minime fugere uolēs, circumseptus ab hostibus multos interficiens aduersariorū, & ipse percussus interijt.

Regnāte Ptholomęo Euergete, Simon post obitum Ionathæ, principatum sacerdotij adeptus. Cap. II.

PTholomæus, qui & Euergetes annis XXIX. A rędificatione templi CCCLXVI. erat annus. Pontifex uero Iudæorū Ionatha erat, qui post fratris Iudę necem successerat, non minus uirtutis similitudine par, quā natura germanitatis. Qui post multa in bellicis rebus opera, & sacris officia quæ circa templi purificationem spectāta ac probata sunt, suam quoq; potentiam Romanorum amicitia corroborauit. Antiochi quidem filio reconciliatur: non tamen horum ei quicq̄ profuit ad periculum euitandum. Nanque Triphon tyrrannus Antiochi quidem filij tutor, insidijs eum captans, & propter hoc amicis nudare cupiens, Ionathan cum ad Antiochum paucis comitatus Ptholomaidem uenisset, dolo cōprehendit: eoq; uincto, contra Iudęam mouit exercitum. Vnde repulsus a Simone Ionathę fratre, quodq; ab eo superatus esset, iratus, tunc eundē Ionathan interfecit. Simon aūt fortiter regendis rebus intētus, non rudis sed etiam probatus fraternæ societatis, triūphis, utinam et ipse tam perspicax ad fraudes cauendas q̄ manu ualidus, bellandiq; actibus satis spectatus: equidem Gazam & Ioppē & Ianiam cepit & euertit. Aduersus etiam Triphonem Antiocho auxilium præbuit, sed regis auiditatem satiare non potuit, q̄uis necis Triphonis, suam quoq; operā adhibuisset, non multo em̄ post Antiochus Cendebeum ex ducibus suis ad uastandam Iudeā, opprimēdumq; seruitio Simonem, cum exercitu misit. Ille aūt quamq̄ senior esset, bellum tñ iuueniliter

liter amministrat, & filios quidē suos, cum ualidissimis prędmittit uiris, parte uero multitudinis comitatus, alio latere adgrediē, multisq; per multa loca insidijs etiam in mōtana dispositis, in omnibus superat, clarissimaq; potitus uictoria, pontifex declaratur, & post C. LXX. annos Iudæos liberat a dominatione Macedonū. Et hic autē moriē in cōuiuio, captus insidijs Ptholomęi generi sui. Qui eius cōiuge, duobusq; filijs in custodiam cōclusis, certos misit nūtios, ut Iohannē III. cui etiam Hircanus fuit nomē, interficerent. Cognita autē nece, quæ parabaē, adolescens in ciuitatē properabat, multisque populis fretus, & propter memoriā paternæ uirtutis, & q̄d iniquitas Ptholomæi cunctis esset inuisa. Voluit autē etiam Ptholomæus alia porta ciuitatē ingredi, sed a populo reiectus est, q̄ maturius Hircanū susceperat. Et is quidē statim recessit, in aliq̄d ultra Hiericunta castellū, q̄d Dagon uocatur. Hircanus autē paternum honorē pontificatus mox assecutus est.

De euersione Tyri opulentissimæ ciuitatis, & qualiter Achaia per Metellum consulem, Romanis sit subiecta. Quibus temporibus, Androgeus Romę visus, quod portentum ingens pestilētia subsecuta est. Viriatus etiam uir pastoralis Lusitanus, diuersis prælijs Romanos uicit & fugauit. Demum à suis interfectus est. Cap. III.

QVo etiam tempore ruinā Carthaginis, Corinthi euersio subsecuta est, duarūq; potentissimarū urbium, paruo unius tēporis interuallo, per diuersas mūdi partes, miserabile cōluxit incendiū. Nam cum Metellus prętor Achęos, Boetioscq; cōiunctos duobus bellis, hoc est, primū apud Thermopilas, iterū in focis deuicisset, quorū priore bello, occisa esse XX. M. secūdo, VII. M. cęsa referunt. Igitur post extincta totius Achaiæ prędidia, destitutarū euersionem urbiū Metello prętore meditāte, cōsul Numius repētinus ad eum cum paucis uenit in castra: qui demisso statim Metello, Corinthū sine mora expugnauit urbem, toto tunc orbe longe omniū opulentissimā: quippe, quæ uelut officina omnium artificū, atq; artificiosa, & emporium cōmune Asię, atq; Europę, post multa retro secula fuit. Permissa crudeliter etiam captiuis prædandi licentia, sic omnia cædibus, ignibusq; completa sunt, ut de murorum ambitu, quasi e camino in unum apicem coartatum, exundaret incendium. Itaq; plurima parte populi ferro, flammisq; consumpta: reliqua sub corona uędita est. Vrbe incensa, muri funditus diruti sunt: muralis lapis in puluerem redactus, prędа ingens erepta est, sane cum propter multitudinem & uarietatem statuarum, simulachrorumque in illo ciuitatis incendio permixta, in unum auri, argenti atque æris, omniaque simul metalla fluxissent, nouum genus metalli factum est. Vnde usque in hodiernum diem, siue ex ipso, siue ex imitatione eius, æs Corinthium, sicut memoriæ traditum est, & Corinthia uasa dicūtur. Iisdem consulibus Viriatus in Hispania genere Lusitanus, homo pastoralis, & latro primum infestando uias, deinde uastando prouincias. Postremo exercitus prætorū & Romanorū consulum, uicēdo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit. Qui prætorem Vitellium

bello

Universidad de Deusto
Biblioteca

bello superauit, deinde Plautium prætorem: idem Viriatus multis præ-
lijs fractum fugauit. Post etiam Claudius cum magno structu belli contra
Viriatum missus, quasi pro abolenda superiore macula turpiorem ipse au-
xit infamiam. Nam cõgressus cum Viriato, uniuersas quas secum duxerat
copias, maximasq; uires Romani amisit exercitus. Viriatus trabeas, fasces,
cæteraq; insignia Romana in montibus suis trophæa præfixit. Quo etiam
tempore Androgenus Romæ uisus, iussu aruspicum in mare mersus est,
Quam sacrilegam expiationem, tanta lues hominum subsecuta est: ut ma-
gnæ domus uacuæ uiuis, plenæ mortuis remanerent. Denicq; iam non so-
lum in urbe uiuendi, sed etiam appropinquãdi negabatur facultas, propter
sæuos cadauerum putores. Igitur Pompeius consul, fines Numantinorum
ingressus, accepta maxima clade discessit. Viriatus autem cum per XIIII.
annos Romanorum duces, atq; exercitus protriuisset: insidijs suorum in-
terfectus est. Deinde Mancinus consul, postquam a Popilio apud Numan
tiam susceptt exercitum, adeo infeliciter prælia cuncta gessit: atq; in id sup-
prema desperatione perductus est: ut turpissimum fœdus, cum Numanti-
nis facere cogeretur, q̃uis & Pompeius, iam aliud æque infame fœdus cum
ijsdem Numantinis pauloante pepigisset. Senatus dissolui fœdus & Man
cinum dedi Numantinis præcepit. Qui nudato corpore manibusq; post ter
gum reuinctis ante portas Numãtinorum expositus ibicq; usq; in noctem
manens: a suis desertus, ab hostibus autẽ non susceptus, lachrymabile utris-
que spectaculum præbuit.

Qualiter rex Parthorum Babyloniam diuersasq; nationes suo subiecit im-
perio. Et tunc Brutus in citeriore Hispania Gallicanis Lusitanis auxilia fe
rentes bello oppressit. Et Lepidus proconsul Vacceos in Hispania innoxi-
os, dum expugnare conatur, ab eis amisso exercitu victus est: quando etiã
Romæ serui conspirantes, mox interfecti sunt. Cap. IIII.

TVnc siquidẽ in Oriente rex Parthorũ sextus a Barsace, victo De
metrij præfecto, Babyloniam urbem finesque eius uniuersos uic-
tor inuasit. Omnesq; præterea gentes, quæ inter Hidaspen flu-
uium & Indũ iacent, subegit. Ad Indiam quoq; cruentum exten-
dit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem uicit &
cepit. Quo capto Diodotus quidam, cum Alexandro filio regnum eius, &
regium nomẽ eius usurpauit. Postea ipsum Alexandrum filium, quem par-
ticipem periculi, in peruadendo regno habuerat: ne in obtinendo consortem
haberet, occidit. Interea Brutus in citeriore Hispania LX. milia Callecorũ,
qui Lusitanis in auxilium uenerãt, asperrimo & difficili bello, quamuis in-
cautos, circumuenisset, oppressit. Quorũ in eo prælio L. milia occisa, VI.
milia capta referuntur, pauci fuga euaserunt. In citeriore Hispania Lepidus
proconsul Vacceos innoxiam gentem et supplicem, etiam senatu prohiben
te, pertinaciter expugnare tentauit. Sed mox accepta clade grauissima, im-
probæ pertinariæ pœnas luit. Sex milia quippe Romanorum in hoc initu-
sto bello iustissime cæsa sunt: reliqui exuti castris, armis etiam perditis, euã-
serunt.

serunt. Tunc etiam Romæ puer ex ancilla natus est quadripes, quadrima-
nus, oculis quatuor, auribus totidem, natura uirili duplex. In Sicilia mons
Aethna uastos ignes eructauit ac fudit. Igitur in Sicilia bellũ seruile ortum
est, quod adeo graue & atrox multitudine seruorum, instructu copiarum,
magnitudine uirium fuit, ut non dicam prætores Romanos, quos penitus
profligauit, sed consules quoque terruerit. Nam LXX. milia seruorum
tunc in arma conspirantium fuisse refertur.

Quibus diebus per Scipionẽ Aphricanum Numantia deleta est, & Attalus rex Asię
per testamentũ sibi succedere populũ Romanũ fecit, quam eiusdẽ frater inuasit,
ad cladem populi Romani, suamq; internetionem. Cap. V.

SCipio Aphricanus consensu omniũ cõsul creatus, ad obtergendã in-
famiam fœderis, q̃d Mancinus cum Numãtinis pepigerat, dirigitur
in Hispaniã. Qui non cõsestim adgressus est Numãtinos quasi incau
tos, q̃s semper nouerat esse paratos, sed prius exercuit militẽ suum in
castris, uelut in scholis, q̃d tamen aliq̃d profuit. Cõserto nanq; p̃lio, quam-
uis prius impetũ Romani nõ ferentes Numantinorũ, fugere cœpissent, in-
dustria ducis atq; audacia, acerrime repressi, quos fugerant, fugere coege-
runt. Qua inopinata uictoria lætatus Scipio, fossa urbem muniuit, uallum
sudibus præstruxit, & sic obsidione Numantinos cõtriuit. Igitur conclusi
diu Numantini, & fame cruciati, deditionẽ sui obtulerũt, si tolerabilia iube
rent. Sæpe etiã orantes iusq; pugnę facultatẽ, ut tanq̃ uiris mori liceret, ulti
mo oẽs duabus subito portis eruperunt, larga prius potione usi, non uini,
cuius ferax is locus nõ est, sed succo tritici per artem cõfecto, quem succũ a
calefaciendo celiã uocant. Hac igitur potione post lõgam famem recalesceu
tes bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen, & usq; ad periculum Roma
norum fuit, iterumq; Romani pugnare se aduersus Numantinos fugien-
do probauissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorũ
fortissimis, bello cedunt. Cõpositis tamen ordinibus nõ superãtes, nec sicut
fugientes in urbem reuertuntur. Corpora interfectorũ ad sepulturã oblata,
accipere noluerunt. Nouissima se desperatione in mortem omnes destinati,
clausam urbem ipsi introrsum succẽderunt, cunctiq; pariter ferro, ueneno,
atq; igni cõsumpti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere uictis, p̃ter se
curitatẽ suã, necq; eñ euersa Numantia, uicisse se magis Numãtinos, q̃ eua
sisse dixerunt. Vnum Numantinũ non uictoris catena tenuit captiuũ, unde
triumphum dederit, non uidit Roma aurum uel argentum quod igni super
esse potuisset, quia apud pauperes non fuit, arma & uestem ignis absum-
psit. Igitur deleta Numantia, cum Scipio pacem componeret cæteris His-
paniæ ciuitatibus, quendam Celticum principem, Tyresum nomine con-
suluit, quo opere Numantia prius fortiter repugnans duraret, dum quatu-
or milia Numantinorum aduersus XL. milia Romanorũ diu dimicarent,
ac sæpius uincerent. Qui respondit: Inuicta concordia hoc egit. Quo eti-
am tempore Attalus Humenis filius moriens, per testamentum populum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanum imperio Asiæ succedere hæredem iusserat. Hinc itaq; Licinius Crassus cõsul et pontifex maximus, aduersus Aristonicũ Attali fratrẽ, qui traditã per testamentum Romanis Asiam peruaserat, cum instructissimo missus exercitu, præterea magnis regibus, hoc est, Nicomediæ, Bythiniæ, Mitridate, Ponti & Armeniæ, Ariarate, Cappadociæ, Philomenæ, Paflagonię, eorũq; maximis copijs adiutus, cõserto tamen bello uictus est, & cũ exercitu post plurimã cædem in fugam acto: ipse iam circũuentus ab hostibus et pene captus esset, uirgam qua erat usus ad equũ in oculũ Thracis impegit. Barbarus autẽ cum ira & dolore exarsisset, latus Crassi gladio trãsuerberauit. Ira ille excogitato genere mortis, effugit dedecus & seruitutem. Perpenna cõsul, qui Crasso successerat, audita morte Crassi, & clade exercitus Romani, raptim in Asiam peruolauit, Aristonicũ recenti uictoria feriatum improuisum bello adortus, nudatumq; omnibus copijs, in fugã uertit. Cumq; Stratonicẽ urbem, ad quã ille fugerat, obsidione cinxisset, crucia tũ fame ad deditionẽ coegit. Perpẽna cõsul apud Pergamũ correptus morbo diẽ obijt. Aristonicus Romæ iussu senatus in carcere strãgulatus est.

Quo in tempore conspiratio seruorum longe, lateq; efferbuit, & mox à dominiis seu Romanorum consulibus pœnis adacti, deleti sunt. Quo in tempore Aethna vltra modum insolitos euomuit ignes, & in Aphrica locustarũ magnitudo mari immersa ad littusq; reuoluta, nimiam corrupto aere pestilentiam mortalibus incussit. Cap. VI.

IGitur conspiratio seruorum in Sicilia longe, lateque non modicam excitauit tempestatem. In Sicilia quidẽ, dum quadam insolẽtia dominiũ obtinerent, male adeptum serui, Piso cõsul VIII. M. eorũ patibulis affixit. Cui succedens Rutilius, ultra XX. M. ex rebellãtibus seruis trucidauit. Qui tamẽ prius obsidione cincti, tanta necessitate compulsi sunt, ut cadauera suorũ deuorarent sociorũ. Nam & Minternis CCCC. L. serui in crucẽ acti: & Sinuessa ad IIII. M. seruorũ a Q. Metello oppressa sunt. In metallis quoq; Athenensiũ idem tumultus seruilis a Periclito prætore discussus est. Apud Delon etiã serui nouo motu intumescẽtes, ab oppidanis p̃uenientibus pressi sunt. Iisdem tẽporibus Cicero nascitur, matre Eluia, patre equestris ordinis, ex regio Vulscorũ genere. Turpilius comicus senex moritur. Quibus etiã diebus Aethna uasto cõcussa tremore exundauit igneis globis. Rursusq; alio die Lippara insula, & uicinũ circa eam mare intantũ efferbuit, ut uastas q̃q; rupes dissoluerit, tabulata nauiũ liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces supernatãtesq; excoxerit, hoĩes quoq; nisi qui longius potuerũt diffugere, reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsum uitalibus suffocauerit. Locustarũ etiam in Aphrica tãta uis efferbuit, ut nõ solũ uirẽtia quæq; cõsumerent, uerumetiã amaros cortices atq; arida ligna proroderent. Sed repentino arreptæ uẽto, atq; in globos coactæ, portatæque diu per aera, Aphricano pelago immersę sunt. Harum cum immensos aceruos longe undis urgentibus fluctus per extenta late littora propulisset, iterum nimis atque ultra opinionem pestiferum odorem tabida & putrefacta congeries exhalauit. Vnde omnium pariter animãtium tanta pestilentia cõsecuta est, ut auium, pecudũ, ac bestiarũ corruptione aeris dissoluta est, & putrefacta passim cadauera uitiũ corruptionis augerent. At uero quãta fuerit hoĩm lues, ego ipse dũ refero, toto corpore perhorresco. Siquidem in Numidia, in qua tunc Micipsa rex erat D. CCC. milia hominum, mortua sunt, circa oram uero maritimam, quę maxime Carthaginensi atq; Vticensi littori adiacet, plusq̃ CC. milia militum, quæ ad præsidium totius Aphricæ ordinata fuerant, extincta atque abrasa sunt. Quæ clades tam repentina ac tam uiolenta institit, ut tunc apud Vticam sub una die per unam portã ex illis iunioribus plusq̃ M. D. mortuos elatos fuisse narretur. Iisdẽ tẽporibus Antiochus non cõtentus Babylonia atq; Ecbactana, totoq; Mediæ imperio, aduersus Phratatem Parthorũ regem cõgressus et uictus est. Qui cum in exercitu suo C. M. armatorũ habere uideret, CC. M. amplius calonum atq; lixarũ immixta cohortibus, scortis & histrionibus trahebat. Itaq; facile ab uniuerso exercitu suo Parthorũ uiribus compressus interijt. Eodem tẽpore Ptholomæi Alexandrinorũ regis misera uita miseriorẽ uitę exitum dedit. Is em̃ sororem suã stupro cognitã ac deinde in matrimonium receptã: nouissime turpius, quam duxit, abiecit. Priuignã uero suã, hoc est, filiam sororis & coniugis, coniugem asciuit. Filium suum, quem ex sorore susceperat, necnon & filiũ fratris occidit. Quam ob rem tantis infertus parricidijs, factus execrabilis ad Alexandrinis regno pulsus est.

De Iohanne filio Simonis, qui Hircanus est nuncupatus: qualiter plures ciuitates Syriæ, atque Samaritanorũ, Idumæorumq; ceperit, bellis etiam prospere gestis, summa cum pace, felicitateq; consenuit. Quomodo etiam filius eius Aristobolus, qui primus post reuersionem Iudaici populi de Babylonia nomẽ regium usurpauit, matrẽ, fratremq; Antigonum occiderit, & ipse vix anno expleto, in regno dereliquit, miserabiliter mortuus sit. Cap. VII.

PTholomæus Phison, qui & Soter, annis X. & VII. A reædificatione uero templi, annis CCC. LXVII. Iohannes uero filius Simonis Iudęorũ dux & pontifex erat. Qui aduersum Hircanos bellum gerens, Hircanus est nuncupatus. Is nanq; ut paterno potitus est honore, & deo sacrificia reddidit, uelociter Ptholomæũ petit, qui matrẽ, fratresq; uinctos secũ retinebat, & patrẽ eius Simonẽ neci dolo in cõuiuio tradiderat. Dumq; aggressus esset castellũ, in alijs quidẽ rebus superior erat, iusto aũt dolori cedebat. Ptholomæus em̃ quoties premeret, matrẽ eius fratresq; in murũ productos, palam ut possent cõspici, uerberauit, eosq; se præcipitaturũ, nisi q̃ primũ recederet, minitabatur. Vnde Hircanũ quidẽ plus timor ac misericordia q̃ iracundia commouebat. Mater uero eius nihil plagis aut intẽta nece perterrita, manus prętendens filium precabat ne uel suis fractus iniurijs parceret impio. Siquidẽ ipsa mortẽ sibi a Ptholomæo proposità, immortalitate duceret meliorẽ, dummodo ille pœnas eorũ, quæ in domo sua cõtra fas admisisset, expẽderet. Iohãnes autẽ nunc obstinaciã matris cogitãs ac preces eius audiens, ad irruendum impellebat. Modo uerbe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rari eam, lacerariq; cõſpiciens, effœminabatur, totuſq; dolore plenus erat. Ob hæc autem diu tracta obſidione, feriatus annus aduenit. Quem ſeptimo quoque orbe apud Iudæos ceſſare moris erat, exemplo ſeptimorum dierum: & ob hoc Ptholomæus obſidionis requiem nactus, fratribus Iohannis una cum matribus occiſis, ad Zenonem confugit: qui Cotyla cognominatus eſt Philadelphiæ tyrannum. Antiochus autem ob ea, quæ per Simonem paſſus fuerat, iratus, in Iudæam ducit exercitum. Ibique adſidens Hieroſolymis Hircanum obſidebat. Ille autẽ patefacto ſepulchro Dauid, qui regum ditiſſimus fuerat, ablatiſque inde pecuniæ pluſquam tribus milibus talentorum, Antiocho perſuaſit, trecentis ei talentis datis, ab obſidione diſcedere. Atque ut facti inuidiam leuaret, fertur hac pecunia Hircanus inſtituiſſe primus xenodochia, quibus aduentum ſuſciperet pauperum peregrinorum. Rurſumque tamen quando Antiochus contra Medos bello ſuſcepto, tempus ei uindictæ præbuit, cõfeſtim aduerſus ciuitates Syriæ perrexit, uacuas propugnatoribus eſſe ratus, quod erat uerum. Medabam quidem & Samagam cum proximis, nec non & Sicimam, et Angarizam ipſe capit: & inſuper his Cuthęorum genus, adiacentia phano loca incolentium, exemplo eius quod eſt Hieroſolymis ædificato capit. Idumææ quoq; non paucas alias ciuitates, & præterea Adoreon & Mareſan. In Samariã uero uſq; progreſſus, ubi nũc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege cõdita, ex omni eam parte cõcluſit, filioſq; ſuos Ariſtobolũ & Antigonũ obſidioni præfecit. Quibus nihil remittẽtibus, adhoc famis penuria, qui erant intra ciuitatẽ uenerunt, ut etiã ſuam carnẽ cogerentur attingere. Igitur Antiochũ adiutorem ſibi aduocãt. Spondium cognominatũ. Qui cum prõpta eius uoluntate paruiſſet, ab Ariſtobolo et Antigono ſuperat̃, & ille quidẽ ad Scythopolim uſq; perſequẽtibus eum, memoratis fratribus effugit. Hi uero in Samariam reuerſi, & multitudinẽ iterũ intra murũ compellũt, & expugnata ciuitate, ipſam diruunt, & habitatores eius captos abducũt. Proſpere autem geſtis ita cedẽtibus alacritate refrigeſcere nõ ſinebãt, ſed cum exercitu Scythopolim uſq; progreſſi & ipſam peruaſerunt, et agros intra Carmelũ oẽs inter ſe partiti ſunt. Secundarũ autẽ rerũ Iohannis & filiorũ eius inuidia ſeditionem gentiliũ concitauit. Multiq; aduerſus eos collecti ſunt, nec quieſcebant, donec aperto bello deuicti ſunt. Reliquũ uero tẽpus Iohannis cum fortunatiſſime uiueret optime rebus per annos XXXIII. adminiſtratis, & V. relictis filijs moritur, uir plane beatiſſimus, & qui nullam dediſſet occaſionem, cur eius cauſa de fortuna quiſpiam quereretur. Denique tria maxime præcipua ſolus habebat, quia princeps et põtifex: præterea et propheta, cum quo deus ita colloquebatur, ut futurorum nihil penitus ignoraret. Quinetiam de duobus maioribus filijs ſuis, quod rerum domini permanſuri non eſſent, ante uidit & prædixit. Quorum uitæ qui fuerit exitus, narrare non indignum uidetur, quantumque a paterna felicitate diuerterint. Patre namque mortuo, natu maior Ariſtobolus translato in regnum principatu, diadema

diadema ſibi primus impoſuit, CCCC.LXXV. annis ac tribus mẽſibus, poſtq; populus in eam terram aduenit, ſeruitio, quod apud Babylonas ſuſtinuit, liberatus. Fratrẽ uero a ſe ſecundũ Antigonum, (nanq; illũ diligere uidebatur,) in honore pari producebat. Alios autem uinctos cuſtodiæ tradidit, matremq; itidẽ conligauit, auſam aliquid de poteſtate cõtendere, nanque hanc rerũ dominam Iohannes reliquerat, eoq; crudelitatis proceſſit modo, ut uictam fame necaret. Horum autem facinorum pœnas Antigoni fratris morte perſoluit, quem plurimum amabat, quemq; habebat regni participem. Nam & hunc interemit, adductus criminationibus per maleuolos regni compoſitis. Ariſtobolus uero poſt necem matris atq; Antigoni fratris digniſſimo ac crudeliſſimo uiſcerũ dolore tortus, deteſtabiliter moriẽ, cum nõ plus anno regnaſſet. Vxor uero eius fratrũ uinculis diſſolutis, regẽ cõſtituit Alexãdrum, qui ætate maior erat, & modeſtia præſtare uidebat.

De reædificatione Carthaginis, & de ſeditione ſeruorum orta Romæ ſpe libertatis, qualiter etiam Galli Allogobrogẽſes & Galli Aluernorum à Romanis victi atque deleti ſunt. Tuncq; incendium Aethnæ Catinenſes afflixit. Cap. VIII.

QVibus etiam temporibus iubente ſenatu, Carthago iterum reædificatur, anno XXII. poſtquam fuerat reuerſa, deductis illuc Romanorum ciuibus cum familijs repleta ac reſtituta eſt. Romæ etiam ſeditio orta eſt, quam Gracchus & Flaccus excitauerant tribuni, ſeruis libertatem, agroſq; publicos diuidere, promittentes. Quo tumultu amplius tria milia necata ſunt in urbe, cum authoribus ſeditionum. Quibus diebus Metellus bellando peruagatus, Baleares inſulas edomuit. Tunc etiam Domitius proconſul Allobrogas Gallos iuxta oppidum Vindalium grauiſſimo bello uicit: maxime cum elephantorum noua forma, equi hoſtium, hoſteſq; conterriti diffugiſſent, XX. M. ibi Allobrogum cæſa referuntur, III. M. capta ſunt. Eo tempore Aethna mons ultra ſolitum exarſit, & torrentibus igneis, ſuperfuſis, lateq; circum fluentibus Catinam urbem, fineſq; eius oppreſſit: ita ut tecta ædium cladis cineribus peruſta, & pergrauata corruerent. Cuius leuandæ cladis cauſa, ſenatus X. annorum uectigalia Catinenſibus remiſit. Interea Fabius conſul Bituito regi Allobrogũ Galliæ ciuitatis, bellum maximo inſtructu comparanti, adeo cum paruo exercitu occurrit, ut Bituitus paucitatem Romanorũ uix ad eſcam canibus, quos in agmine habebat, ſufficere poſſe, iactaret. Qui cum ſibi ad tranſferendas copias unum pontem Rhodani fluminis paruum eſſe intelligeret, alium compactis lintribus, cateniſq; connexum ſuperſtratis conſixis rabulis ſtruxit. Cõſerta pugna & diu grauiter agitata, uicti Galli, conuerſiq; in fugam: dum quiſque ſibi timet, coaceruatis inconſulte agminibus prepropero trãſitu pontis uincula ruperũt, ac mox cum ipſis lintribus merſi ſunt, C.LXXX. M. armatorũ, in exercitu Bituiti fuiſſe traduntur, ex quibus C.L.M. uel cęſa uel merſa ſunt. Victus Martius cõſul, Gallorũ gentẽ ſub radice Alpium ſitam, bello adgreſſus eſt. Qui cum ſe Romanis copijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

circumsepros uiderent, belloq; impares fore intelligerent, occisis cõiugibus ac liberis, in flammas se proiecerunt. Qui uero prœoccupantibus Romanis peragendæ tunc mortis suę copiã non habuerant, capticq; fuerant, alij ferro, alij suspẽdio, alij abnegato cibo, sese consumpserunt. Nullusq; omnino uel paruulus superfuit, qui seruitutis conditionem, uitę amore tolerarit. His ita se habentibus senatus Iugurthæ regi Numidiarum bellum indixit.

De Iugurtha Numidarum rege, & de consulibus, qui contra eum pugnauerunt, atque uicerunt. Cap. IX.

IGitur Iugurtha, Micipsæ Numidarum regis adoptiuus, hęresque inter naturales eius filios factus, primum hæredes suos, id est, Hiemsalem occidit, Atherbalem bello uictum Aphrica expulit. Calpurnũ deinde consulem, aduersus se missum pecunia corrupit, atq; ad turpissimas conditiones pacis adduxit. Præterea cum Romam ipse uenisset, omnibus pecunia corruptis aut attentatis, seditiones, dissensioneśque permiscuit. Quam cum egrederetur, infami satis notauit elogio, dicens: O VRBEM VENALEM, ET MATVRE PERITVRAM, SI EMPTOREM INVENERIT. Qui anno sequenti Aulum Posthumium Posthumij consulis fratrem, quem is XL. milium armatorum exercitui præfecerat, interemit, ac pene totam Aphricã a Romanis deficientem, suo iunxit regno. Deinde Metelli disciplina coercitus, duobusq; pręlijs uictus, tria milia perfugarum reddidit, trecentosque obsides dedit. Conditionem pacis non custodiens, iterum Mariani consulis (qui non illo minori astutia præditus erat) deuictus, dum de proprijs diffideret uiribus, Boccum Maurorum regem ad sua cõduxit auxilia. Cuius copijs auctus, Marianũ sæpius afflixit exercitum. Postremo apud Circam urbem antiquam, aduersus Romanos, cum quadrigentis militibus equitum instructus occurrit. Quos tribus diebus pariter bellando ita contriuit, ut omnibus desperatis Romani telis plurimi occisi, undique pressi siti ac ingenti feruore Solis, pulueręque defecti, nullam deinceps sibi sperarent salutem: dum omnia paterentur intollerabilia. Equites uero Numidarum atque Maurorum, uelut sine labore pene captos, atque circumseptos trucidabant Romanos. Subito suffragium est Romanis cœlo missum. Nimbus enim uehemens ruit, ac tempestas ualida orta est, quæ Romanos refrigerans conualescere fecit, Mauros uero atque Numidas inermes pene reddidit: dum hostilia eorum, quæ sine amento erant lubrica, scuta uero quæ ex corijs elephantorum, uelut spongia aquam ebibentia inhabilia facta sunt, qua fortuna Marius superior factus uicit. Bocchus atque Iugurtha fugientes, nonaginta milia suorum amiserunt. Ergo Bocchus cum Romanis pugnare diffidens, pacem petijt: Iugurtham dolo captum, conditione pacis catenatum ad Marium misit, quem ante currum suum triumphator abegit, & in carcere positum strangulari iussit. Præterea Iugurthini temporibus belli, Cassius consul in Gallia Tigurinos usque Oceanum persecutus, rursusq; ab ijsdem insidijs circũuentus occisus est.

De con-

De consulibus Romanoꝝ, qui contra Gallos infeliciter dimicãtes uicti atq; interẽpti sunt. Contra ąs Gallos ob uindictã cõsulũ & fines tuendos Marius consul quarto & quinto creatus, dirigit. Gallorꝝ CCCCXL. milia interfecit; prẽter mulieres & paruulos, qui sese necauerunt, in Asia uero & Syria, qui etiã tunc regnabant. Cap. X.

HInc Mallius consul & Cipio proconsul, aduersum Cimbros & Teutonas, & Tigurinos, & Ambronas, Gallorum & Germanorum gentes (quæ tunc ut imperium Romanum extinguerent, conspiraueranr) missi, prouincias sibi Rhodano fluuio medio diuisserunt. Vbi dum inter se grauissima inuidia & contentione decertant, cum magna ignominia, & periculo Romani nominis uicti sunt. Siquidem in ea pugna Marcus Aemilius consularis captus atque interfectus est, duo filij consulis cæsi: LXXX. milia Romanorum sociorumq; ea tempestate trucidata XL. milia Calonũ atq; Lixarꝝ interfecta: Athias scribit. Ita ex omni pene exercitu, X. tantummodo hoĩes qui miserum nuntiũ ad augendas miserias reportarent: superfuisse referunt. Hostes binis castris atq; XX. præda potiri: noua quadam atq; insolita execratione cũcta quę ceperãt, pessum dederunt. Vestis discissa & proiecta est: aurum argentũq; in flumen proiectum: loricę uirorꝝ conscissę, phalerę equorum disperditæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis, ex arboribus suspensi sunt: ita ut nihil prędę uictor: nihilq; uictus agnosceret. Maximus tunc Romę non solum luctus uerum etiam metus fuit: ne confestim Cimbri Alpes transgrederentur, Italiamq; delerent. Igitur Marius quarto consul, contra Gallos dirigitur: qui cum Tigurinis & Allobrogibus duobus prælijs dimicans non sine magno suorum discrimine uicit. Ex quibus CC. milia armatorum bello interfecta sunt, LXXX. milia capta: uix III. milia effugisse referuntur. Mulieres itaq; eorum paruulis suis ad saxa conlisis: cunctæ sese ferro ac suspendio peremerunt. Tutones autem & Cimbri integris copijs, Alpium niues emensi, in Italiæ plana peruaserunt. Ibique cum poculis, cibis, ac lauacris emollirẽtur, Marius quinto consul, & Catullus aduersum eos missi sunt. Qui Hannibalis ingenium secuti, in nebula deposuerunt pugnam: & in sole disposuerunt. Sol nanque cum uento ortus, exaduerso emicuit: uisus inimicorum puluis oppleuit: & splẽdor heberauit. Ita factum est, ut tanta ac terribilis multitudo, minima Romanorum clade, sua autem ultima intermitione cæderetur, CXL. eorum tunc in bello cæsa, LX. milia capta referuntur. Mulieres autem eorum per multa miserabilia mortis genera sese cum paruulis suis neci dederunt. Ita in his duobus prælijs CCCC. & XL. milia perempta sunt: absq; innumera mulierum multitudine: quæ se suosq; paruulos fœmineo furore, uirtute autẽ uirili dilaniauerunt. Quibus etiam diebus Publicius Malleolus Romanis incognitum antea facinus perpetrauit. Siquidem matrẽ suam interfecit, seruis admitẽtibus. Quam ob causam damnatus parricidij, insutusque in culleum, & in mare proiectus est. Eo quidem tempore in Syria & Asia Antiochus, qui & Orfus, regnabat, cui successit Antiochus Crippus, qui ab Antiocho Cytino regno

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulsus ac rursus Crippus Anthiogus, superato Cytino, regnum recepit. Ita ex successione aduersum se dimicantes, regnabant Syriæ & Asiæ. Quibus diebus Marcus Terentius Varro philosophus, & Cicero nascuntur. Marcus Furius poeta, cognomento Babylus, nascitur Cremonæ.

De diuersis prælijs atque seditionibus, seu de parricidijs, quæ Alexander secundus rex & sacerdos Iudæorum cum externis nationibus seu propria gente gessit. Cap. XI.

PTholomæus, qui & Alexander, pulso de regno Fiscone Ptholomæo per matrem Cleopatram, & in Cyprum secedente, regnauit annis X. Iterumq; Ptholomæus, qui a matre fuerat ejectus, regressus de fuga, regnum obtinuit, & regnauit annis VIII. quoniam Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris ciues pepulerant. A reædificatione uero templi anni sunt CCCCXII. Iudæorum uero pontificatum & regnum, ut præmisimus, post mortem Iohannis, Aristobolus susceperat. Quo etiam mortuo, ut supra meminimus, Ianneus (qui & Alexander) eius frater regnum pariter & sacerdotium Iudæorum obtinuit: & in ciues suos crudelissime regnauit. Dum enim uinculis, quibus iussu fratris alligatus fuerat, est solutus, quoniam ætate maior erat cæteris fratribus suis, & modestia præstare uidebatur: rex pariter Iudæorum & pontifex est declaratus. Sed ille potestate adepta, fratrem quidem alterum regnum appetentem occidit: alterum autem uita contentum, ablatis rebus, substantijs nudatum, secum habuit. Prelium etiam cum Ptholomæo committit: multos quidem hostium peremit: sed uictoria in Ptholomæi parte propensior fuit. Cum Theodoro autem filio Zenonis sæpius dimicauit: & superior factus, de possessionibus illius castella & loca munita suo regno adiunxit: quis a Theodoro eius exercitus usq; ad X. milia cæsus referatur. Is nanq; cum Gazam & Rafiam atq; Antidonem perdomuisset: seditiones Iudæorum perpessus, quodã die festo concitatur in eum populus. Nanq; plerunque epulæ seditiones accendunt: nec uidebatur insidias posse comprimere, nisi peregrinos haberet auxilio. Igitur crebris cum propria gente prelijs gestis, superior factus, non minus L. milibus Iudæorũ per VI. annos interfecit. Nec tamen uictorijs lætabatur, quoniam regni sui uires consumpserat. Vnde cum Iudæis conabatur reconciliari. Illi aũt inconstantiam eius moresque uarietatem in tantum oderant, ut percunctãti causam, q̃nam pacto eos sedare posset: dicerent: Si moreretur. Nam uix etiam mortuo daturos ueniam, qui multa scelerate fecisset. Pugnauit etiã cum Demetrio, quem Iudæi euocauerant sibi in auxilium. A quo uictus, recessit in montes. Immutata quippe fortuna, sui qui eum prius deseruerant, misericordia moti, relinquentes Demetrium, ad Alexandrum usque ad VI. milia se contulerunt. Quorum uirtute auctus, se bello reparauit. Demetrius huius inclinationis destitutione fractus, mox inde egressus est, non tamen reliqua multitudo ob abscessum auxiliorum simultates deposuit: Sed cum Alexãdro tamdiu bello assiduo

assiduo decertauit, donec plerisq; interfectis uictor Alexander cæteros captos Hierosolymam adduxit. Verum immoderata fecit iracundia, ut crudelitas eius ad impietatem usque procederet, D. CCC. enim eorum in media ciuitate cruci affixos, mulieres eorum atq; filios in conspectu ipsorum necauit, atque hoc porans, & cum suis concubinis recubans prospectabat. Tantus autem populũ terror inuasit, ut etiam diuersæ partis studiosi, proxima nocte VII. milia extra totam Iudæam profugerint. Quorum exilio mors Alexandri finis fuit. Cum eiusmodi factis tandem ægre otium regni quæsisset, ab armis requieuit. Ergo qui latius eius actus scire uoluerit, tertiumdecimum Iosephi librum antiquitatis historiæ legere curabit. Belli autẽ requiem secutum est morbi principium. Qui XXX. & VII. regni anno moritur. Coniugis suę Alexandræ regni reliquit gubernacula, Iudęos ei uel maxime audientes fore non dubitans, quod longe ab eius crudelitate discrepans, & iniquitati resistens, benecuolentiam sibi populi comparasset, neque spes eum fefellit.

De bellis socialibus, quæ Romani perpessi, quando tota Italia ab eis defecit, & de portentis diris atq; mirabilibus, quæ hæc mala præcesserunt. Cap. XII.

QVibus etiam diebus Romanos multiplices perturbauerunt calamitates, quamuis iam domini multarũ uocitarẽtur gentium, quas succinctæ breuitatis gratia trãscurrere statui. Sed si qui eas plenius scire uoluerit, quintum librum Orosij legat. Igitur Saturninus tribunus plebis, excitati tumultus in urbe author extitit, qui cum Mario consule sexto, & Glaucia prætore conspirauit. Primum Metellum Numidicum, uirum acerrimum, innocentem, per scelus iudicum, qui eiusdem factionis erant, in exilium cum totius urbis dolore miserunt. Idem Saturninus Memmium, uirum acrem & integrum, fieri consulem timens occidit, ac deinde contentionem agens in domo sua, ab alijs imperator, ab alijs uero rex est appellatus. Quam temeritatem indignantes Romani, authore Mario consule Saturninum & eius factionis authores interfecerunt. Quorum bona omnium publicanda decreuerunt. Itaque interfectis tantæ coniurationis seditiosis, quies populo fuit. Inde Rutilius uir integerrimus, periurio iudicum condemnatus est. Qui Smirnam commigrans, literarum studijs intentus consenuit. Igitur IVLIO CAESARE & Marco Philippo consulibus, intestinis causis, sociale bellum totam commouit Italiam. Siquidem Liuius Drusus tribunus plebis Latinos omnes spe libertatis illectos, cum placitum explere non posset, in arma excitauit. Quibus malis ANEXIVS domi suæ, incerto quidem authore interfectus est. Igitur Picentes, Vestini, Marsini, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, Gaium Seruilium prætorem legatum ad se missum, apud Asculum occiderunt. Statimque clausa ciuitate, omnes ciues ROMANOS indicta cæde, iugularunt.

Conti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Continuo atrocissimam perniciem infamissima præcessere prodigia. Nam que omnium generum animalia, quæ manus hominum blande perpeti atq; inter homines uiuere solita erant, relictis stabulis, pascuisque, cum balatu, hinnitu, mugituque miserabili, ad syluas montesque fugerunt. Canes quoque, quorum naturæ est extra homines esse non posse: lachrymosis ululatibus uagi luporum ritu oberrarunt. Tunc etiam sub ortu solis globus igneus a regione septentrionis, cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Arentinos cum panes per conuiuia frangerentur, cruor medijs panibus fluxit. Præterea per septem continuos dies, grando lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissime uerberauit. In Samnitibus uastissimo hiatu terræ flamma prorupit: & usque in cœlum extendi uisa est. Complures præterea in itinere uidere Romani globum coloris aurei, cœlo ad terram deuolui: maioremque factum, rursus a terra in sublime ad orientem ferri, ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Igitur Gneius Pompeius prætor cum Picentibus iussu Senatus bellum gessit, & uictus est. Postquam sibi Samnites Papium Mutilium imperatorem præfecerant: Marsi autem Agmennonem archipiratam præoptauerant, Iulius Cæsar Samnitum pugna uictus, cæso fugit exercitu. Rutilius consul Marium propinquum suum legatum sibi legit, quem assidue submonentem moram bello uisem fore, & paulisper in castris exerceri militem oportere tyronē: dolo id agere ratus, contempsit, seseque in insidias Marsorum, & uniuersum agmen exercitus sui incautus iniecit. Vbi & ipse consul occisus & multi nobiles interfecti: & VIII. milia Romanorū militum cæsa sunt. Arma & corpora interfectorū in conspectu Marij legati Tolenus Fuluius pertulit, atq; in testimoniū cladis euexit. Marius raptis continuo copijs, uictores insperatus oppressit: & VIII. milia ipse Marsorum interfecit. Capio autem a Vestinis & Marsis deductus in insidias, cum exercitu trucidatus est. Lucius uero Iulius Cæsar, postquam apud Eserniam uinctus aufugerat, contractis undiq; copijs aduersus Samnites & Lucanos dimicans: multa hostium milia interfecit. Cumq; ab exercitu imperator appellatus esset, Romāq; nuntios de uictoria misisset: senatus saga, hoc est, uestē mœroris, quam exorto sociali bello sumpserat, hac spe arridente deposuit: atque antiquū togæ decorem recuperauit. Marius deinde VI. milia Marsorum cæcidit, VII. milia armis exuit. Sylla cum XX. & IIII. cohortibus Eserinam missus, ubi artissima obsidione Romani ciues & milites premebantur, maximo bello & plurima cæde hostium urbem sociosque seruauit. Gneius Pompeius Picentes graui prælio fudit: qua uictoria Senatus laticlauia, & cætera dignitatis insignia recepit: cum togas tantummodo de uictoria Cæsaris, primum respirante, sumpsisset. Portius Cato prætor: & rursus Plotius legatus, Vmbros plurimo sanguine impenso, & difficillimo labore uicerūt: Gncio Pompeio, L. Portio Catone consulibus. Pompeius diu obsedit Asculum ciuitatem: nec tamen expugnasset, nisi populum in campum prorū-

prorumpentem, grauissima opressione uicisset. X. & VIII. milia Marsorū in ea pugna cum Franco imperatore suo cæsa sunt. Eadē die Picentes congressi, & uicti sunt. Quo etiam tēpore Sylla Samnites, bello superauit & uicit: quo prælio X. & VIII. milia Samnitum cęsa sunt. Ergo Marrucini, Vestini a Sulpicio legato Pompei persecuti atq; uastati sunt. Ab eodem etiam Sulpicio imperatores Italici horribili prælio oppressi sunt & occisi. Pompeius Asculum ingressus, prætectos, centuriones, cūctosq; principes eorū uirgis cæcidit, securiq; percussit: seruos prędamq; oēm sub hasta uendidit: reliquos liberos quidem, sed nudos & egentes abire præcepit.

De Ciuilibus bellis, quæ inter Syllam & Marianos gesta sunt, & usq; ad decimum annū protracta: quibus lectissimorum CL. milia cæsa sunt. Cap. XIII.

Igitur nondum finito sociali bello, Romæ primum bellum Ciuile motum est. Eodemque anno Mitridaticum bellum, & si minus infame, non tamen minus graue cœptum est. Itaque Marius septimum consulatum, & bellum suscipere Mitridaticum affectauit. Dum Syllæ consuli contra Mitridatem in Asiam cum exercitu profecturo, in Campania hæc res innotuisset: confestim ira indignationeq; permotus, Romam reuersus est. Siquidem ante urbem Marij legatum, quasi primā uictimam, Ciuilis belli occidit, mox urbem irrupit. Marius uero cum permouere nobilitatem, inflammare plebem, ordinem equestrem perarmare, aduersus Syllam frustra tentasset: tandem in Capitolium concessit. Sed partibus Syllanis ibi grauiter contritis, ab eo diffugit magna suorum cæde: ibique tunc Sulpicius Marij collega occisus est. Marius quoque fugiens, cum persequentum instantia circumseptus esset: in Minturnensium paludibus sese abdidit. E quibus infeliciter luto oblitus ignominioseque protractus, turpi autem spectaculo, Minturnas deductus, contrususque in carcerem: percussorem ad se missum, solo uultu exterruit. Deinde lapsus a uinculis in Aphricam transfugit: solutoque ex Vtica filio, ubi is in custodia obseruabatur, continuo Romam regressus: Cinnæ consuli societate scelerum coniunctus est. Igitur ad profligendam uniuersam Rempublicam, exercitum sibi in quatuor partes diuiserunt. Tres siquidem legiones Mario datæ: parti copiarum G. Carbo præpositus est, partem Sertorius accepit: Ille, scilicet Sertorius iam hic Ciuilis belli incentor & particeps. Qui etiam hoc finito, aliud post Hispaniæ bellum excitauit: quod per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit. Cætera uero exercitus portio Cinnam secuta est. Porro Gneius Pompeius, qui a Senatu cum exercitu accersitus, ut Reipublicæ opitularetur, & diu sese nouarum rerum occupatione suspenderat, contemptus a Mario, uel Cinna, ad Octauium alterum consulem sese contulit, & mox cum Sertorio conflixit. Infelicem pugnam interuentus noctis diremit: DC. ex utraque parte milites trucidati sunt. Igitur Marius Coloniam Ostiensem ingressus, oīa ibi genera libidinis, auaritiæ, & cru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& crudelitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interijt. Exercitus uero eius pestilentia correptus, pene totus absumptus est. Nam XI. milia uiroꝝ de castris Pompei mortua: VI. milia autem de parte Octauij consulis desiderata sunt. Marius Antium & Aritiam ciuitates hostiliter irrupit, cūctosque in his præter proditores interfecit, bona suis diripenda permisit. Post Cinna consul cum legionibus, & Marius cum fugitiuis ingressi urbem, nobilissimos quosq; e senatu, & plurimos cōsulares uiros interfecit. Sed quota hæc portio ostentatæ miseriæ est, uno uerbo diffinisse ędem bonoꝝ: eius fuit tanta numerositas, tanta diuturnitas, tanta crudelitas, tanta quoq; diuersitas? De qbus etiā auditis posteri perhorrescant. Igitur Marius cum interfectorum ciuium capita, illata conuiuijs, oblata Capitolijs, collata Rostris, ad spectaculum congereret, ac septimum consulatum cum Cinna tertio consule peruasisset, in exordio consulatus imperij sera tandem morte præreptus est. Cinna bonorum neces, malorum ędę suppleuit. Nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis prædandi esset, nullamq; partem authoribus prædæ consulibus ministraret, in forum quasi stipendij causa solicitata militibusq; circumdata, inermis extincta est. Cæsa sunt illa die in foro urbis VIII. milia fugitiuorum: idemq; Cinna quarto consul, ab exercitu suo interfectus est. Interea residui senatorum qui potentiam Cinnæ, Marij crudelitatem, insaniam Frimbrię, Sertorijq; audaciam fuga euaserant, transuecti in Græciam, coegere precibus Syllam: ut periclitanti imo iam plane perditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox ut Campanium littus attigit, Norbanum consulem prælio oppressit, VI. milia tūc Romanorum Romani interfecerunt: VI. milia eorundem ab ijsdem capta sunt: CXX. & IIII. de Syllana parte ceciderunt. Fabius uero Hadrianus, cui imperium pro prętore erat, regnum Aphricę seruorum manu affectās apud Vticam congestis sarmētis, cum omni familia uiuus incensus est. Damasippus prætor, incentore Mario consule, Q. Sceuolam, G. Carbonem L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consultandū uocatos, crudelissime occidit: corpora interfectorum carnificis unco tracta, atq; in Tyberim missa sunt. Eodem tępore Syllæ duces, plura prælia aduersus Marianas partes, infelicissima felicitate gesserunt. Nam & Q. Metellus Carinatas copias ędidit, & castra peruasit: & G. Pompeius Carbonis equitatum grauiter trucidauit. Syllę etiam & Marij adolescentis, maximum tunc prælium apud sacri portū fuit. In quo de exercitu Marij cæsa sunt XXV. milia: sicut Claudius scribit. Pompeius carbonem etiam castris exuit, fugientemq; insecutus, nunc cædendo, nunc ad deditionem cogendo, plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbuani agmen oppressit: ubi IX. milia Mariānæ partis occisa sunt. Lucullus cum a Quinto obsideretur, erupit: & rupentina pugna obsessorem deleuit exercitus. Nam plus q̄ X. milia ibi tunc cæsa referuntur. Sylla deinde cum Campanio Samnitum duce, & Carrinatis reliquis copijs, ante ipsam urbem portamq; Collatinam ad horam

horam diei nonā signa cōtulit, grauissimoq; prælio tandē uicit, LXXX. M. hoīm ibi fusa dicuntur, XII. M. sese dediderunt, reliquam multitudinē in fugam uersam, insatiabilis uictorum ciuium ira cōsumit. Sylla mox urbem uictor intrauit III. M. hoīm, qui se per legatos dediderant, contra fas, contraq; fidem datam, inermes, securosq; interfecit. Plurimi tunc quoq; ut non dicam innocentes, sed etiam ipsius Syllanæ partis occisi sunt: quos fuisse plusq̄ IX. M. ferunt. Ita libere per urbem ędes, percussoribus passim uagantibus, ut quocunque uel ira, uel præda solicitabat, agitabantur. Igitur cunctis iam quod singuli timebant, aperte frementibus, Q. Catulus palam Syllæ dixit: Cum quibus tandem uicturi sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Postq̄ uero in urbe uiri consulares, prætores, senatores, passim sine consideratione deleti sunt, quos in tabulis cruentissime descripserant: inde Sylla Prenestę profectus est, omnes Marianę militię principes, hoc est, legatos, quæstores, præfectos & tribunos, iussit occidi. Pompeius Carbonem Marianum ducem, in Aegyptum fugere conantem, comprehendit & occidit. Idem Pompeius in Aphricam transgressus, eruptione circa Vticam facta, X. et VIII. M. hoīm interfecit. Eo bello Domitius dux Marianus, dum inter priores pugnat, occisus est. Hirtam Numidiæ regem persecutus, fugientemq; omnibus copijs nudatum interfecit. Sylla demum dictator creatus est, ut damnationis & crudelitatis libido, honesti nominis reuerentia & armaretur & uelaretur. Nouissime Sylla potestate priuatus est. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum & ciuile Syllanum. Hæc per annos X. tracta, plusq̄ C. L. M. Romanoꝝ consumpserunt, tantumq; lectissimoꝝ uirorum, uernaculorumq; militum Roma hoc ciuili bello perdidit: quantum in ea superiore tempore cum se iam aduersus Alexandrum Magnum circumspiceret, in discretis ætatibus census inuenit. Præterea uiros consulares, XXX. & IIII. prætorianos XXXVI. LX. senatores fere, absq; innumeris totius Italiæ populis, qui passim sine consideratione deleti sunt. Igitur Sylla mortuo, Lepidus Marianæ partis assertor, aduersus Catulum Syllanum ducem surgens, rediuiuos bellorum ciuilium cineres suscitauit. Bistucatiæ certatum est. Plurimi Romanorum iam ipsa paucitate miserorum & adhuc illo furore insanientium cæsi sunt: Albanorum ciuitas obsidione oppugnata, atq; exeruciata fame, ultima miserabilium reliquiarum deditione seruata est. Ibi tunc Scipio Leppidi filius, captus atq; occisus est. Brutus in Cisalpinam Galliam fugiens, persequente Pompeio, apud Regium interfectus est. Ita hoc bellum ciuile, non magis dementia Catuli, q̄ tędio Syllanę crudelitatis, ut ignis in stipula eadem celeritate, qua exarsit euanuit. Quibus etiam diebus Terentius Varro in prouincia Narbonensi nascitur, qui postea trigesimumquintum annum agens, Greęcas literas summo studio didicit. Cicero nanq; Athenas succedit Rusti eo, defenso contra Chrysogonum. Deinde post triennium Romam regreditur, qui XXVI. ætatis suæ anno, etiam Quintium defendit: quo in tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore Plotius Gallus Romæ, Latinam Rhetoricã primus docuit. De quo Cicero sic refert: Memoria teneo nobis pueris, primum Latinam edocere cœpisse Plotium quendam. Tunc Lucius Pomponius Bononiensis, Catullanorum scriptor, clarus habebatur. Lucretius etiam poeta nascitur. Qui amatorio poculo hausto, in furorem uersus, aliquos libros per interualla insaniæ scripsit, quos postea Cicero emendauit.

Regnante Ptholomæo Dionysio, Alexandra Salina Alexandri regis uxor Iudæorꝝ rexit populum. Et ea quæ ibi illis contigerunt diebus. Cap. XIIII.

PTholomæus Dionysius, annis XXX. A reædificatione uero templi, anni erant CCCC.XXX. Regnum uero Iudæorꝝ Alexandra Salina Alexãdri regis uxor, ut præmisimus, habebat. Quę cum duos filios ab Alexandro generatos haberet, natu quidẽ maximũ Hircanum, propter ætatem declarauit pontificẽ, & propter modestiam regem cõstituit, minorẽ autem Aristobolũ priuatum uiuere maluit, q̃d feruẽtioris esset ingenij. Ipsa uero Alexãdra, qui sacras temerassent leges, ab initio detestabatur: religioni tamẽ diuinæ superstitiose deseruiẽs. Qua de re iungũt se eidem mulieri pharisæi, quoddã Iudęorꝝ collegium, qui præter alios pietatem colere putarent, & peritius leges exponebãt. Ob eam causam propius eos aspiciebat. Illi autẽ paulatim fœminæ simplicitatẽ despicientes, oẽs pro sua libidine submouendo, ac deponendo, uinciendo, ac soluendo q̃s uellent, ordines Reipublicæ cõfundebãt prorsus, ut ipsi quidẽ regijs cõmodis fruerentur, expẽsas ac difficultates Alexãdra perferret. Sed ea dẽ mire callebat res administrare maiores. Itaq; augendis copijs semper intẽta, duplicẽ conflauit exercitũ. Neq; pauca peregrinorꝝ parauit auxilia, quibus nõ modo statum gentis suæ roborauit, sed etiã metuendam se reddidit externæ potentiæ. Imperabat autẽ alijs: uerum Pharisæis ipsa ultro parebat. Denicq; Diogenem quendã insignem uirũ, qui Alexandro fuisset amicissimus, interfecerunt, eius cõsilio criminantes, ut DCCC. quos supra memoraui, regis iussu tollerentur in crucẽ. Nihilominus autem Alexandrę suadebant, ut & alios, quibus authoribus in illos fuisset Alexãder excitatus, occideret. Cumq; his nimia superstitione nihil abnuẽdum putaret, quos sibi libuisset, ea specie trucidabant: donec optimatũ quisq; ad Aristobolũ confugerent, quorꝝ periculum agebatur, atq; ille matri persuasit, ut his propter dignitatẽ parceret, ciuitate autem pelleret, quos nocentes existimaret. Illi quidẽ data sibi copia, per agros dispersi sunt. Inter hæc Alexandra, morbo laborante, minor eius filius Aristobolus, cum seruis suis, quos multos habebat, omnesque pro ætatis feruore fidissimos, uniuersa castella obtinuit, & pecunia quam ibi reperit, conductis auxilijs regem se declarauit. Ob hæc miserata querelis Hircani mater, coniugem Aristoboli cum filijs includit, apud castellum, q̃d a septentrione phano adiacens, Baris antea uocabat, ut diximus: postea uero Antoniũ cognominatũ est, imperante Antonio, quemadmodũ de Augusti et Agrippę noĩe, Sebaste et Agrippas et alię ciuitates appellatę sunt.

Ante

Ante tamen Alexandra moritur, quam in Aristobolũ Hircani fratrem illius contumelias uindicaret, quem deiecì regno curauerat, quod ipsa nouem per annos administrauit, & hęres quidẽ omnium fit Hircanus, cui regnum etiam uiua commiserat.

De diuersis fragoribus bellorum, quibus Roma perterrita est. Quorꝝ unum fuit in Hispania, aliud in Macedonia, tertium in Pamphilia, quartum in Dalmatia. Cap. XV.

INterea apud Romanos hæc gerebantur. Sonantibus undicq; bellorum fragoribus, quorum unum in Hispania erat, aliud in Pamphilia, in Macedonia tertium, quartum in Dalmatia. Exanguis adhuc atq; exhausta intestina permicie, tanquam febribus, Romana Respublica, propulsare armis occidentis, Septentrionisq; fortissimas gentes cogebatur. Sertorius siquidem uir dolo atque audacia potens, cum partium Marianarum fuisset, Syllam fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispanias, bellicosissimas, ferocissimasq; gentes in arma excitauit. Aduersus hunc ut breuiter diffiniã, duo duces missi, Metellus & Domitius. Quorꝝ Domitius ab Hirtulegio Sertorij duce, cũ exercitu oppressus est: Manilius procõsul Galliæ in Hispaniã cum tribus legionibus, & M. D. equitibus transgressus, iniquam cum Hirtulegio pugnam conseruit. A quo castris, copijsq; nudatus, in oppidum Hilerdam pene solus refugit. Metellus multis prelijs fatigatus, per deuia oberrans hostẽ mora fatigabat, donec Pompei castris consociaretur. Pompeius contracto apud Palantiam exercitu, Lauronem ciuitatem, quam tunc Sertorius oppugnabat, frustra conatus defendere, uictus aufugit. Sertorius superato, fugatoq; Pompeio, Lauronem ciuitatem cruẽtissime depopulatus est. Reliquum agmen Lauronensium, quod cædibus superfuerat, miserabili in Lusitaniam capriuitate transduxit. Pompeium autem, hoc est, illum Romanorꝝ ducem a se uictum fuisse, gloriatus est, quem magna prędituin fidutia, ad hoc bellum non pro consule, sed pro consulibus Roma misisset. Fuisse tũc Pompeio XXX. M. peditum, M. equites, Galba scribit: Sertorium autẽ LX. M. peditum, VIII. M. equitum habuisse cõmemorat. Postea uero Hirtulegius cum Metello cõgressus, apud Italicã Beticæ urbem, XX. M. militum perdidit, uictusq; in Lusitaniã cum paucis refugit. Pompeius Belgidam nobilẽ Celtiberię urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompeio cõgressus, X. milia militum eius interfecit: ex alio cornu uincẽte Pompeio tantundem pene ipse perdidit. Multa præterea inter eos prælia gesta sunt. Memmius quęstor Pompei, idemq; uir sororis eius occisus est, Hirtulegij fratres interfecti. Perpenna, qui se Sertorio iunxerat, comminutus est. Postremo ipse Sertorius X. demum anno belli inchoati, ijsdem quibus & Viriatus suorũ dolis interfectus, finem bello fecit, Romanisq; uictoriam sine gloria dedit, quamuis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit, qui a Pompeio uictus, cum uniuerso exercitu suo interfectus est, ciuitates uero cunctas in Hispania ultro Pompeius ac sine mora per deditionem rece-

N ij pit ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit ac euertit. Interea Macedonicum bellum Claudius sortitus, uarias gentes, quæ Rhodopeis montibus circumfusæ sunt, ac tunc Macedoniam crudelissime populabãtur, subegit. Nam inter cætera dictu, audituq; horrida, quæ in captiuos agebant, raptis cum poculo opus esset humanorum capitum ossibus cruentis, capillatisq;, adhuc ac per interiores cauernas male effosso cerebro, oblitis auide ac sine horrore tanquam ueris poculis utebantur. Quarum cruentissimi atq; immanissimi scordici erant. Has itaq;, ut dixi, Claudius pellere Macedoniæ finibus bello attentauit, magnisq; se malorum molibus obiecit. Vnde cum animo æger, & curis circumseptus, morbo insuper correptus esset, interijt. Huius successor Scribonius attentarum superiori bello loco gentium declinans uim, in Dardaniam arma cõuertit, eamq; superauit. P. uero Seruilius exconsul Cyliciam & Pamphiliam crudelissime adortus: dum subdere studet, pene deleuit. Liciam & urbes eius obsessas, oppressasq; cepit. Præterea Olympũ montem peruagatus, Phasidem euertit, Coricium diruit. Tauri quoq; montis latera in Cyliciam uergẽtia perscrutatus, Esauros bello fractos, in deditionẽ redegit. Primus Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit. Triennio emenso quo bellum gestum est, Isaurici nomen assumpsit. Coseonius procõsul sortitus Illyricum, protrita, subactaq; Dalmatia, Salonas urbem florentissimam post biennium tandem expugnauit & cepit.

De gladiatoribus, qui e ludo effugientes, multa & pernitiosissima bella contra Romanos dominos suos excitauerunt. Cap. XVI.

LVcullo itaq; & Cassio consulibus, gladiatores LXX. & IIII. Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugerunt. Qui continuo ducibus Crixo & Inomao Gallis, & Spartago Thrace, Vesubium montem occupauerunt. Vnde erumpendum aduerterunt: inde per Consentiam, & Metapontũ circumducti, ingẽtia breui agmina collegerunt. Nam Crixo decem milium multitudo, Spartago autem triplex tũc numerus fuisse fertur. Inomaus enim iam in superiore bello fuerat occisus. Itaque cum cædibus, incendijs, rapinis, stupriscq; omnia miscerent, in exequijs captiuæ matronę, quæ se dolore uiolati pudoris necauerat, munus gladiatorium ex CCCC. captiuis, scilicet, quod expectandi fuerant: expectaturi, utpote lanistæ gladiatorum potius quam militum principes ædiderunt. Deinde consules Gellius & Lentulus aduersum eos cum exercitu missi sunt. Quorum Gellius Crixum acerrime pugnantem prælio oppressit: Lentulus a Spartago superatus aufugit. Post etiam collatis frustra ambo consules copijs, ac cepta graui clade, fugerunt. Dehinc G. Cassium proconsulem idem Spartagus oppressum bello, interfecit. Itaq; exterrita ciuitate nõ minore propemodum metu, quam sub Hannibale circa portas fremente trepidauerat: Senatus Crassum cum legionibus consulem nouo supplemento militum misit. Is mox ut fugitiuorum pugnam iniit, VI. M. eorum interfecit, D. CCCC. uero cepit. Inde priusquam ipsum Spartagum ad caput Silari fluminis castra metã-

tem, bello aggrederetur, Gallos auxiliatores eius, Germanosq; superauit: E quibus XXXIII. M. hominum, cum ipsis ducibus occidit. Nouissime ipsum Spartagum dispositа acie congressum, maximasq; cum eo fugitiuorum copias perculit. Nam LX. M. eorum cæsa, VI. M. capta referuntur: III. M. Romanorę recepta sunt: cæteri, qui ex hoc bello lapsi, oberrabant, per complures duces frequenti indagine contriti sunt.

De diuersis prælijs in Oriente gestis, id est, quæ Mitridates prius prospere, demum infeliciter gessit. Et de his, quæ Sylla & Lucullus & cæteri eo tempore Romani exercitus duces peregerunt. Cap. XVII.

IGitur Mitridates rex Ponti atq; Armeniæ, postq; Nicomedem Bythiniæ regem amicum P. R. regno priuare molitus est, atq; a senatu monitus, si id facere tentaret, bellum sibi a P. R. inferendum fore: iratus Cappadociam continuo peruasit, atq; expulso ab ea Ariobarzane rege cunctam prouinciam igni, ferroq; uastauit. Bythiniam deinde pari clade corripuit, Paflagoniam simili exitu afflixit, pulsis ex ea Philomene & Nicomede regibus. Cum uenisset Ephesum, crudeli præcepit edicto: ut per totã Asiam, quicunq; inuenti essent ciues Romani, sub una die omnes necarentur. Et factum est. Nec explicari aut comprehendi ullo modo uerbis potest, quæ tunc multitudo Romanorum ciuium cæsa sit. Quis meeror plurimarq; prouinciarum, quis gemitus occidendorę pariter atq; occidentium fuerit, cum singuli quicq; aut prodere innocentes hospites & amicos, aut ipsi periclitari pœna hospitum cogerẽtur. Archelaus quoq; dux Mitridatis, cum C. XX. M. peditum atq; equitũ in Achaiam præmissus, Athenas, cunctamq; Græciæ partem, ui per deditionem obtinuit. Sylla cui post cõsulatum, Mitridaticum bellum obuenerat, Archelaum apud Pyreum Atheniẽsium portum septemplici muro communitum, diu obsedit, ipsamq; Atheniẽsium urbem ui cepit. Postea iusto prælio cum Archelao conflixit, C. X. M. de exercitu Archelai interfecta: uix X. M. superfuisse referuntur. Cõperta clade Mitridates, lectissima LXX. M. militum Archelao in subsidiũ misit ex Asia. Secũdo prælio L. M. ex his interfecta sunt, ibiq; Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiæ, quas Archelaus habebat, extinctæ sunt. Nam XX. M. militum eius in paludem pulsa, cum Syllæ fidem implorarent, insatiabili ira uictoris interfecta sunt: totidemq; alia in flumen coacta ac necata, reliqui miserorę passim trucidati sunt. Porro Mitridates in Asia nobilissimarum urbium principes occidere, bonaq; eorę publicare, animo intẽderat. Cumq; iam M. DC. ita interfecisset, Ephesini exemplum uerẽtes, excluso præsidio eius, portas obiecerunt. Similiter Smirnei, Sardi, Colophonij, Trallianiq; fecerũt. Perturbatus Mitridates, per Archelaum ducem suum, cum Sylla pacem pepigit. Interea Fimbria Marianorę scelerum satelles, homo omnium audacissimus, Flaccum consulem, cuius legatus erat, apud Nicomediam occidit, ac mox arrepto exercitu Mitridatis filium ex Asia ad Militopolim fugat, stationemque regis inuadit, ipsumque Perga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pergamo pellit,fugiẽtemq; inſecutus,apud Phitanam obſedit. Et profecto cepiſſet, ſi Lucius Lucullus ciuilibus diſcordijs curam Reipublicæ prætu liſſet,eumq; mari coartare obiecta claſſe uoluiſſet. Inde Fimbria Ilienſibus iratus,a quibus pro Syllanæ partis ſtudio, obiectu portarum repulſus ui debatur,ipſam urbem Militum, antiquã illam Romæ parentem,funditus cæde, incendioq; deleuit:ſed eam Sylla cõtinuo reformauit. Idem Fimbria apud Thiathirã cum exercitu Syllę obſideretur,deſperatione adactus,in tẽ plo Aeſculapij manu ſua interfectus eſt. Fãnius et Maius de exercitu Fim briæ profugi,Metridati ſeſe adiunxerunt. Quorũ hortatu Mitridates cum Sertorio per legatos in Hiſpaniã miſſos,fœdus pepigit. Sertorius ad eum M. Marium,firmãdi fœderis cauſa miſit. Quem rex apud ſe retẽtum,bre ui ducem fecit:in locum Archelai,qui ſe ad Syllam cum uxore,liberiſq; cõ tulerat. Marius & Eumachus duces,a Mitridate aduerſus Lucullũ miſſi, magno exercitu breui cõgregato,cum P. Rutilio apud Chalcedonam con greſſi ſunt,eumq; cum plurima exercitus ipſius parte cęciderũt. Lucullus Mitridatem Cizicenos obſidẽtem foſſa cinxit,eumq; q̃d faciebat pati com pulit. Itaq; ad ipſos Cizicenos, ut bono animo eſſent,nuntium miſit,unum ex militibus,nandi peritũ. Qui duobus utribus ſuſpenſus mediam ipſe re gulam tenens,plãtis ſubremigans, VII. M. paſſuum tranſmeauit. Mitrida tes inopia laborans,partem copiarũ inſtructam armis,domum abire præ cepit. Quam Lucullus excipiens,uniuerſam diſperdidit. Nam amplius q̃ XV. M. hominũ tunc interfeciſſe narratur. Tunc etiam Fannius,qui ſe Mi tridati iunxerat,& Metrofanes regius prætor,a Mamerco uicti, cum duo bus milibus equitũ in Meſiam profugerunt;atq; inde Mæoniam digreſſi, in colles,campoſq; areno ſos inciderunt: ubi nõ ſolum mõtes uſti uel ſaxa, quaſi quadã ſuligine offuſcata cernuntur: uerum etiam campi ambuſto ſo lo ſqualidi per * L. M. paſſuum ſine ullo ignis uel fornacis indicio,& pen dulo in profundum cinere putres iacent. Tribus etiam locis torridæ uoragi nes oſtenduntur,quas Græci phiſas uocant. In quibus diu oberrantes,inopi natis tandẽ periculis exempti ſunt,& clam in regis caſtra uenerunt. Deiota rus rex Gallogræciæ præfectos regis bello trucidauit. Interea Mitridates apud Cizicum eadem mora, qua obſidebat obſeſſus, in magnã pœnuriã, peſtilentiamq; exercitum ſuum coartauit. Nam plusq̃ CCC. M. hominũ fame et morbo,in eadem obſidione amiſiſſe fertur, ipſe cum paucis arrepta naui, clam fugit e caſtris. Lucullus incruẽto milite ſpectator cladis alienę, nouum genus uictoriæ adeptus eſt. Mox Marium adortus,uicit,fugauit que,in quo prælio plusq̃ XI. M. Marianorum militum interfecta referun tur. Lucullus poſtea cum eodẽ Mario nauali prælio congreſſus, XXXII. naues regias,& cõplures onerarias,aut demerſit aut cepit. Multi ibi ex his, quos Sylla proſcripſerat, interempti ſunt. Marius poſtera die de ſpelunca, ubi latebat,extractus,meritas hoſtilis animi pœnas luit. Eodem uero Lu cullus impetu Apamiam uaſtauit,& ſub monte Olympo,Priuſam muni tiſſi-

Alias, D. M

tiſſimam ciuitatem capram, expugnatamq; diripuit. Mitridates aduerſus Bizantium inſtructa claſſe nauigãs,tempeſtate correptus,LXXX. roſtra tas naues perdidit. Ipſe cum quaſſa iam naui mergeretur,in Meoparonem Seleuci pyratæ,ipſo pyrata iubente tranſiliuit. Inde Senopem,ac poſt Aniſon cum magna difficultate peruenit. Lucullus Senopẽ expugnaturus obſe derat. Hanc Seleucus Archipyrata & Cleoclares Spado,qui præſidij cauſa præerat, expilatam arcq; incenſam reliquerunt. Lucullus miſerorum ho ſtium inteſtina clade permotus,celeri occurſu immiſſum reſtinxit incendiũ. Ita miſera ciuitas uerſa uice hoſtium,ſociorumq; unde defendenda diſperdi ta: & unde diſperdenda,ſeruata eſt. At uero M. Lucullus,qui Curioni in Macedonia ſucceſſerat:totam Beſſorum gentem bello appetitam, in dedi tionem recepit. Præterea Lucullus tranſgreſſus Eufraten & Tigrim,apud Tigranocertam urbem cum Mitridate & Tigrane congreſſus,paruiſſima ſuorum manu magnum hoſtium numerum occidit. Nam XXX. milia ho minum in eo bello cæſa,referuntur. Tigranes uix C. L. equitibus comitatus aufugit:diademate & thiara ne agnoſceretur abiectis. Tunc ad Lucullum totius pene Orientis,ſupplices uenere legati. Ille imminente hyeme per Ar meniam in Meſopotamiam regreſſus, Iuſibin urbem illis tunc locis in clytam,expugnauit & cepit. Iiſdem diebus pyratæ per omnia ſparſi maria,& iam non tantum intercipientes nauium commeatus, ſed etiam inſulas,pro uinciaſq; uaſtantes,impunitate ſceleris,& auiditate prędæ, uulgo ſeſe adſo ciantibus in immenſum augebantur. Quos G. Pompeius poſt multam qui dem uaſtationem, quam terra,mariq; diu egerant,mira tamen celeritate cõ preſſit. Eodem tempore Cretam inſulam per biennium Metellus euertit, diuturnoq; bello domitam,in poteſtatem redegit, legeſq; Minois Roma nis legibus permutauit. Quibus etiam diebus a Lucullo uicta Armenia ac Meſopotamia, ac Niſibin capta, Syria in Romanam ditionem ceſſit:quæ hucuſq; per reges Macedonum ab Alexandro poſſeſſa fuerat. Quo in tem pore Horatius Flaccus ſatyricus poeta Libertino patre Venuſi naſcitur. Apollodorus uero Pergamenus Græcus orator,præceptor Calidij & Au guſti clarus habetur. Igitur quæ de Catilina & Lentulo, ſiue Cicerone, Sa luſtius ſcribit, hoc geſta ſunt tempore. Marcus etiam Callidus orator cla rus habetur, qui bello ciuili poſtea Cæſarianas partes ſecutus,cum togatã Galliam regeret,Placentię obijt. Nunc ſexto uolumini finem imponere de creui, ut bella tam Romanorum ciuilia,& externis ubiq; permixta, quam etiam Iudæorum, quæ dicta ſunt,uel etiam quæ ſequuntur, quia ſic ſibi cõ tinuatim ſerie temporum, & malis ſequacibus cohæſerunt; libri ſaltem ter mino ſeparentur.

LIBRI VI. FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRECVLPHI EPI-
SCOPI LEXOVIENSIS CHRO-
nicorum Tomi prioris, Liber VII.

Cum Hircanus atq; eius frater Aristobolus de regni potestate confligunt, Pompeium iudicem prouocant. Ex quo Romanis subduntur. Cap. I.

IGITVR HIRCANVS, QVI PONtifex Iudæorum erat, etiam regni gubernacula matre ei contradicente (ut præmisimus) susceperat. Veruntamen frater eius Aristobolus, uiribus atq; authoritate præstabat. Habito autem inter eos circa Hiericunta de rerũ summa conflictu, plericq; Hircano relicto, transeũt ad Aristobolum. Hircanus autẽ cum reliquis fuga prẽuenit castellum Antoniũ, ibiq; salutis obsides nactus est. Erat itaq; ibi in custodia (ut præmisimus) cõiunx Aristoboli cum filijs. Sed priusq̃ graue aliquid fieret, ea lege in concordiã redit: ut regnum quidem Aristobolus haberet, Hircanus uero excederet quasi regis frater, atq; Irisq; cõtentus honoribus. Hoc modo in fano recõciliati, cũ in cõspectu eius cunstantis populi benignissime alter alterũ ualere iussissent, domos permutant: & Aristobolus quidẽ recedit in regiã. Hircanus aũt in Aristoboli domum. Metus uero et alios eius inimicos præter spẽ dominãtis occupat; & maxime Antipatrũ, iãdudum inuisum Aristobolo. Erat aũt genere Idumæus, et nobilitate ac diuitijs aliarũq; rerũ copia gentis suę princeps. Is ergo & Hircanũ, ut ad Aretẽ regẽ Arabię cõfugeret, eiusq; auxilio regnũ repeteret hortabat, et ipse Aretę ut Hircanũ susciperet, atq; in regnũ deduceret, suadebat, multa detrahẽs Aristoboli moribus multisq; Hircanũ laudibus prędicans. Simulq; ammonebat, q̃d eũ deceret regno clarissimo p̃sidentem, iniquitate oppressis manũ porrigere: Hircanum aũt iniuriã pati, q̃ principatu iure successionis sibi debito caruisset. Sic instructis et præparatis ambobus, noctu cũ Hircano ex ciuitate profugit: citatoq; cursu in oppidũ, q̃d Petra dicit, saluus euadit, q̃d regni sedes esset Arabię. Ibiq; postq̃ Hircanũ in manũ regis Aretę tradidit: multis dictis multisq; muneribus, ut auxiliũ ei p̃beret, quo in regnũ deduceret, effecit. Igit rex collectũ undiq; exercitum, in Iudęã direxit. Erant aũt peditũ equitũq; milia L. Quibus nequaq̃ restitit Aristobolus, sed primo impetu superatus, in Hierosolymã fugere cogit. Atq; oĩno captus esset, nisi dux Romanorũ Scaurus, horũ imminẽtem soluisset obsidionẽ. Nanq; is ex Armenia q̃dem in Syriã missus erat a Põpeio Magno: qui cum Tigrane bellũ gerebat. Sed ubi Damascũ uenit, quã retentã a Metello et Lollio cõsulibus & captã repperit, his inde summotis, cognito in Iudęa q̃d ageret, illuc uelut ad quęstũ cucurrit. Deniq; ut ingressus est fines Iudęorũ, legati ad eũ ueniũt a fratre utroq;, ut sibi potius adiumẽto esset orãtibus. Sed CCC. talẽtis, q̃ Aristobolus miserat, iustitia posthabita est.

Tot

Tot eĩ acceptis Scaurus ad Hircanum & Arabas legatos dirigit: Romanorũq; eis & Pompei nomen intentans, nisi ab obsidione desisterent. Itaq; & Aretha ex Iudæa in Philadelphiã recedit metu perculsus, & Scaurus Damascum redit. Hircanus uero & Antipater Arabũ priuati auxilio, spem in aduersarios contulerũt. Et cum Pompeius Syriã trãsgressus Damascum peruenisset, ad ipsum confugiunt: multisq; muneribus ei datis, illa tm̃ q̃bus apud Arethã usi fuerãt, allegãtes magnopere prędicabãt, ut Aristoboli uiolentiã odio dignã putaret, regnoq; Hircanũ restitueret: cui tam ętate q̃ moribus deberet. Itaq; Aristobolus auxilio Scauri fretus, Põpeio nec defuit. Sed dum ipsius gratiã minime adeptũ se cognosceret, in Hierosolymã cum indignatione discessit: belloq; iam cõgredi cum Põpeio cogitabt. Põpeius aũt nec ei tẽpus apparatui dandũ putauit, sed statim eum sequit̃, multum quippe alacritati eius addiderat circa Hiericunta mors Mitridatis nũtiata. Cũq; illic pernoctasset: mane in Hierosolymã properabat. Itaq; hoc eius impetu perterritus Aristobolus, supplex occurrit, pecuniãq; pollicitus, q̃d que semetipsum ei cum ciuitate promitteret, Pompeiũ mitigat sęuientẽ, nec tm̃ quicq̃ eorũ quę promisit, effectum est. Gabinium eĩm, qui ad suscipiendã pecuniam missus fuerat: nec in oppidum quidẽ Aristoboli socij receperũt. His cõmotus Pompeius Aristobolũ in custodiã collocat. Ad ciuitatẽ uero profectus dum lustrando eam circũiret, ut exploraret qua ex parte facilior esset ascẽsus: seditio in ciuitate exorta est: Aristoboli quidẽ socijs bellũ geri potius regẽq; liberare dignũ esse affirmãtibus, q̃ uero cum Hircano sentiebant, Põpeio portas aperiri. Deniq; uicta pars Aristoboli, cõcessit in templũ: et põte qui ciuitati iungebat abscisso, ut ad ultimũ usq; resisterẽt, instruebat. Cum aũt alij Romanos in ciuitatẽ recepissent, hisq; domũ regiã tradi dissent: ad hęc obtinẽda Põpeius unũ ex ducibus sibi obedientibus Pisonem cum militibus intromittit. Isq; præsidijs in ciuitate dispositis, q̃a nemini eorum, qui in tẽplum cõfugerant, pacẽ persuadere potuit, oĩa quę circũerant expugnationi parabat: Hircano eiusq; amicis ad cõsilia conferẽda, et ad effitiẽda quę iuberet, alacriter animatis. Ipse uero tẽplum obsidiõe cingit, turribus impositis, admotisq; machinis, mœnia tentabat irrũpere: sed lapidibus repellebant̃ et ui repugnantiũ. Mense nanq; obsidionis tertio, uix una turri deiecta, fanũ irruptũ est. Primus aũt murum transcendere ausus est Syllæ filius Faustus Cornelius, et post eũ cẽturiones duo, Furius & Fabius cum suis agminibus. Et circũsepto undiq; fano: alios cõfugientes uel etiã paulisper repugnãtes interficiũt. Multos aũt suos gẽtiles aduersæ partis studiosi trucidabant, plurimi semetipsos in rupes præcipitabãt: nonnulli furibundi cũctis quę circa murũ erãt in desperatione succẽsis, pariter cõflagrabant. Itaque Iudęorũ quidẽ XII. milia occubuerunt, Romanorũ uero perpauci, sed plures sauciati sunt. Nil aũt grauius in illa clade Iudæorũ genti uisum est, q̃ sẽtũ illud arcanũ nulli cuiq̃ prius uisum, alienis esse detectũ. Deniq; Põpeius una cũ suis comitibus in tẽplum ingressus, ubi neminẽ præter pontificẽ

adesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

adesse fas erat, quæ intus erant candelabra cum lychnis, & mensas ex quibus libare atq; adolere moris erat, & uascula ex auro cuncta perspexit: congestamque pigmentorum molem, ac sacræ pecuniæ prope ad duo milia talentorum. Nec tamen uel hæc, uel aliud quicquam de sacro sanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postera die post excidium curare templum ædituos, ne quid sordium haberet, iussit: & solennia sacra celebrare. Ipse autem Hircano pontifice declarato, quod se & in alijs rebus alacrem præbuisset, promptamq; ad bellum agrestium multitudinem ab Aristobolo reuocasset; per quæ sicut imperatorem bonum decuit, benevolentia potius, q̃ timore plebem sibi conciliauit. Inter captiuos autem comprehensus Aristoboli socer, idemq; patruus, tenebatur. Et illos quidē, qui maxime belli causa fuissent, securi percussit: Faustum uero & qui una fortiter fecerant, preclaris præmijs donat, & Hierosolymis tributum indicit. Pompeius uero a flumine Eufratre usq; ad fines Aegyptios, Scauro summa regionum negotia, cum duabus cohortibus commisit: Romamq; ipse per Ciliciam properauit, captiuum ducens Aristobolum cum familia. Erant autem illi filiæ duæ totidemq; filij, quorum unus Alexander ex itinere fugit: minor autem Antigonus cum sororibus Romam uectus est. Interea Alexander congregata manu Hircano grauius imminebat, Iudæamque populabatur: Hircanum quidem mature debellare posse credebat, uillasq; opportunas muris, hoc est, Alexandrium, Hircanium, & Macherunta, non longe ab Arabiæ montibus muniebat. Exercitum hinc inde colligere curauit: donec facta sunt ei decem milia peditum, et mille quingenti equites. Igitur Gabinius qui in Syriam missus, Scauro successerat: aduersus Alexandrum cum ualida manu militum: atq; multitudine processit Iudæorum. Quo prelio uictus Alexander, amissis VI. milibus, quorum tria uiua capta sunt, tria uero prostrata: ipse in Alexandrium confugit castellum. Quo obsidione cinctus, dum uehementius urgeri se ab hostibus cerneret, territus Alexander omnibus desperatis, legatos ad Gabinium mittit: & ignosci delictis orans, & quæ sibi parent castella Macherunta & Hircanium tradere non dubitans, quin etiam Alexandrium eiusdem potestati permisit. Quæ omnia quidem Gabinius consilio matris Alexandri, funditus eruit. Post hæc uero Gabinius Hircano Hierosolymam deducto, ei Fani curam commendauit, cæteris Reipublicæ partibus optimates præfecit, omnemque Iudæorum gentem in conuentus quinque diuisit: unum Hierosolymis, alterum Doris, itemque tertium apud Amathunta, quartum Hierico, & quintum Sephori ciuitate Galilææ disposuit. Singulari autem unius dominatione Iudæi liberati libenter ab optimatibus regebantur.

Qualiter Crassus spoliauerit tẽplum, & Parthico bello mox est extinctus. De patre etiam matreq; Herodis, & fratribus atq; sorore. Et q̃ aliter Aphricanus Historiographus, q̃ Iosephus de eodẽ patre Herodis sentiret. De Lucullo, qui Mitridatẽ & Tigranem bello uicit. Et de Pompeio eius successore: qui maxima ex parte orientẽ ditioni subdidit Romanæ. Cap. II.

Igitur

IGITVR his atque alijs ita gestis, interea Crassus Gabinij successor, ducatum Syriæ suscepit, qui profecturus ad Parthicum bellum, omne quod erat Hierosolymis in templo abstulit aurum, & præterea duo milia talenta detrahi iussit de interiore templi, quæ Pompeius intacta reliquerat. Nec longum lætatus, ubi transiuit Eufraten, exercitum amisit maximum: & ipse a copijs Persarum extinctus est. Eo successu Parthi elatiores, transeũdum in Syriam crediderunt. Quos strenue insidijs excepit Cassius, & commissæ sibi prouinciæ finibus reppulit, non sine graui detrimento hostium cum effuse uenientes, quod neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur, loca præuentus angustia occupauisset. Denique fusis fortium plurimis, bellum deseruere Parthi. Cassius repulso hoste securus prouincia, in Iudæam irruit, & Taricheis deletis, XXX. milia Iudæorum in seruitutem uendidit: Phitalaum quoque suspectum doli, quod partes Aristoboli fuleiret, iugulari iussit. Neque expers consilij eius Antipater fuit, ut æmulum potentię quam maxime excluderet. Igitur Antipater is cognouit uxorem, cui nomen Cypris, splẽdidissimo inter Arabiæ fœminas loco ortam, atq; ex ea suscepit liberos IIII. sexus uirilis, & unam fœminam. Virorum huiusmodi uocabula erant: Primus Phaselus, sequens Herodes uocati, tertius Iosephus, quartus Ferora, & Salome filia unica. Qui cum Gabinij fauorem muneribus atque obsequijs maxime promeruisset, Cassij etiam familiaritatem adeptus est. Causa quippe tantorum filiorum, uir egregius est factus, ad emerendam muneribus atque amicitia societatem potentum. Præ cæteris uero regis sibi Arabum conciliauerat gratiam: quia de locis Arabię uxoris acceptæ prætendebat necessitudinem. Hæc de Iosephi excerptus dictis. Aphricanus uero, qui & ipse præcipuus in historiographis habetur: Aiunt, inquit, qui de eo diligẽtius explorarunt, Antipatrum quendam patrem esse Herodis Ascalonitę, qui & ipse fuerit Herodis cuiusdam filius, tẽpli Apollinis æditui. Hic Antipater ab Idumæis latronibus captus admodũ puer permãsit cum prædonibus, pro eo q̃d pater eius rei familiaris inopia filiũ redimere nõ ualeret. Verũ puer latronũ uita et moribus insti tutus, postmodũ Hircano cuidã Iudęorũ põtifici familiaris efficit. Ex quo nascitur Herodes hic, qui Saluatoris temporibus fuit. Hęc Aphricanus.

De Lucullo, qui Mitridatem & Tigranem bello vicit. Et de Pompeio eius successore: qui maxima ex parte Orientem ditioni subdidit Romanæ. Cap. III.

IGitur eo tẽpore apud Romanos hęc agebantur. Lucullus postq̃ Mitridatem et Tigranẽ reges uicerat, maximamq; partẽ Orietis Romanę ditioni subegerat: successorẽ habuit Pompeium. Ergo Põpeius in minore Armenia, iuxta montẽ Dastracũ castra regis Mitridatis obsidione concludit. Rex cũ omnibus copijs eruptione per noctẽ facta, insuper etiã persequentẽ bello repellere statuit. Põpeius fugientes persequi intendit. Itaq; bellum nocte cõmissum est. Luna tunc orta a tergo Romanis erat. Regijm lõgitudinem umbrarũ proximitatẽ hostium rati, cuncta in irritum tela fuderunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt. Romani uelut inermes postea aggressi sine labore uicerunt. Nanque de exercitu regio quadraginta milia cæsa uel capta sunt: Romani uulnerati mille, uix autem XL. interfecti. Rex inter tumultus belli fuga elapsus, adiutus autem beneficio subluſtris noctis euasit: relictusq; ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerum uel carminum ac medicis solus per deuia equum manu trahens, atq; ad omnes nocturnos strepitus trepidans, in quddam castellum diuertit, atq; inde in Armeniã perrexit. Pompeius regem insecuturus, inter duo flumina, quæ ab uno monte diuersis specubus exoriuntur: hoc est Eufratẽ & Araxen, urbem Nicopolim senibus, lixis, & egris uolentibus condidit: oranti Tygrani ueniam dedit. Exercitum Herodis Albanorum regis, præfectosq; eius ter prælio uicit. Postea epistolas Herodis & munera pro instaurãda cum Albanis societate libenter accepit. Artacem regem Hiberiæ bello fudit, totamq; Hiberiam in deditionem accepit. Inde cum Armeniam, Colchos, Cappadociam, & Syriam ordinatis rebus composuisset: promouẽs de ponto in Parthiam, & post hæc Bathanam urbem caput Parthici regni quinquagesimo die uenit. Tunc in Bosphoro Mitridate Cerealia sacra celebrante, terræmotus adeo grauis repente exortus est ut magna clades ex eo urbium atq; agrorum secutura narraretur. Eodem tempore Castor Mitridatis præfectus, qui Panagorio præerat, interfectis amicis regijs, arcem occupauit: & quatuor Mitridatis filios ad præsidia Romana transmisit. Mitridates accẽsus ira in scelera exarsit. Nam complures tunc amicos suos, & Exipodram filium suum interfecit: cum antea iam Aliomacharẽ parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius, exemplo fratrum territus, exercitum ad persequendum sese missum sibi concilauit: & mox aduersus patrem duxit. Mitridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus, ubi inexorabilem uidit: moriturus exclamasse fertur: Quoniã Pharnaces, inquit, mori iubet: uos si estis dij patrij precor, ut quandoque & ipse hanc uocem a liberis suis audiat. Statimque descendens ad uxores, pellices, ac filias suas: uenenum omnibus dedit. Quod cum ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus uitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat, ueneno confici posset: Gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem inuitauit, eique iugulum prębuit. Hunc exitum uitæ Mitridates habuit. Pompeius nanq; occisi Mitridatis nuntio accepto, Syriam, Celen, & Phœnicem bello aggressus, Itureos primum Arabasq; perdomuit: urbemq; eorum, quam Petram nominant, cepit. Hinc, ut præmisimus, ad Iudæos properauit: Hierosolymam euerti, soloq; coæquari imperauit. Et cum aliquantos principes Iudæorum secuti percussisset, Hircano sacerdotium restituit, Aristobolum captiuum Romam duxit. Hoc bellũ orientis cum uiginti & duobus regibus sese gessisse ipse Pompeius pro contione narrauit.

Qualiter Cæsari Galliarum prouinciæ à Senatu sint distributæ. Et de prĕliis diuersis in Gallia gestis. Cap. IIII.

INTEREA C. Cęsari cõsuli tres prouinciæ cum legionibus septem in quinquennium datæ: Gallia Transalpina & Cisalpina & Illyricus. Galliam uero comatam postea senatus adiecit. Eluitiorum ergo animos fortissimę Gallorum omnium gentis, ea uel maxime causa, quod perpetuo pene cum Germanis bello altercabãtur, a quibus Rheno tantum flumine dirimũtur: Orgeto rex quidam princeps gentis spe totas inuadendi Gallias, in arma accenderat. Quem cæteri optimates correptum & ad mortem coactum, cohibere tamen semel animatas in prædam plebes nequiuerunt. Qui coniuratione facta, ac die dicta, exustis uicis ac domibus suis: ne quod desiderium ex spe reuertendi foret, profecti sunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obuios Cæsar habuisset, magno, difficiliq; bello bis uix uicit, uictosq; ad deditionem coegit. Horũ fuit cum primũ progressa est omnis multitudo Eluitiorũ, Tulingorũ, Latobroiorũ, Rauracorũ & Boiorũ utriusq; sexus ad C.L. & VII. M. hominum. Ex his, XL. & VII. M. in bello ceciderunt: cætera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar Ariobistũ regem excitantem, inuehẽtemq; secum incredibiles Germanorũ copias, quibus nuper uniuersos Galliarũ populos se subegisse iactabat: apud Sequanas uicit. Cum diu exercitus Cæsaris Germanorum multitudine & uirtute perterritus, pugnã detrectasset: Ariobistus in Germaniã, arrepta nauicula, Rhenum transuectus effugit. Vxores duæ, totidemq; filiæ captę sunt. Fuerunt autẽ in exercitu Ariobisti, Arudes, Marcomãnes, Triboci, Vvangiones, Nemetes, Edures & Sueui. Pugna maxima grauis Phalangæ Germanorũ fuit, quam coacto in unum agmine, scutisq; supra capita cõtextis, ad irrumpẽdam Romanorũ aciem tuti undiq; pręstruxerãt. Sed postquam alii qui Romanorũ militũ agilitate, audaciaq; insignes supra obductã saliere tegudinem, scutisq; singillatim uelut suamis reuulsis, desuper nudos deprehẽsorũ, detectorũq; humeros perfoderũt: territi hostes nouo mortis periculo, terribilẽ dissoluere cõpagem. Exinde in fugam uersi per L. M. passuũ insatiabiliter cęsi sunt. Neq; conĩci numerus potuit Germanorũ, uel quãtus pugnæ affuerit, uel quãtus fuerit occisorũ. Post hæc Belgarũ gens, quæ tertia pars Galliarũ est, aduersus Cæsarem exarsit, quorũ distributum hæc copia fuit. Bellouagi, qui cęteris numero & uirtute pręstare uiderẽtur: habuere letissima * XL. M. armatorũ. Successiones ex XII. oppidis L. M. Neruij, quorũ adeo indomita feritas prædicabatur, ut nunq̃ in id tẽporis mercatores ad se admiserint, uina, cæteraq; uenalia deferre, quibus inducta iucunditas torporẽ uirtutis afferret. Habuerũt similiter L. M. Trebates etiam, & Ambiani X. milia, Morim XXV. milia, Menapij IX. milia, Caleti X. milia, Buloccasses & Veromandi æque X. milia. Attuatij X. & VIII. milia, Condurses, Eborones, Cæroſi, Cemanni, qui uno nomine Germani uocantur XL. milia. Ita fuisse referuntur, CC. LXXII. milia, armatorum letissima. His repente sylua erũpentibus exercitus Cæsaris perturbatus atq; in fugam actus, plurimis suorum amissis, tandem hortatu ducis restitit, uiAlias, LX. M.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uictoresque aggressus, usque ad internitionem pene deleuit.

Qualiter Iulius Cæsar postquam Galliam in deditionē subiectam credidit, & in Italiam redire voluit, impetu Gallorum retractus, prelijs diuersis infectus, à Gallijs in Britāniam transijt, & eam subiugauit, non sine magno discrimine suorum. Cap. V.

IGitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis, cum Italiam proficisci decreuisset: Galbam cum legione duodecima ad Veragros, Sedunosq; misit. Qui cum hyemandi causa, in uico Veragrorum, cui nomen erat Octodorus, consedisset, mediamq; oppidi partem, quæ torrente distinguebatur, accolis cōcessisset, quadam die eosdem discessisse per noctem ac proximo insedisse colli uidet. Quippe illi paucitatem uix mediæ legionis despectui habentes, ultroneam sibi prēdā nullo cessuram negotio arbitrabantur, finitimosq; suos in hanc cædis & prædæ societatem uocauerūt. Igitur cum Galba tam presentibus periculis circumseptus ac trepidus, atq; inter uarias consultationes certi cōsilij incertus esset, repente Galli descensu montis essi, castra imperfecta circūdant: raros per uallū propugnatores saxis, telisq; onerant. Cumq; iam castra irrumperētur, Pacuuij primipilaris & Volusini tribuni cōsilio cuncti Romani portis eruperunt, incautosq; subito aggressi hostes, primū perturbauerunt: deinde in fugam uersos miserabili cæde fuderunt. Nam amplius XXX. M. Barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar cum iam pacatas uniuersas Galliarum gentes putaret, ad nouum & maximū bellum retractus est. Nanq; dum P. Crassus adolescens cum legione septima Oceanotenus apud Andicauos hyemasset, Veneti, cæterisque cōfines, repente in arma coniurant, legatos Romanorum uinciūt, eosque ita demum se reddi uros, si obsides suos recipiāt, Romanis indicant. Socios sibi ad id bellum Ossismos, Lixouios, Nannetes, Ambiuaritas, Morinos, Menapios & Diabluttes asciscunt: Auxilia quoque a Britannia arcessunt. Cæsar per Crassum de rebellione prædictarum gentium certior factus, quibus intelligeret, quanta incundi belli difficultas esset, tamen rem tanti negotij non negligendam ratus, ne cæteris exemplo eiusmodi audendi licentia laxaretur: itaq; terrestri plio persequi hostes frustra aggressus, quippe cū hostes per interfusa ex Oceano æstuaria, atq; inaccessos recessus, tutis terrarum finibus munirētur: naues longas ædificari in Ligero flumine iubet, per quē in Oceanum deductæ, mox ut hostibus uisæ sunt, continuo CC. XX. naues eorum paratæ atq; omni genere armorum instructissimę progressę portu, ex aduerso cōstiterunt. Bruto circūspicienti imparē longe nauiū esse conflictum, quia Barbarorum naues solido robore intextæ, cauernisq; præualidis obduratæ, saxorum modo adactos rostrarum ictus retundebāt. Hoc primū auxilio fuit, q̄d falces acutissimas non pertinaciter cōris prefixas, funibus autē subnexas parauerat, q̄bus cū opus esset, apprehēsos eminus rudētes subductis hastilibus per funē falcē retrahēdo succiderēt. His celeriter expeditis, disrūpi hostiū antemnarum armamēta prēcepit. Ita antēnis ruentibus cōplures ilico naues uelut captas immobiles reddidit. Alij hoc periculo territi, suspensis

suspensis uelis, qua uētus intēderet fugere conati, cessante mox uēto destituti, ludibrio fuere Romanis. Itaq; incēsis omnibus nauibus, interfectisq; his, qui pugnauerāt: Galli reliqui sese omnes dediderūt. Sed Cæsar maxime ob iniuriam legatorum, & ut genti ad oīa consilia mobili terribilis exempli notā inureret: cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos sub corona uēdidit. Isdē diebus Titurius Sabinus Aluercos, Eburouices, Lixouiosq;, qui primates suos, cum authores belli resuscitandi esse nollent, interfecerūt: eruptiōe facta incredibili cede deleuit. P. uero Crassus cū in Aquitaniā per uenisset bello exceptus est. Nanq; Sotietates magno equitatu pedestribusq; copijs pualidis Romāos adorti: diu grauiter turbauerūt. Post uicti atq; in oppidum Sociatū coacti, obsessiq; cum se expugnari uiderent, armis tradi tis in deditionem recepti sunt. Aquitani clade hac permoti, undiq; exercitū contrahunt, de interiore quoq; Hispania auxilia accersērūt: duces bello maxime eos præficiunt, qui cum Sertorio militauerant. Hi omnes dum obsidionem Crasso parant: in castris suis Crasso obruente deleti sunt. Nam ex Aquitanis et Cantabris, quorum L. milia tunc in auxilium uenerant: XX. & VIII. milia cæsa referuntur. Cæsar Germanos, qui Rhenū cum immensis copijs transmiserāt, simul & totas Gallias subijcere sibi parabant, bello adortus, usq; ad internitionē cecidit. Quorum fuisse numerum ad CCCC. XL. M. ferunt. Tunc Cęsar in Germaniā facto ponte transgreditur, Sicambros & Vtubios obsidione liberat, Sueuos maximam et ferocissimam gentem, quorum esse C. pagos & populos, multi prodidere, totamq; Germaniā aduētu suo terret. Mox in Galliā rescisso ponte concedit, ad Morinos indeuenit: unde in Britanniā proximus & breuissimus trāsitus est. Nauibus onerarijs atq; actuarijs circiter L X X X. prēparatis, in Britanniā transuehitur: ubi acerba primū pugna fatigatus: deinde aduersa tēpestate correptus, plurimam partem classis, & nō paruum numerum militum, equitatū uero pene omnem disperdidit. Regressus in Galliam, legiones in hyberna dimisit, ac DC. naues utriusq; cōmodi fieri imperauit. Quibus iterum in Britanniā primo uere transuectus, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naues in anco ris stantes, tempestate correptæ, uel collisæ inter se, uel arenis illisæ, dissolutæ sunt: ex quibus XL. perierunt, cæteræ cum magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris equitatus primo cōgressu a Britannis uictus est: ibiq; Labienus tribunus occisus est. Secundo prælio cum magno suorum discrimine uictos Britannos in fugam uertit. Inde ad flumen Tamensim profectus est: quem uno tantum loco uadis transmeabilem ferunt. In huius ulteriore ripa cum Cassoblauno duce, immensa hostiū multitudo cōsederat, ripamq; fluminis ac pene totū sub aqua uadū acutissimis sudibus perstruxerat. Quod ubi Romanis deprehensum ac uitatū est, Barbari legionū impetus nō ferentes, fluuis sese abdidere. Vnde crebris eruptionibus Romanos grauiter ac sępe lacerabant. Interea Trinouantū firmissima ciuitas cum Adrogorio duce, datis XL. obsidibus Cæsari sese dedit. Quod exemplū secutę urbes alię

Universidad de Deusto
Biblioteca

plures,in fœdus Romanorꝫ uenerunt,ijſdemqꝫ demõſtrantibus Cæſar oppidum Caſſobelauno inter duas paludes ſitũ, obtẽtu inſuper ſyluarꝫ munitum,omnibuſqꝫ rebus conferuiſſimũ,tandẽ graui pugna cepit. Exhinc Cæſar a Britãnis reuerſus in Galliã,poſtq̃ legiones in hyberna miſit, repẽtinis bellorꝫ tumultibus undiqꝫ circũuentus, et cõflictatus eſt. Nãqꝫ Ambiorix cum Eburonaribus & Attuaticis cõſpirans, animatus Treuirorꝫ conſilio, Cottã & Sabinum legatos apud Eburonas cum tota funditus legione inſidijs circũuentos, interfecit Ambiorix hac uictoria elatus, Attuatos & Neruios, plurimoſqꝫ alios raptim in arma cõtrahit,atqꝫ ad Ciceronẽ legatum, qui ſimiliter tunc legioni in hybernis præerat,cõrendit. Multitudo hoſtium ex hoc colligi potuit: quia cum in obſidione caſtrorꝫ uallum circũdandum eſſe a captiuis Romanis docerẽtur & inſtrumenta ruralia nõ haberent,gladijs cõcidendo terram & ſacculis exportãdo, uix tribus horis uallum pedũ X. & foſſam pedum, XV. per M. paſſuum XV. in circuitu perfecerunt. Præterea C. XX. turres miræ altitudinis extruxerunt. Et cum iam VII. dies,nocteſqꝫ ſuccidui hoſtium cunei pugnarent,ac uentus ſubito plurimus exortus eſſet, teſtas feruentes intorſere fundis, ſtãmataqꝫ tela focis:ac mox cõcepto igne rutilãtia intra caſtra iecerunt. Quo facto,per culmina raptim uentus inſiſtẽs,ſparſum animauit incendiũ. Sed nec ſic quidẽ Romani cum undiqꝫ obruerentur uulneribus,laboribus,uigilijs, ieiunijs,incendijſve ceſſerunt. Tandẽ Cæſari nuntiatũ eſt,unam deletam eſſe legionem,alteram iam pene cõfectam. Aduentãte cum duabus legionibus Cæſare, deſerunt hoſtes obſidionem,atqꝫ in eum cuncti raptis copijs ruunt. Cæſar ſe paruiſſimis caſtris cõſulto cõdidit, equitibuſqꝫ præmiſſis,ut fugam fingerent, imperauit: ut ad tranſitũ uallis,quæ in media erat, ſibiqꝫ periculoſa uidebat, poſtes cõtemptu ſui inuitaret. Quibus aduẽtantibus inſuper obſtrui portas ꝓcepit. Quo uiſo Galli,quaſi iam uiciſſent ad obducendũ extrinſecus uallũ cõuerſi ſunt. Cæſar totis repẽte portis paratũ effudit exercitũ,uerſoſqꝫ in fugam Gallos, uaſtiſſima cæde cõfecit. Nã LX. M. tũc fuiſſe referuntur,e quibus pauci per paludes inuias euaſerũt. Induciomarus Treuirorꝫ princeps,magnas armatorꝫ copias habẽs, poſtq̃ de cõſenſu totius Galliæ certior redditus eſt, Labieni caſtra,legionẽqꝫ cui is ꝓerat, q̃d facile factu arbitrabat, delere ſtatuit,ac deinde Eburonibus, Neruiſqꝫ cõiunctus, ad opprimendũ Cæſarẽ pergere. Labienus, qbus poterat artibus timorẽ ſimulat, atqꝫ ita Inducio maꝫ negligentiorẽ cum inſultãtibus copijs pro uallo oberrantẽ, repentina eruptione proſtrauit. Hac uictoria Labieni reliqui Gallorꝫ conatus repreſſi ſunt,et Cæſar paulo quietior reliqua parte hyemis fuit. Sed intelligens ſibi maiora belli ſupereſſe negotia:maxime,quia plurima parte exercitus amiſſa,alijſque grauiter ſaucijs,ne ad ſuſtinendum quidem ſibi idoneus,non dicam ad cõprimendum Gallorꝫ impetũ uideretur,a Gn. Põpeio procõſule conſcribi legiones,ſibiqꝫ mitti in auxiliũ petit. Itaqꝫ ante exactam hyemem, tres ad eum legiones in caſtra uenerunt. Igitur Cæſar priusq̃ in unum hoſtium co-

um copiæ coirent,ineunte uerno aggredi trepidos,& opprimere ſparſos in ſuis finibus parat. Primum itaqꝫ Neruiorꝫ fines diripit:prędã uero,quæ copioſiſſima erat,exercitui permiſit. Deinde Menapios,q ſibi propter immẽſas paludes atqꝫ impediti ſſimas ſyluas munitiſſimi uidebant, tribus agminibus inuadit:nimiaqꝫ cęde uulgo agitata,reſiduos ſupplices in deditionem recepit. Labienus ſequenti prędio omnes copias Treuirorꝫ interfecit:arte in bellum prouocatas priusq̃ Germanis aduẽtantibus iungerẽtur, & cõtinuo ipſam ciuitatẽ cepit. Cęſar ulciſci mortem Sabini et Cottę legatorꝫ uolens, Ambiorigẽ et Eburones deletæ legionis authores, poſtq̃ in Arduennã ſyluã refugiſſe cõperit, quę ſylua totius Galliæ maxima eſt,atqꝫ a ripis Rheni finibuſqꝫ Treuirorꝫ ad Neruios uſqꝫ pertingit,& in longitudine plusq̃ L. M. paſſuũ patet,permetiẽs rem ſuis maximi perculi fore,ſi per obſtructas ſpatioſaſqꝫ ſyluas ignoti diuiderent, hoſtemqꝫ locis notiſſimũ quęrerẽt, omnem Galliã per nũtios inuitat, ut q̃ſqꝫ ſecundũ placitũ ſuum,recõditas in Arduẽſa ſylua ꝑdas quęrãt,diripiantqꝫ. Quo facto, Gallis utrinqꝫ moriẽtibus maximas Romanorꝫ iniurias ſine cuiusq̃ Romani diſcrimine uindicauit. Ita hoc tutiſſimo uincendi genere ſecurus in Italiam redijt.

Reuerſo Cæſare in Italiam iterum Galli in arma coniurant. Ad quos cito C. Cæſar reuertitur,quos diuerſis prælijs contriuit,& æternę ſeruituti tradidit. Cap. VI.

IGitur Cęſare in Italiã reuerſo, Gallia rurſus in arma cõiurat, multiqꝫ ſimul populi coeũt. Dux his Nergingetorix fuit. Cuius cõſilio ſtatim oẽs Galli ciuitates ſuas ultro incenderunt, prima a ſuis incẽſa Bytirico: inde ad Cæſarẽ, qui magnis itineribus per Narbonẽſem prouinciam clam ad exercitũ recurrerat, impetũ faciunt. Cęſar tunc oppidum noĩe Cęnapũ obſidione cõcluſerat. Quod diu oppugnatũ tandẽ poſt multas Romanorꝫ cędes, plutia die cum hoſtiliũ machinarꝫ augmẽta, neruiſqꝫ elanguerẽt, applicitis turribus captũ atqꝫ deletũ eſt. XL. M. hoĩm ꝺ fuiſſe referũtur, ex quibus uix LXXX. per fugã lapſi, ad proxima Gallorꝫ caſtra uenerũt. Prętrea Arueni, ceteriqꝫ cõfines, ſolicitatis etiã ad ſe Edijs multis aduerſum Cęſarem ꝓlijs bellauerunt. Qui cum ſe pugnãdo fatigati in quoddã caſtellum recepiſſent, milites prędę inhiãtes, ad expugnationẽ oppidi animum intenderunt: fruſtra Cæſare de loci iniqtate cauſante. Itaqꝫ ibi Cæſar erũpentibus deſuper hoſtibus preſſus, multa exercitus ſui parte perdita, uictus auſugit. Dum hęc ad Haleſtã gerunt, Vergingitorix, quẽ omnes cõſenſu pari regẽ prędoptauerãt ſuadet, ut ex tota Gallia pẽs, qui arma ferre poſſint, huic bello ꝓſto ſint. Hoc eñ eſſe unum belli, quo aut perpetua libertas, aut æterna ſeruitus, aut mors oĩm conſequat. Itaqꝫ abſqꝫ eo numero, quẽ infinitũ ante cõtraxerat, equitũ circiter VIII. M. peditum CC. L. M. cõtracta ſunt. Deinde duos colles ſibi inuicẽ obuerſos, Romani, Galliqꝫ ceperũt, Vnde multis ſæpe eruptionibus & uarijs prouẽtibus ꝓliantes, tandẽ Romani, ꝓcipue Germanorꝫ equitum, quos ſibi iamdudum amicos, nunc etiam in auxilium

Universidad de Deusto
Biblioteca

acciuerant, uirtute uicerunt. Vergingitorix alia die cõgregatis omnibus, qui fuga euaserant, dixit se authorẽ bona fide defendendæ libertatis atq; irrumpendi fœderis fuisse: & nũc siue Romanis sese ad mortẽ omnes offerãt, siue solũ pro omnibus dedãt, paratum animo fore. Itaq; Galli uoluntatem, quam pudore aliquandiu texerant, quasi ex cõsilio regis assumerent, ilico sibi ueniam precãtes, eum solum uelut authorẽ magni sceleris dederunt. Bellouagi omnibus Gallorũ gentibus ipsorũ opinione fortiores habebãtur. Hi Chorreo duce bellum instaurãt, sibiq; in hanc suscepti belli societatem Ambianos, Aluercos, Saletos, Beliocasses, Atrebatesq; coniungunt, & locum quendam cinctum atq; impeditum, undiq; paludibus capiunt, cõmissoque prælio, magnam Remorũ manum, quæ auxilio Romanis erat, trucidant. Deinde cum opportunũ ipsi locum insidijs prouisum occupauissent, atq; hoc cõperto Romãi ad insidiarũ locũ instructi, ordinatiq; uenissent, cõmisso pũlio, Romani Gallos fugiẽtes ijsdem locorũ munitionibus, quibus clausi fuerãt, incluserunt, cũctosq; ad internitionẽ cęciderũt. Ibi Chorreus uel fugam uel deditionẽ detrectãs, Romanos ut uiuus caperet instãtes, occidẽdo ut occideret, coegit. Igit cum pacatã esse uniuersam Galliã Cæsar, neq; aut suram fore ad aliqs aspirare motus arbitraret, legiones in hyberna dimisit. Ipse tamen Ambiorigis fines, qui tot bella excitauerat, horrenda hoĩm strage uastauit. At uero G. Caninius legatus bellũ apud Pictonas inuenit: ubi magna hostium multitudõ impeditã itinere legionem circumdedit, atq; ad extremum discrimen adduxit. Porro autẽ Fabius acceptis Caninij legati literis, in Pictonas proficiscitur, ibiq; a captiuis de opportunitate locorũ certior factus, inopinãtes hostes opprimit, magnisq; stragibus factis, plurimas prædas agit. Deinde cum Caninio signũ aduentus sui dedisset, Caninius totis castris subito exiliit, seseq; iniecit hostibus. Itaq; Fabio ex alia parte & Caninio ex altera instante, maximo & diuturno bello innumeræ Gallorũ copię trucidatę sunt. Inde Fabius in Carnutes profectus est. Sciebat enĩ Domnacum ducẽ antiquissimum rebellionis totius incentorẽ, ab hoc bello ea pstum: si Arernoricis gentibus adiunctus esset, maximos iterum in Gallia tumultus esse mouturũ. Sed eas adhuc ipsa nouitate trepidantes, mira uirtute & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaq; Lucterius cum adesse Caninium & legiones in finibus suis uiderẽt, undiq; collectis copijs, oppidum uel ad unum occupant. Hoc oppidum in editissima montis arce pendebat, duabus partibus per abrupta latera non paruo flumine cingebatur: medio deinde descensu largissimo fonte securum, plurimaq; introrsum copia frumenti tutum, irritos procul discursos hostium despiciebat. Caninius, quod solum Romana prouisione potuit, ambos duces cum parte copiarum plurima in campo euocatos maximo prælio superauit. Nam uno e ducibus interfecto, alter cum paucissimis fugit, nullus in oppidum redit, sed ad id oppugnandum CAESARE opus fuit. Itaque certior per nuntios factus CAESAR accurrit, circumspectisque omnibus, uidet si expugnare ui mo-

ui moliat, ludo & spectaculo hostiũ delẽdum esse exercitum suum, unum solum esse præsidium, si quo quõ hostes aqua arceantur, sed & hoc quoq; nisi Cæsar non potuisset. Siquidẽ fons, quo ad potum utebantur, medio de uexi montis latere fundebat. Cęsar ad proximũ fontis admoueri uineas, turrimq; extrui iubet. Fit magnus undiq; cõcursus ex oppido: quibus sine periculo pręliantibus, Romani q̃is pertinaciter obsisterent, crebriusq; succederent, complures tĩ trucidabant. Igitur extruitur agger, & turris pedum LX. cuius uertex æquari ad fontis locum possit, ut ex æquo tela cõijci queant, uel præcipitata desuper saxorũ uolumina non timeri. Oppidani aũt ubi examinari siti non solũ pecora sua, uerũ etiam infirmiores hoĩm ætates uident, cupas, pice, seuo, et sindulis repletas ac deinde immisso igne in prona præcipitant, easq; ipsi toto oppido effusi subsequunt. Ardẽtibus machinis cum graue prælium suis Cæsar ac periculosum uideret, cohortes in circuitu oppidi ire uelociter per occultũ imperat, atq; undiq; subdito uastum clamorẽ attollere. Quo facto cõsternati oppidani, dũ recurrere ad munien dum oppidum uolunt, ab oppugnatione turris uel demolitione aggeris re cesserunt. Illi tamen qui ad incidendas fontis uenas sub obtentu aggeris ruti cuniculos perfodiebãt, repertos in abstruso aquarũ meatus, per multa diuidendo tenuari in semetipsis consumiq; fecerunt. Oppidani fonte siccato, ultima desperatione correpti, deditionem sui faciunt. Cæsar autem omnibus qui arma tulerant, manus sustulit, & uitã reliquit, quo testatior esset etiam posteris pœna improborũ. Multum enim ad coercendam audaciam ualet propositum punitionis exẽplum, cum ipsa miseri pręsens forma uiuentis, & ad recordationem admonet cõscios: & ad scisitationem cogit ignaros. Exhaustis atq; demolitis Gallis, securus Cæsar cum legionibus in Italiam rediit: nullos post se Gallorũ motus pertimescens, pro certo esse sciens minime aliquos, qui uel moueri audeant, uel si moueantur, timendi sint.

De nece Crassi & Romani exercitus apud Parthos. Cap. VII.

IAm uictorẽ Cęsarẽ de Gallia reuersum, Ciuilia bella comitata sunt, atq; iacturæ grauissima mala interfecti apud Parthos Crassi, et trucidati exercitus pręcesserunt. Crassus itaq; in cõsulatu collega Põpei prouinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis: audita in Hierosolymis tẽpli opulentia, quam Pompeius intactã reliquerat, in Palestinam diuertit, Hierosolymam adit: tẽplum peruadit, opes diripit, ut supra meminimus. Inde per Mesopotamiã tendens in Parthiam, quacunq; iter habuit sortijs ciuitatibus auxilia indixit, precia exegit. Moxq; ut Eufraten transijt, illico Baiesen legatũ ab Horode rege Parthorũ ad se missum obuiũ habuit. A quo uehementer increpatus est, cur cõtra fœdus Luculli & Põpei, auaritia inductus, Eufraten trãsiret. Quamobrẽ sine mora futurũ, ut pro auro Parthico Syrico ferro onerarẽt. Itaq; cum prope Charras uentum esset, Parthi subito ingruentes, cum Surena et Silacia prefectis, sagittis oppressere Romanos. Cecidere ibi plurimi senatores, aliq; etiã consulares aut prętorij uiri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crassus q̃q; filius Crassi, lectissimus iuuenis in acie occisus ē. Præterea IIII. cohortes cum Bargũtcio legato mediis deprehensę cāpis interfectę sunt. Surenas p̃rapto eqtatu Crassum persequi intendit: eumq; circũuentum ac frustra colloquiũ eius petentē interfecit: q̃uis uiuũ auferre maluisset. Pauci bellicio noctis liberati, Charras confugerunt. Auaritia em̃ unius nefas exolevit, ut legiones XII. Romanorę aut captæ paucis elapsis, aut cæsæ cum duobus suis sint. Caput uero Crassi cum dextera manu ad regem delatum est. Quod ludribriũ fuit spectatoribus. Rex itaq; aurũ in ore eius relictũ iussit infundere, aiens: Vrat nunc te Parthicũ, q̃d te uiuum urebat aurũ. Igit clade Romanorę cognita, cum multę orientis prouincię a societate uel fide populi Romani defecissent, Nicasius collectis ex fuga militibus paucis, intumescentem Syriã egregia animi uirtute, ac moderatione pressit. Qui & Antiochum copiasq; eius ingẽtes prælio uicit, & interfecit. Parthos quoq; ab Herode in Syriam missos, iamq; ingressos Antiochiam bello expulit, ducēq; eorę Osagen interfecit. Interea Roma repẽtino correpta incẽdio conerematur: incertũ inde concretus, plurimam urbis partem ignis inuasit nec unq̃ antea tanto incendio corruptam ac uastatam ciuitatem ferunt. Nam XIIII. uicos cum uico Iugario consumptos fuisse memoriæ proditum est.

Octo hinc Ciuilia bella inter Cæsarem & Pompeium exorta sunt: quia Pompeius instigauit Senatum, vt negarẽt itęq; consulatum Cæsari. Cap. VIII.

Hic iã bellũ Ciuile cõmittitur, q̃d magnis iamdudũ dissensionibus ac molitionibus parabat. Nam rediẽs Cæsar uictor ex Gallia, decerni sibi absenti itęq; consulatũ popposcit. Contradictũ est a Marcello cõsule, annitẽte Pompeio. Deinde decretũ est a Senatu, ut in urbẽ Cæsar nõ nisi dimisso exercitu ueniret. Et ex Marcelli cõsulis authoritate ad legiones, q̃ apud Luceriã erant, Pompeius cum imperio missus est. Cæsar Rauennã sese cõtulit. Marcus Antonius, & P. Cassius tribuni plebis, pro Cęsare intercedẽtes, Lẽtulo cõsule curia foroq; prohibiti, ad Cęsarẽ profecti sunt, Curione simul Celioq; comitãtibus. Cęsar Rubicõe fluuio ne trãsmeato, mox ut Ariminũ uenit, V. cohortes, quas tunc solas habebat cum qbus (ut ait Liuius) orbẽ terrarę adortus est: qd facto opus esset, edocuit: deplorãs iniurias suas, causam belli Ciuilis pro restituẽdis in patriam tribunis esse testatus est. Inde per Antoniũ VII. cohortes quæ apud Sulmonem morabantũ, a Lucretio recepit III. legiones, quæ cum Domitio apud Comificiũ morabantur, ad suas partes transduxit. Pompeius atq; oĩs Senatus crescentibus Cæsaris uiribus trepedi, tanq̃ Italia pulsi, in Græciã transiecti, Durachiũ gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar Romam uenit, negatamq; sibi ex ærario pecuniã fractis foribus inuasit, prouinciq; ex eo auri pondo IIII. milia, CXXX. & VI. Argenti põdo prope DCCCC. milia. Inde digressus Ariminũ ad legiones mox alpes transuectus, Massiliam uenit. Ad quam oppugnandã cur receptus non esset, Trebonium cum III. Legionibus relinquẽs, ad Hispanias contendit. Quas Lucius Aphranius, & M. Pe-

M. Petreius, & M. Varro Pompeiani duces, cum legionibus obtinebant. Ibi multis pręlijs Petreiũ, Afraniumq; superatos, cõpostra pactione dimisit. In ulteriore uero Hispania, II. legiones a M. Varrone sulcepit: Similiter & duces eius, hoc est, Curio Catonẽ Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonẽ Aphrica Varus eiecit. Cæsar Massiliã rediens obsidione domitã, uita tm̃ & libertate cõcessa: cæteris rebus abrasit. At uero Dolobella partiũ Cæsaris in Illyrico per Octauiũ & Libionẽ uictus, copijsq; exutus, ad Antoniũ fugit. Basilus & Salustius cum singulis legionibus, quibus pręerãt, similiter & Antonius Hortẽsius quoq; ab infimo mari cum classe cõcurrentes, omnesq; pariter aduersus Octauiũ & Bibulonẽ profecti ceciderunt. Antonius cum se Octauio, cum XV. cohortibus dedisset, omnes ad Põpeium a Libione deducti sunt. Curio ex Sicilia in Aphricã cum exercitu trãsgressus est, quem Iuba rex cõtinuo exceptum, cum omnibus copijs trucidauit, Octauius Solonas oppugnare conatus, oẽs pene copias, quas duxit, amisit. Celius desciuit a Cæsare, ac se Miloni exuli iunxit. Cumq; ambo seruorum manu Capuam oppugnare molirentur, extincti sunt.

De prælijs inter Cæsarem & Pompeium gestis, ac de victoria Cæsaris & nece Pompei. De reliquis etiam bellis ciuilibus, per IIII. annos gestis ac demum de interfectione Iulij Cæsaris. Cap. IX.

Interea apud Dirachium multi Orientis reges ad Pompeium cum auxilijs conuenerunt. Quo cum Cæsar uenisset, Pompeium obsidione frustra cinxit: ipse terram quindecim milia passuum fossa præstruens, cum illi maria paterent. Pompeius castellum quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, cuertit, præsidiaque Cæsaris, quæ ibidem morabantur, occidit. Cæsar itaq; Torquatum, legionemq; unam, ut expugnaret, aggressus est. Hoc periculo sociorę Pompeius cognito, omnes eo copias traxit. In quem se ilico Cæsar omissa obsidione cõuertit. Torquatus cuestigio erumpẽs, auersum insecutus est. Ita Cæsaris milites ancipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra obsistẽte fugerunt. Pompeius uero Cæsaris q̃q; testimonio uictor, persequentẽ reuocauit exercitũ. Quatuor milia militum Cæsaris, centuriones XXII. equites Romani cõplures in eo p̃lio cæsi sunt. Cæsar inde citato agmine, per Epirum in Thessaliã perrexit. Põpeius cum maximis copijs secutus, bellumq; cõmissum est. Itaq; instruitur utrinq; acies. Põpeius LXXX. & VIII. cohortes triplici ordine locauit, fuerunt autẽ pedituũ XL. M. equites in sinistro cornu DC. in dextro D. Præterea reges multi, senatores, eqtesq; plurimi Romani, absq; leuiũ armaturarę magna copia. Cæsar similiter LXXX. cohortes, triplici ordine disposuit. Cui fuerunt non minus q̃ XXX. M. peditum, equites mille. Videre ibi & gemere erat, cõtractas Romanorę uires in cãpis Pharsalicis ad occisionẽ mutuam cõstitisse, quas si cõcordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre potuissent. Prima cõgressione equitatus Pompei pulsus, sinistra latera nudauit. Deinde cum diu utrinque dubia sorte cæderentur, atque ex alia parte Pompeius

inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter hortandū diceret: Parce ciuibus, nec tñ faceret: ex alia uero Cæsar hoc faceret, q̄d urgeret dicens, o miles faciem feri intueret: tādem uniuersus Pompei fugit exercitus, castraq; direpta sunt. Cæsa sunt in eo prælio Pompeianorū XV. milia, centuriones XXXIII. Hic exitus pugnę ad Paleopharsalum fuit. Pompeius fugiēs, in ostio Penei amnis onerariam nauē nactus, in Asiam transijt. Inde per Cyprum in Aegyptū uenit: ibiq; mox ut littus attigit, iussu Ptholomæi adolescentis in gratiam Cæsaris uictoris occisus est: Pompei uxor filijq; fugerūt: cætera Pompeianę classis direpta sunt, omnibus qui in ea erant crudelissime trucidatis: ibiq; & Pompeius Bythinicus occisus est. Lentulus uero uir consularis apud Pelusium interfectus est. Cæsar compositis apud Thessaliā rebus Alexandriā uenit, perlatoq; ad se ac uiso Pompei capite anuloq; fleuit. Cumq; se in regiā recepisset, eludebatur a tutoribus, quo minus pecuniam acciperet: tēpla sua astu spoliantibus ut & regios thesauros uacuos esse ostenderent, & in inuidiam Cæsaris populum concitarent. Præterea Achillas dux regius, imbutus semel Pompei sanguine, Cęsaris quoq; necem meditabatur. Nam iussus exercitum dimittere cui præerat XX. milibus armatorū: non modo spreuit imperium, uerum & aciē direxit. In ipso prælio regia classis forte subducta, iubetur incendi. Ea flamma cum partem quoq; urbis inuasisset CCCC. milia, librorum proximis forte ędibus condita exussit: singulare profecto monumentū studij curæq; maiorū, qui tot tantaq; illustrium ingeniorū opera congesserāt. Cęsar postea insulā, ubi Pharus erat, cepit: eo Achillas cum Gabinianis militibus uenit: Ingens pugna commissa est: magna ibi Cæsarianorū militum multitudo cecidit, oēs etiam interfectores Pompei interfecti sunt. Cæsar ut insistentiū hostium pressus. scapham ascendit: quæ mox pondere grauata, ac mersa subsequentium per CC. passus ad nauem una manu eleuata quachartas tenebat, nando peruenit. Mox nauali certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam, aut depressit aut accepit. Alexandrinis regem petentibus reddidit monitum ut magis amicitiam quam arma experiri studeret. Qui tamen ilico ut liber fuit bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo & ipse deletus est. Nam XX. milia hominum in eo bello cæsa referuntur. Duodecim milia cum LXX. longis nauibus dedita. Quingenti ex uictoribus cecidisse dicuntur. Rex ipse adolescens, scapha exceptus ut fugeret, multis in eam insilientibus mersus necatusque est, & corpus eius ad littus deuolutum indicio loricæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæsar Alexandriam præmissa, Alexandrinos omnes ad deditionem desperatione compulit, regnumq; Aegypti Cleopatrę dedit. Inde Syriam peruagatus Pharnacem in ponte uicit. Postea uero quam Romam uenit, dictator & consul creatus in Aphricam transijt, & apud Thapsum cum Iuba & Scipione pugnauit: maximamque ibi hominum multitudinem interfecit, & castra utriusque direpta sunt. LX. elephanti capti. Cato sese apud Uticam occidit, Iuba percussori iugulum precio dato prębuit. Petreius eodem se gladio perfodit.

fodit. Scipio in naui qua ad Hispaniam fugere contendens uento coactus in Aphricam redierat, semetipsum iugulauit. In eadem naui etiam Titus Torquatus occisus est. Cæsar Pompei Magni nepotes, filiam Pompeiam simulque cum his Faustum & Syllam, & Aphranium & Petreium, iussit occidi. Inde quatuor triumphis urbem ingressus, dispositoque recuperatoque Reipublicæ statu, continuo in Hispaniam contra Pompeios Pompei filios profectus: septima decima qua egressus fuerat ab urbe die, Saguntum peruenit. Statimque aduersus Pompeios duos, & Labienum, atque Attium Varum multa bella, & uaria sorte gessit. Vltimum bellum apud Mundam flumen gestum est. Vbi tantis uiribus dimicatum, tantaque cædes est acta, ut Cæsar quoque ueteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum ędi cogiq; aciem suam cerneret, præuenire morte futurum uicti dedecus cogitaret, cum subito uersus in fugam Pompeiorum cessit exercitus. Et quidem eo die hoc bellū actum est, quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat: quatuorq; annis hoc bellum Ciuile indesinenter toto orbe tonuit. Titus Labienus, & Attius Varus in acie cæsi sunt. G. Pompeius cum cēteris imo equite aufugit: frater eius Sextus Pompeius contracta celeriter non parua Lusitanorū manu, cum Cesonio congressus & uictus fugiensq; interfectus est. Munda ciuitas cum immensa hoīm cæde, Cæsare oppugnante uix capta est. Cæsar Romam redijt. Vbi dum Reipublicę statum cōtra maiorū exemplā clementer instaurat, authoribus Bruto & Cassio, conscio etiam plurimo senatu, in curia XX. & III. uulneribus cōfossus interijt. In qua coniuratione fuisse amplius LX. conscios ferunt. Duo Bruti, & G. Cassius, alijq; socij strictis pugionibus in Capitolium secessерunt. Diu deliberatum est, utrum Capitolium cum authoribus cædis oporteret incendi. Corpus eius raptum populus dolore stimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit. Sed quę præmisimus dum apud Romanos gererentur, hæc interim in Iudæa acta sunt quæ sequuntur.

Qualiter Antipater gratiam Cæsaris sit adeptus: cui etiam nudato corpore uulnera quæ pro eo acceperat, ostendit, dum ab Antigano accusaretur: & acceptā potestatē Iudee inter filios suos Herodem & Phaselum diuisit. Cap. X.

IVLIVS ERGO CAESAR (VT PAVLISPER REPETAMVS quę gesta sunt prius) Aristobolum Romæ uinctū reperit, eumq; mox absoluit. Leuatum aūt a custodia, tributis militaribus etiā munerans, in Syriam direxit, ut Iudæam sibi adiungeret, Pompeiumq; a tergo urgeret. Sed in exordio tentamentorum ubi ad locum peruenit, ueneno interemptus infectum reliquit negotium. Quo comperto Pompeius, quod Aristobolus in Iudęa rediuiua sibi bella prępparare tentauerat, etiam filium eius Alexandrum iugulari iussit. Postea uero ex Pompei plerisq; familiaribus amicitiam Cæsaris expetētibus præcipueq; incredibilē in modum Antipatro amicitiā suam affectando tribuit: & hoc ita cōtigit. Erat ēm Ptholomęus Aegypti rex fidē læserat promissam: & ab ipso Cæsare bellis grauissimis premebat. Vt premisimus Pergamenus Mitridates cum omni manu quā secum

Universidad de Deusto
Biblioteca

secum duxerat ut auxilia Cæsari præberet, a Pelusiasis repulsus obstaculis, in urbe Ascale resederat, desperato transitu & conatu irrito. Nec iam se committere bello audebat, locis iniquioribus, et impar uiribus. Cui Antipater Arabas primo in auxilium asciuit: deinde III. milia Iudæorum cum ualida manu & munita armis secum perduxit. Commouit etiam Syriæ potentes in adiumẽtum ipsius, quorum freti societate, etiam alij populi ad bellum accensi sunt. Quibus adiunctis uiribus fretus Mitridates, Pelusium accessit. Et cum transitu prohiberetur, obsidionẽ adorsus est. Quo loco Antipater præclarum militiæ documentum dedit. Siquidem resistentibus oppidanis cum summa ui utrimq; decertaret, primus cum suis dirupta mox murorum parte, in qua ipse præliabatur, urbem irrupit, eamq; cepit. Nec tam en hic finis laborum adiumentiq; fuit: sed etiam cum introrsum exercitus pergeret, & circa eam q̃ appellat̃ Oniæ regio Aegyptij uellent resistere quo intercluderent iter: rursus Antipater non solum remouit prælium, sed etiam ad exercitum iuuandum, quæ necessaria forent usui, ab ipsis qui arma contra parauerant, ministrari fecit. Vnde Memphitę quoq; a prælio reuocati sunt, & se Mitridatis societati uolentes dedere. Qui prætergressus suspectiora, cum reliquis Aegyptijs conferendum prælium ratus, liberioribus quidem locis, sed ualidioribus uiris regionis ipsius, cuius incolatus Iudæorum exercitus appellabatur, strenue decertauit: adeo ut prærupto sese periculo daret, ac pene extinctus foret, nisi Antipater uidens totum, in quo Mitridates erat, dextrum cornu a cohorte urgeri, ex alia quoq; parte incluđi flumine, nec ullum effugium fore, uiriliter irruens a cornu sinistro, super eos qui Mitridatem cedẽtem persequebantur. Quos eousq; insectatus est, donec omnis hostium populus extingueretur. Eo prælio LXXX. Antipater uiros de suis amisit, supra DCCC. Mitridates: ita ut ipse præter spem euaserit. Atq; hæc uno momento clades secuta est. Antipater multis uulneribus corporis exceptis, egregium uirtutis suæ testimoniũ apud Cæsarem inuenit, Mitridate, ut præsertim non solum suæ absolutionis interprete, sed etiam fortitudinis prædicatore. Quibus egredie Cæsar delectatus, in honorem Antipatrum, ut oportebat, inter amicos recepit, Romanæ eum Reipublicæ honoribus affecit, cæteraq; ut probato sibi uiro, gratiæ suæ pignora impertiuit. Hircano etiam summum sacerdotium per sententiam Antipatri uolens firmauit. Qui etiam ab Antigono Aristoboli filio apud Cæsarem cum accusaretur, quod plus partibus Pompei faueret, non uerborum Antipater referẽs uicem, sed uerborum assertionem scidit uestem, & nudus indumentorum, plenus uulnerum, diloricato amictu, oculis circumstantium inditia uirtutis: En, inquit, maliuolentiæ meæ in Cæsarem testimonia defendant reum, quæ tanq̃ lumina animi micant. Has ergo cicatrices tibi Cæsar uoluntatis internæ obsides tribuo. Hæc ego fidei meæ depono pignora, & inscriptos apices gero. Si ciuibus non credit: hostes interrogentur pro quo uulnera illa susceperim. Quid in me aliud nisi fidem quam tibi deferebam perse-

persequebãtur. At obiectat mihi Pompei gratiã. Et fateor Cęsar me nõ homini, sed nomini Romano amicũ fuisse, idq; studuisse egregie, ut uestrę rei publicę mea officia impẽderentur. Militaui itaq; nõ uni, sed omnibus. Fuerit mihi charus Põpeius, sed ante mihi cœpit ille esse amicus, q̃ Cæsari esset inimicus. Tuus ille gener erat, et tu socer illius. Cum esset in partibus Iudęę iuui, ut Romanũ imperatorem, nõ tamen ea pro illo, quæ pro te excepi uulnera. Tibi impẽdi uades mortis, & ictus telorũ excepi hostiliũ. Vbi Antipater finẽ dicendi fecit, Cæsar pronuntiat dignũ magis sacerdotio Hircanũ uiderit Antipatro autẽ detulit potestatis electionẽ. Tum ille eundẽ arbitrum honoris & moderatorẽ expetens, atq; in eum, qui honorẽ daret, ponẽs mensurã honoris, astute satis & uerecũde decus retulit, & incrementũ potentię. Totius em̃ Iudææ procurator factus est. Sane popposcit, ut muros Iudææ, qui bello diruti erãt, reædificaret, tãtumq; negotiũ datę fidei, securus & postulauit, & impetrauit, eaq; ut moris erat Romanis imperatoribus arbitrio Cæsaris in Capitolio scripta sunt: quæ insignia honoris Antipatro cõferendi Cæsar æstimauisset, ut & suæ iustitiæ & meritorũ uiri, posteritatis q̃q; cognitioni indicia extarent. Antipater uero in Iudæam reuersus, primo murum, quem Põpeius destruxerat, in ueterẽ statum reformauit. Deinde Iudęorũ tumultus repressit: filijs uero suis negotia prouinciæ cõmisit. Itaq; Faselum seniorẽ ex liberis p̃sulem Hierosolymis et ducẽ militię cõstituit. Herodem q̃q; minorẽ natu, atq; admodũ adolescentẽ pari honere Galilęę p̃fecit. Qui ubi potestatẽ adeptus est natura aerior ad obeũda negotia, statim ingenio suo materiã inuenit. Laborabat em̃ Syria a Zechię latronis incursionibus, q̃bus ille p̃datorię manus princeps totã infestabat prouinciã, atq; oĩbus locis infensus aderat. Quẽ correptũ iugulari iussit, multoq; p̃donũ interemit, q̃d ei maximã uirtutis gloriã peperit, et uberẽ apud Syros gratiã

De nece Antipatri genitoris Herodis. Et qualiter gratiam Antonij sint adepti Herodes & Faselus frater eius. Cap. XI.

EOdem tẽpore bellum inter Romanos conflat̃, dolo Cassij et Bruti, Cęsare interfecto: qa priuatum habitũ supergressus fuerat, in se natu graues pœnas dedit. Itaq; Cassius Syriã petit occupaturus, Cęsare uero adolescẽte & Antonio cum Bruto & Cassio bellum gerẽtibus, Marcus & Cassius exercitu de Syria cõflato, cuius magna pars ubi usus popposcit, Herodes fuit, ipsum quidẽ totius Syrię procuratorẽ p̃fitentur. Si autẽ bellum desisset, regnũ quoq; Iudææ Cassius eidem se delaturum pollicitus est. Euenit autẽ ut Antipatro spes & fortitudo filij causa interitus fieret. Malichus nanq;, qui regnandi cupiditate aspirauerat, timens Antipatri potentiã, quæ uirtute Herodis cumulabat̃, ne impedimento eius fieret conatui, quodã regio iuuene pecunia corrupto, mixtũ ei ueneno poculum dari persuadet. Atq; ille quidẽ post conuiuium mortuus est, uir ad alia strenuus, rebusq; administrandis idoneus, & qui regnũ recuperatũ conseruauit Hircano. Herodes autem postq̃ clarissimas paterno funeri celebrauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

exequias, Malichum, quem authorem paternę mortis fore ratus est, & Iudæorum gentem contra Romanos excitaturum, deiectoque Hircano facilime regnaturum, timebat: usus consilio Cassij, eiusque auxilio fretus, Malichum dolo circumuentum multis uulneribus perfossum, interemit. Hircanus uero dum assisteret, eo terrore consternatus sensum amisit, atque omni solutus uigore mentis et corporis torpuit. Paulisper tamen ubi sese recepit, interrogauit Herodem, quis præcepisset Malichum occidi. Vbi cognouit expositio Cassij Romani imperatoris iussu necatum, ilico respondit: Cassius ergo & mihi & patriæ meæ saluti fuit: qui utriusque insidiatorem peremit. Sed hoc siue metu dixerit, siue ita senserit, haud liquido patet. Igitur Antigonus, cuius supra mentionē fecimus, Aristoboli filius, qui e custodia Romæ aufugerat, ac sæpius in Iudæa nouas res excitare molitus est, qui Ptholomæi uiribus suffragabatur: socer nanque eius Ptholomæus Manci filius, qui apud Calcidā sub Libano habitabat, cuncta ei subministrat, dumq; aliquas idem Antigonus occupasset Iudæorum munitiones, Herodes illi occurrit, instructus in aditu Iudææ: postquam Malichum interfecerat, eiusque fratrem Felicem ex finibus Iudææ pepulerat, commisso prælio superauit Antigonum. Hinc Herodes fugato Antigono, redit in Hierusalem. Pro merito itaque gestæ rei omnibus charus erat, ita ut etiam, quibus antea despectus fuerat, tūc in eius familiaritatem sese dederint, & propter Hircani affinitatem. Nanque is Herodes iam pridem ex indigenis habebat uxorem non ignobilem, quæ Dosis uocabatur, & Antipatrum ex ea susceperat filium. Tum autem duxerat Alexandri, cuius pater fuit Aristobolus, filiam Mariamnem, Hircani neptem ex filia, atque inde regi Hircano familiaris erat. Nec tamen sic Herodes inuidiam declinauit. Nam ubi Cæsar & Antonius Cassium Brutosque bello Macedonico oppressere uictores, Cęsar in Italiam regredi maturauit, Antonius in Syriam properauit. Cuius conspectui confestim Herodes affuit, multisque muneribus oblatis eius gratiam promeruit, intantum ut Herodem & Faselum, Tetrarchas ordinaret, totiusque Iudææ procurationem eis cōtraderet, quamuis frustra plures Iudæorum legati, apud Antonium eos accusarent.

Antigonus paruum Hircanum pātri tradidit, & sacerdotium dolo suscepit, & qualiter à Romanis & Herode capta Hierosolyma comprehenditur atque securi occiditur, Herodesq; rex constituitur. Cap. XII.

IGitur Brazafanes Parthorū satrapa, cum regis filio Pacoro, Syriā post biennīū occupauit. Ad quē Antigonus accedens M. talēta est pollicitus, & mulieres D. ut Hircanum deponeret, & ei regnum traderet. Quibus muneribus Parthi allecti, dolo Hircanum circumueniunt, Herodisque fratrem Faselum. Qui dum Hierosolyma profecti regis colloquia petentes, mox Parthi iusiurandum uiolant: Hircanum uinciunt, atque Faselum. Vastata Hierosolyma atque proximis ciuitatibus, Antigonum regem constituunt.

Nec solum hoc, uerumetiam Faselum & Hircanū uinctos ei tradiderunt uerberandos. Antigonus autem Hircani quidem auriculas dentibus truncat, ne solutus rebus mutatis unq; pontificatum recipiat. Ab integris eīm celebrari sacra oportet. Faseli uero uirtute præuentus est Antigonus. Qui cum nec ferri copiam, nec manus liberas haberet, ad saxum fracto capite interijt, atq; ita probauit, q; uerus Herodis frater esset. Parthi autem quanq; mulieribus caruerint, quas cupiebant: rebus tamen Antigono, apud Hierosolymam compositis, uinctum in Parthiam Hicanum ducunt. Herodes nanq; Barbarorū insidias præcauēs & in nullo eis credens, matrem fratresq; suos, desponsamq; puellam, cum matre arripiens, nocte fuga elapsus: Masadam castellum citato itinere petiit. Et tūc quidem cum fugeret, multi ad se applicabant. Postea uero quam Didimeam regionem uenit, occurrit ei frater Iosephus, turbamq; sequentium diminui persuadet: nec eīm capācem esse tantæ multitudinis Masadam, erat autē supra quam IX. milium multitudo. Itaq; paruit Herodes eius cōsilio, & impares quidem necessitati per Didimeam dimisit cum uiatico. Valētissimos autē, maximeq; necessarios tenuit, atq; ita in castellum receptus est. Deinde DCCC. ibi relictis, qui mulieres defenderēt. Itemq; comitatu, qui satis esset obsessis dispositio, ipse in Petram ciuitatem Arabiæ perrexit, nec tamen apud Arabas salutem esse amicitiā repperit. Denicq; Malichus rex eorū remissis qui hoc admonerēt, q; primum eum reuerti ex finibus suis iubet. Deinde Herodes ubi Arabas sibi hostes esse deprehendit, quos amicissimos existimabat, Aegyptum petijt. Ergo ut peruenit ad Alexādriam ciuitatem, honorifice à Cleopatra susceptus est, ducem sibi militum eum fore, ad ea quæ parabat, existimante. Instigatus autē reginæ precibus, neq; hyemis asperitatem, neq; maria discrimina, quo minus Romam nauigaret, extimuit. Itaq; inde continuo Romam profectus, familiaritatis paternę gratia primū conuenit Antoniū, eicq; tam suas, q; totius generis clades, exponit: atq; suis in castello relictis & obsidione cinctis, supplex ad eum nauigasse hyeme. Itaque tantæ miserationis casum miseratus Antonius: & memoria quidē iunctæ cum Antipatro dextræ. Ergo ipsius qui aderat cōtemplatione uirtutis etiā tunc eum regem cōstituere proposuit Iudæorū, quem ipse Tetrarcham antea fecerat. Non minus autem q; Herodis fauore odio ducebatur Antigoni. Hūc enim et seditiosum & Romanis inimicum esse arbitrabatur. Cęsari quidē Herodem commendabat, multo q; ipse paratius renouans Antipatris expeditiones, quas in Aegypto cum eius patre pertulerat, & hospitia & in rebus cunctis beneuolentiam. Cum præter hæc ipsius quoque Herodis efficaciam cerneret, ueruntamen & senatum conuocabat: ubi Messala, & post eum Atratinus astante Herode, patris eius merita, et ipsius circa populum Romanum fidem prosequebantur: quo simul hostem Antigonum demonstrarent, non solum quod intra breue tempus is dissidere cœpisset, uerumetiam quod antea quoq; P. R. despecto Parthorū suffragio regnum curauisset accipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

His autē commoto senatu, cum Antonius bellum cōtra Parthos utile esse diceret, Herodem regem creari omnes assentiunt. Dimissoq; cōcilio Antonius quidē & Cæsar egrediebātur, medium stipantes Herodem, consules autē cum alijs magistratibus antecedebant, Cæsari hostias, decretumq; senatus in Capitolio reposituri. Primo autē die regni Herodis apud Antonium cœnatū est. Inde uero naui ex Italia in Ptholomaidem deuectus Herodes, haud parua manu coacta externoꝝ atq; gentilium, per Galilæā aduersus Antigonū properabat, Ventidij & Cylonis fultus auxilio. Quibus ab Antonio missus Dellius, ut Herodem deducerent, persuasit: inde ad Masidam festinabat Herodes cum ualida manu, tam indigenarum q̄ Romanorum militum, & ex Masida facile suis pignoribus & rebus a castello receptis, Hierosolymam perrexit, cui se tam Solonis milites, q̄ cæteri ex ciuitate iunxerunt, uirium eius timore perculsi. Castris autem compositis circa ciuitatem, eam sagittis & iaculis impetebant. Sed dum minime eam infringere ualerent, Iudæis ex ciuitate resistentibus, qui partibus Antigoni fauebāt: q̄uis adeo pugnatum sit, ut sagittis & iaculis cunctos ex turribus in fugam uerterent: attamen muroꝝ defensores fortiter restiterūt. Hinc superuenien te hyeme, obsidio soluta est: ad loca milites opportuna hybernandi gratia discedunt. Eodem tempore Antonius Samosatam iuxta Eufratem ualidissimam ciuitatem acrius oppugnabat, quo Herodes profectus est, ut suam demonstraret uirtutem, & ut magis, magisq; placeret Antonio. Denique mox ut ad eum uenit, finem attulit obsidioni, multis Barbaris interfectis. Ergo dum hęc aguntur apud Antonium, Herodis in Iudęa res fractę sunt. Reliquerat enim Iosephum fratrem, qui omnia procuraret, cum mandatis huiusmodi, ut nequaq̄ ante reuersionem suam aduersus Antigonū bellum moueret. Verum Iosephus ubi fratrem procul abesse cognouit, immemor præceptoꝝ, Hiericunta cum quinq; cohortibus, a duce Romano Macheras secum missis petit, ut matura messium tempore frumenta diripiat. Incursu autem hostium per mōtana atq; aspera loca oppressus, ipse cadit: & magnam uiri fortis in ea pugna gloriam cōsecutus est, cum quo omnes Romani milites pereunt, quoniam recentes de Syria cohortes lectæ erant, nec ueterum militū quenq̄ permixtum habebant, qui posset rudibus opitulari. Antigonus autem minime hac uictoria contentus fuit, sed adeo iracundia permotus est, ut mortuum quoq; Iosephum uerberaret, & eius caput abscinderet. Igitur Herodi quippe degenti apud Daphnen Antiochiæ mortē fratris somnia manifesta significabāt. Cum turbatus prosiluisset stratis, ecce nuntij cladis intrabant. Quare præ dolore paululū questus maxima luctus parte dilata, in hostes properabat, ultra uires iter accelerans. In dies autē singulos magna ei multitudo Iudęoꝝ accedebat, cū hos odiū moueret Antigoni, alios mutationis cupiditas impellebat. Sed anteq̄ Hierosolymā peruenirет, sæpius cū Antigonianis militibus fortiter dimicauit & uicit. Ac postremo bel lo Pappum quidē Antigoni militū ducē abscisō capite obtrūcat, idq; Ferori ma-

ri magistro exercitus fratri suo mittit, in perempti fratris ultionem. Nanq; Pappus erat, q̄ Iosephū interfecerat. Vbi autē rigor hyemis cessit, in Hierosolymā profectus est, murisq; admoto milite, annus nāq; agebat tertius, ex q̄ rex Romæ fuerat declaratus: exercitu quippe in opere distributo, suburbanisq; clausis, uniuerso aūt exercitu cōgregato ad peditū legiones XI. equitum VI. M. præter auxilia Syroꝝ, prope septētrionali muro castra collocauerūt. Tres quidē leuare aggeres & super eos turres ędificare iubet. Ipse quidē Herodes senatusc̄ōsulto fretus, quibus rex fuerat declaratus, hilariter cuncta disponebat. Antonius uero Sossium ducē militū, cum ualida manu in Herodis auxilium miserat. Bellatores autem qui infra murꝝ erant, constantiores facti, oppositos e muris aggeres prohibebant, & contra instrumenta oppugnantiū semper nouum aliq̄d obstaculum moliebātur, in nulla re quidē sicut in cuniculis superabāt. Prorsus neq; manibus neq; machinis deficiebant: quoniam usque ad ultimum repugnare decreuerant. Denique tanto exercitu circumsedente, per quinq; menses obsidium tolerauerunt: do nec quidam ex his quos lectos habebat Herodes, ausi murum transgredi ci uitatem irruperunt, & post eos socij centuriones. Igitur ante omnia phano proxima capiebātur, et infuso exercitu plurima ubiq; mors erat, Romanis quidem propter obsidionis moras iratis, Herodis uero manu summo intenta studio, ne quis penitus ex aduersarijs resideret. Mactabantur autem quam plurimi, & per angustiores uicos ac oppida & in domos compulsi, uel si ad templum etiam confugissent, nec ulla erat, aut senectutis, aut muliebris infirmitatis miseratio. Denique licet rex ubique dimittens rogaret ut parcerent, nemo tamen dexterā continuit, sed ueluti furentes omnem persequebantur ætatem. Ibi tum etiam Antigonus, neque priorem neque præsentem fortunam cogitans, domo descendit, & ad pedes Sossij prosternitur. Ille autem nihil eum tantæ mutationis causa miseratus, & intemperanter derisit, & Antigonam appellauit: neque tamen etiam custodiæ liberum dimisit, ut fœminam. Itaque ille quidem uinctus adseruabatur, Herodes autem quoniam hostes uicit, ut externa quoque auxilia sub iugum mitteret prouidebat, de suis facultatibus mercedem singulis distributurum se esse firmauit. Nam & militum quenque liberaliter, & pro merito ducem ipsum quoque Sossium regia largitate donauit, ut nemo egens pecunijs abiret. Post hæc Sossius aurea corona deo dicata ex Hierosolymis remeauit, Antonio uinctum Antigonum ducens: & illum quidem una spe uitæ cupidum, usque ad ultimum diem ignauia digna securis excepit. Rex autem Herodes discreta multitudine ciuitatis, suarum quidē partium studiosos, q̄ magis beneuolos sibi faceret, honorifice tractabat, Antigonianos aūt nece tradebat. Iam em̄ Antonius Cleopatrę amore corruptus, omni se cupidini cōcesserat. Si qs plenius scire uoluerit, in Iosephi XIII. libro requirat.

Herode alienigena rege facto, prophetiæ cōpletæ sunt, quæ CHRISTVM tunc ventuꝝ prædixerant, & Iudæoꝝ regnū destruendū. Cap. XIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIrcanus uero, ut ſupradiximus, a Parthis captus, ac deinde Antigono eius ſucceſſore, quem Parthi ſacerdotem fecerant, a Romanis comprehenſo atq; interempto, Iudæorum defecit regnum & ſacerdotium. Siquidem Herodes alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæam, Antipatri uidelicet Aſcalonitis Iudumææ regionis, & matris Cypridis Arabicæ filius, contradentibus Romanis, Iudæor̃ ſuſcepit principatũ, regnum & ſacerdotiũ Iudæ: q̃d prius per ſucceſſiones tenebatur, id eſt, iudicũ, regum, ſacerdotũ: iterq; regum & ſacerdotũ, q̃d eo tẽpore deſtructũ eſt. Cõpleta nanq; eſt propheria, quę ita per Moſen loquit: Non deficiet ex Iuda princeps, neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniet, cui repromiſſum eſt, & ipſe eſt expectatio gentiũ. Nam uſq; ad Herodẽ, iudices, ſacerdotes, reges, per ſucceſſiones populo prę fuerũt Iudęor̃: inde uero nequaq̃ ex ſucceſſione generis ſacerdotalis, põtifices cõſtituti ſunt: neq; perpetuitate uitæ ſecundũ legem Moſi ſeruiẽtes deo electi ſunt, ſed ignobiles quidẽ, & alio tẽpore alij, & nõnulli per unius anni ſpatium ſiue modico amplius, a Romanis imperatoribus ſacerdotium emebant. Itaque Herodes Analiũ quendã de Babylonia aceitũ, pontificẽ Iudęor̃ conſtituit. Poſt exiguum uero tẽporis, Ariſtobolũ fratrem uxoris ſuæ Mariamnem, nepotẽ Hircani ſucceſſorẽ dedit. Quo poſt annũ interfecto, rurſum Analio reddidit ſacerdotiũ. Quæ oĩa ita ſe habẽtia, longe prius prophetando deſignauit Daniel propheta dicẽs: Et poſt hebdomadas VII. & LXII. interibit Chriſma, & nõ erit iudiciũ, & tẽplum & ſanctũ corrũpet populus, duce uenięte. Et in cõſequentibus: tẽplum, inquit, erit abominatio deſolationũ, & uſq; ad cõſummationem tẽporis, cõſummatio dabitur ſuper deſolationẽ. Igitur VII. et LXII. hebdomadę, quę fiũt ſimul LXIX. et faciũt annos CCCC. LXXXIIII. in q̃bus Chriſti, id eſt ſacerdotes per unctionẽ cõſecrati regnauerũt, ab inſtauratione tẽpli ſub Dario uſq; ad Hircanũ, in quo nouiſſimus Chriſma & ſacerdotiũ defecit Iudęor̃. Ergo regnãte Herode apud Iudęã, & Auguſto apud Romanos, Chriſtus filius dei natus eſt, q cõfirmauit ueri dei cultũ, in multis apoſtolis & credẽtibus. Quicq̃d em̃ poſt dñi paſſionẽ in tẽplo factũ eſt, nõ fuit ſacrificiũ dei, ſed cultus diaboli, cũctis in cõmune clamãtibus: Sãguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et: Nõ habemus regem, niſi Cæſarẽ. Quod autẽ a perfectione tẽpli, uſq; ad X. Auguſti imperatoris annũ, quãdo interfecto Hircano Herodes Iudæã obtinuit VII. et LXII. hebdomades, id eſt, CCCC. LXIIII. ſupputãtur anni: ſic poſſumus appprobare. LXVI. Olympiadis anno III. id eſt, Auguſti X. Herodes in Iudæis ſuſcepit imperiũ, qui faciũt annos CCCC. LXXXIIII. per ſingulas Olympiades, quadriennio ſupputato. Quo in tempore Vergilius ſumpta toga Mediolanũ tranſgreditur: & poſt breue tempus Romam pergit. Cicero in Forminione ſuo ab Herennio & Publio occiditur, LXIIII. ætatis ſuæ anno. Caput eius cum manu dextera pro roſtris poſitũ eſt, iuxta coronatam Publij militis imaginẽ, qui eum occiderat. Quibus diebus III. Romę ſi-

mę ſimil ſoles exorti ſunt, ſed paulatim in eundem orbem coierunt (ut ſuprædiximus) ex taberna meritoria trãs Tyberim oleum erupit, fluxitq; tota die ſine intermiſſione. Inter cætera uero portenta, quæ tunc facta ſunt toto orbe, bos loquutus eſt, in ſuburbano Romæ dicens ad arantem: Fruſtra ſe urgeri, non frumenta, ſed homines in breui defuturos. Ouidius Naſo in Pelignis naſcitur. Cornificius uero poeta a militibus deſertus interijt, quos ſæpe fugientes galeatos lepores eſſe dicebat. Huius enim ſoror fuit Cornificia, cuius inſignia extãt epigrãmata. Cornelius Nepos ſcriptor hiſtoricus, clarus habetur. Saluſtius diem obijt, quadriennio ante Acciacum bellum. M. Vanius poeta, quẽ Vergilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moriẽ.

De Octauiano, qui nomen auunculi & regnum ſuſcipiens, qualiter ciuilia bella & externa gerendo ad hoc peruenerit, vt à ſenatu decretum ſit, q̃ in perpetuum tribunitiæ poteſtatis eſſet. Cap. XIIII.

Ita dum in Iudæa res ita gererentur, ut partim retulimus, ordo deposcit ut ad ſeriẽ rei geſtę Romanor̃ reuertamur. Ergo Iulio Cæſare in curia Romæ interfecto, magna continuo malorum incrementa ſubſequuntur. In eius uero cædem trahuntur agmina conſciorum. Certum enim erat, quia Cæſar indigne perẽptus, plures habere poſſet ultores. Ergo Octauianus, qui teſtamento Iulij Cæſaris auunculi hæreditatẽ & nomen aſſumpſerat, idemq; qui poſtea Auguſtus eſt dictus, ſimul ut Romam adoleſcens ex Apollonia rediens, indolẽ ſuam bellis ciuilibus uouit. Nam ut breuiter coaceruationem malorum explicem, bella ciuilia quinque geſſit, Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinũ, Siculum, Acciacum. E quibus duo, hoc eſt, primum ac nouiſſimum, aduerſus M. Antonium, ſecundum aduerſus Brutum & Caſſium, tertium aduerſus Lucium Antonium, quartum aduerſus ſextum Pompeium Cn. Pompei filium confecit. Antonius a ſenatu hoſtis pronuntiatur, Decium Brutum apud Mutinam obſidione concluſerat. Cõſules Hircius & Panſa, & cum his Cæſar ad liberandũ Brutum expugnandũq; Antoniũ miſſi, Panſa primo ueniens exceptus inſidijs, inter ſuor̃ clades ipſe q̃q; pilo grauiter uulneratus, ab eodẽ uulnere interpoſitis diebus eſt mortuus. Hircius auxilium collegæ ferẽs, magnas Antonij copias uaſtatione deleuit: Cęſar eatenus caſtra cuſtodiuit. Secũda aduerſus Antoniũ pugna, magnæ utrinq; ſtrages actæ ſunt. Nanq; tũc ibi Hircius cõſul occiſus eſt: uictus fugit Antonius, Cęſar uictoria potitus eſt: cui Decius Brutus de coniuratione occiſi Iulij Cæſaris cõfeſſus, preces pœnitẽtię fudit. Dolobellã Treboniũ unum ex interfectoribus Cęſaris Smyrnę interfecit. Dolobellã ſenatus hoſtẽ pronũtiauit. Conſulũ occiſor̃ uterq; exercitus Cęſari paruit. Poſtea Decius Brutus in Gallia a Sequanis captus et occiſus eſt. Vaſillus eques unus de percuſſoribus, manu ſuor̃ ſeruor̃ necatus eſt. Lepido ſatis agente, Cęſar Antoniũ recepit in gratiã, atq; ob fidẽ recõciliatę gratiæ filiã eius matrimonio ſortitus eſt. Inde cũ ad urbẽ acceſſiſſent, ac rumor de futura proſcriptione ortus eſſet, G. Thoranius uir prætorius, nihil tale

 metuens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

metuẽs,incursu militum domi suę interfectus est. Alij quoq; cõplures trucidati sunt. Itaq; ne latius atq; effrenatius in circũscripta cędes ageretur C. XXX. & duorum senatorũ nomina in tabula proposita sunt. Primum Lepidi præcepto ex nomine,deinde Antonij,tertio Cæsaris. Ibi Antonius T. Ciceronem inimicum suum,ibi L. Cęsarem auunculum suum,& quod ex aggerando sceleri accessit, uiua matre proscripserat: ibi Lepidus L. Paullum fratrem suum, in eundem proscriptorum gregem coniecerat: Adiecti sunt postea ad numerum proscriptorũ XXX. equites Romani,& multæ diu & uarię cædes actę sunt: domus proscriptorũ direptis omnibus diruę sunt. At Dolobella in Syria multa cũ Cassio bella gessit: a q̃ uictus ipse se interfecit. Brutus & Cassius, magnis exercitibus cõparatis, apud Athenas conuenerunt,totãq; Græciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terra mariq; oppugnatos,ad deditionẽ coegit:quibus pręter uitam nihil reliqt. Igit Cæsar & Antonius,eosdem in Macedoniam magnis bellorũ apparatibus persequuti, ad mortem compulerunt: q̃uis manifestissime illa tunc pugna, non uirtute partis Antonij, sed felicitate Cæsaris confecta sit. Cæsar enim tunc æger,cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset,hortatu & precibus medici,qui per somnum ammonitum sese fatebat, ut ea die castris Cæsarem salutis ipsius causa educeret,in campum ęger inter copias egressus est:ac mox castra eius ab hostibus capta sunt. Sed rursus Cæsariani milites Cassij castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti Brutus & Cassius:immaturã sibi mortem ante belli terminũ coegerunt. Nam inuitatis percussoribus,Cassius caput,Brutus latus prębuit. At Romæ Fuluia uxor Antonij: socrus Cæsaris, dominatũ ut mulier agitabat. Nam & Cęsarẽ reuersum apud Brundusium contumelijs,factionibus, insidijsq; petijt. A quo propulsata,ad Antonium concessit in Græciam. Sextus Pompeius,postq̃ se in proscriptorũ numero relatum comperit, conuersus in latrocinia,oẽm oram Italiæ cædibus rapinisq; uastauit, Sicilia intercepta commeatibusq; impeditis,Romã fame affecit. Mox cum eo pacẽ triumuiri,nedicã tyranni .i. Lepidus Cæsar Antoniusq; fecerunt. Sed cõtinuo cum contra pactum Pompeius fugitiuos allegeret,ut hostis habitus est: Menas libertus Pompei cum LX. nauium classe ad Cæsarẽ defecit,eidemq; classi ipsi iussu Cęsaris præfuit. Idẽq; continuo cum Statilio Tauro aduersus Menecratũ Pompeianũ ducem,nauale bellũ gessit. Deinde ipse Cæsar aduersus eosdẽ Põpeianos,cruentissimũ nauale bellum confecit. Sed continuo uictricem classem pene uniuersam apud Scyllaceũ naufragio amisit. Ventidius Persas & Parthos in Syriã irrũpentes, tribus bellis maximis fudit, regẽq; eorũ Pacorum in acie interfecit, ea scilicet die,qua Crassus a Parthis fuerat occisus. Antonius uix in castello expugnato pacẽ cum Antiocho fecit: ut ipse tantã rem cõsummasse uideret. Ventidium Syriæ præfecit, iussitq; ut Antigono bellũ inferret, qui Iudæos tunc forte debellauerat,captisq; Hierosolymis,tẽplum expoliauerat,regnũq; Herodi dederat: quẽ continuo uictum

ctum in deditionẽ recepit. Mena libertus cum VI. nauibus ad Pompeiũ redijt,a q̃ clementer receptus,Cæsaris classem incendit, q̃uis nuper Cæsar alterã secundo naufragio perdidisset. Idẽq; Mena postea ab Agrippa nauali pręlio circũuentus,cum sex triremibus ad Cęsarẽ trãsijt. Sed hũc Cęsar tertio transfugã,indulta tm̃ uita segnẽ reliqt. Deinde Agrippa inter Milas & Liparas,aduersus Demochã & Põpeium nauale pręliũ gessit,ac uicit. Ibi que tunc naues XXX. aut demersit aut cepit, reliqs laceratis: Pompeius Messanã cõfugit. Cęsar interea Tauromenũ traiecerat,quẽ repẽtino impetu Põpeius afflixit. Vnde multis demersis nauibus suis,ac magna multitudine suorũ militũ perdita,in Italiã Cęsar aufugit. Nec interueniẽte mora, in Siciliã redijt, ibiq; Lepidũ ex Aphrica aduentantẽ obuiũ habuit, summas sibi partes,terrore,minis,ac superbia uendicãtem. Post dies paucos Agrippa iussu Cęsaris, a littore cũ acie instructa prospectans atrocissimo nauali pręlio aduersus Põpeium cõflixit & uicit. Nam CLX. et III. naues,aut demersit,aut cepit. Põpeius cum X. & VII. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna XX. legionũ insolẽtia tumẽs,cum Messanã militibus permissam diripuisset:ipsum Cęsarẽ ad se uenientẽ semel atq; iterũ spreuit,ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuũ brachiũ lacerna repellendo uitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus, instructo exercitu aduersus Lepidũ ueniens,plurimas legiones Lepidi pauci interfectis transire in suam partem cõpulit. Lepidus tandem intelligens, quo uanitas sua tenderet, depositio plaudamẽto assumptaq; ueste pulla supplexq; Cęsari factus, uitam & bona impetrauit:perpetuo quidẽ emẽdatus exilio. Taurus Cęsaris prefectus totã pene Siciliam ferro pertentatã contritamq; in fidem recepit. XL. & IIII. legiones sub unius,tũc imperio Cęsaris erãt. Milites multitudine ferociores,q̃sdam pro accipiendis agris tumultus excitauerũt. Sed Cęsar animo ingẽs XX. milia militum exauthorauit, XXX. milia seruorum dñis restituit, VI. milia quorũ dñi non extabant,in crucem egit. Quans urbem ingressus, ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset, a Senatu decretum est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit, ac per totũ diem largissimo riuo fluxit. Antonius uero postq̃ Araxim transmisit,oĩbus undiq; malis circumuẽtus, uix tandẽ Antiochiã cum paucis redijt. Nam cum multitudine equitũ & sagittariorũ ab oĩbus prælijs, quę plura tẽtauit uictus semper effugeret,tum præterea incertis & ignotis regionum locis impeditus, grauissima fame ad nefandos cibos coactus est plurimi militũ sese hostibus dediderũt,in Græciã transijt,iussitq; Pompeiũ qui uictus a Cæsare exercitum bellumq; reparabat, cum paucis ad se uenire. Pompeius fugiens, a Tito & Furino Antonianis ducibus sæpe terestri naualiq; bello uictus & captus,ac post paululum interfectus est. Cæsar Illyricum,Pannoniam,partemq; Italiæ,bellis subegit & domuit.

Antonius pro quibusdam successibus elatus,Octauiano Cęsari bellum denũciat. A quo rer victus,ac demum captus & occisus est. Cap. XV.

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

IGitur Antonius Arthabanē Armeniæ regem proditione & dolo cepit: quem argentea catena uinctum, ad confessionem thesaurorꝝ regiorꝝ coegit, expugnatoq; oppido in quo conditos esse prodiderat, magnam uim auri argentiq; abstulit. Qua elatus pecunia, denuntiari bellū Cęsari atq; Octauiæ sorori Cæsaris uxori suæ repudium indici iussit, & Cleopatram sibi ex Alexādria occurrere imperauit: ipse Accium ubi classem constrauxerat profectus, cum prope tertiā partē remigū fame absumptā offendisset, nil motus: Remi, inquit, salui sint: nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit Cęsar. CCXXX. rostratis nauibus, a Brundusio in Epirum profectus est. Agrippa uero, præmissus a Cæsare onerarias naues frumēto atq; armis graues ab Aegypto, Syria Asiaq; ad subsidium Antonio uenientes cepit: peragratoq; Peloponēsium sinu Monā urbē ualidissimam Antoniano munitam præsidio expugnauit. Inde Corcyram cepit, fugientes nauali prælio persequutus profligauit: multisq; rebus cruentissime gestis, ad Cæsarē uenit. Antonius defectu & fame militum suorꝝ permotus, bellum maturare instituit, ac repēte instructis copijs, ad Cęsaris castra processit & uictus est. Tertio post pugnā die Antonius castra ad Accium transtulit, nauali prælio decernere paratus. CCXXX. fuere rostratæ Cæsaris naues, & XXX. sine rostris triremes, uelocitate Luburnicis pares, et VIII. legiones classi superpositę, absq; cohortibus V. prętorijs. Classes Antonij CLXX. nauium fuit: quantū numero cedens, tm magnitudine prœcellens. Nam X. pedum altitudine a mari aderant famosum & magnū hoc bellum apud Acciū fuit, ab hora V. usq; in septimam: incerta uincendi spe, grauissime utrimq; cædes actæ. Reliquum diei, cum subsequente nocte in uictoriam Cæsaris declinauit. Priorꝝ regina Cleopatra, cum LX. uelocissimis nauibus fugit. Antonius quoq; detracto insigni prętoriæ nauis: fugientem sequutus uxorem est. Illucescente iam die, uictoriam Cæsar consummauit, ex uictis XII. milia cecidisse referuntur, VI. milia uulnerata sunt, e quibus M. inter curandum defecerunt. Antonius & Cleopatra communes liberos cum parte regiæ gazæ ad Rubrum mare præmittendos censuerūt, ipsi prę sidijs circa duo Aegypti cornua, Pelusium, Parethoniumq; dispositis, classem & copias instaurando bello parauerunt. Cæsar sexto imperatorum appellatus, & quarto ipse cum M. Licinio Crassio consul Brundusium uenit. Ibi orbis terrarꝝ prędia diuisis legionibus composuit. Inde in Syriam proiectus, mox Pelusium adijt, ubi ab Antonianis præsidijs ultro susceptus est. Interea Cornelius Gallus præmissus a Cæsare, IIII. legiones, quas Antonius apud Cirenas præsidij loco constituerat, suscepit in fidem atq; inde Parethonium prima Aegypti ac Libyæ parte ciuitatem uicto Antonio cepit: ipsumq; continuo apud Tharum uicit. Antonius equestre aduersus Cęsarem bellum iniit, in eo quoq; miserabiliter uictus aufugit. Kalendis sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet: subito uniuersæ naues ad Cęsarē transierunt. Cumq; unico prędicio spoliatus

spoliatus esset, trepidus se cum paucis recepit in regiā. Regina ad pedes Augusti prouoluta: tērauit oculos ducis, frustra quidē. Nam pulchritudo intra pudicitiā principis fuit. Nec illa de uita quæ auferebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperauit a principe, seruariq; se triūpho cognouit, incautiorē nacta custodiā in Mausolæū se regum recepit, ibiq; maximos, ut solebat induta cultus, in referto odoribus solio iuxta suum se collocauit Antoniū, admotisq; ad uenas serpētibus, sic morte quasi somno soluta est. Cęsar Alexādria urbe oim longe opulentissima et maxima uictor potitus est. Nam & Roma intm opibus eius aucta est, ut propter abundantiā pecuniarꝝ, duplicia q̄ usq; ad id fuerāt possessionū, aliarꝝq; rerꝝ uenaliū p̄cia stare tur. Occisi sunt iussu Cęsaris, maior Antonij filius, et P. Canidius, infestissimus quidē semp Cęsari, sed Antonio infidus, et Cassius Palmēsis, ultima uiolatę partis Cęsaris uictima, et Quintinus Ouinius, ob eā maxime notā, q̄d obscenissime lanificio, textrinoq; reginę senatorꝝ primus Romanus p̄esse nō erubuerat. Dehinc Cęsar pedestribus copijs in Syriā uenit, Deinde in Asiā ad hyberna cōcessit, ac post p Græciā Brundusiū puectus est.

De eo quod Cæsar Octauianus totam Hispaniam per se subiugauit. Vbi & gloria Magni Alexandri in eo refusa est per legatos Indorum & cæterarum gentium Orientis. Et qualiter tam per se, quàm etiam per suos legatos vniuersum sibi subiecit orbem. Cap. XVI.

CAesar uictor ab Oriente rediens, VII. Idus Ianuarias, urbē triplici triūpho ingressus est, ac tunc primū ipse Iani portas, sopitis finitisq; omnibus bellis ciuilibus, clausit. Hoc die primum Augustus cōsalutatus est, q̄d nomen cunctis antea inuiolatū, et usq; ad hunc cæteris inausum, dominis tm orbis licite usurpatū, apicem declarat imperij Atq; ex eodē die summa rerꝝ ac potestatū penes unum esse cœpit et mānsit: q̄d Græci monarchiam uocant. Porro autē hunc esse eundē diem, hoc est, VIII. Idus Ianuarias, quem nos Epiphaniā, hoc est, apparitionē siue manifestationē dominici sacramēti obseruamus. Hinc uero Cæsar parꝝ in Hispania per CC. annos actū intelligēs: aperuit Iani portas atq; in Hispanias ipse cū exercitu profectus est. Cantabri et Astures Galleciæ prouinciæ portio sunt, qua extentū Pyrenei iugū, haud procul secūdo Oceano sub septētrione deducit. Hi nō solū propriā libertatē tueri parati: uerumetiā finitimorꝝ p̄ripere ausi. Quo Cęsar dū sępius aggressus frustra propter Pyrenei difficultatem tandē ab Aquitanico sinu per Oceanū, incautis hostibus admoueri classem atque exponi copias iubet, q̄s ita improuisos debellauit & cepit. Post uictoriā uero Cātabriæ atq; Galleciæ, totiusq; Hispaniæ, Claudius Drusus, priuignus Cęsaris, Galliam, Rhetiamq; fortitus, maximas fortissimasq; gētes Germanię armis subegit. Nam tunc ueluti ad constitutū pacis diem festinarent, ita omnes ad experientiā belli, decisionemve fœderis, undatim gentes commouebantur, aut susceptura pacis conditiones, si uincerentur, aut usuræ quieta libertate, si uincerent. Norici, Illyrij, Pannonij, Dalmatæ, Moesi, Thraces, & Daci, Sarmatæ, plurimique & maximi

Germa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Germaniæ populi, per diuersos duces, uel superati, uel repressi, uel etiam obiectu maximorum fluminum, Rheni, Danubijq; secluſi sunt. Drusus in Germania primum Sosipetes, deinde Thēteres, Acathos perdomuit, Marcomannos pene ad internitionē ęcidit. Postea fortissimas nationes, & quibus natura uires, consuetudo experientiam uirium dabat, Cheruscos, Suebos, & Sicambros, pariter uno bello. Sed etiam Susas, Persas superauit. Quorum ex eo considerari uirtus ac feritas potest, quod mulieres quoque eorum, si quando præuentu Romanorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis, uel qualibet re, qua uelut telo uti furor posset, paruos filios collisos humi, in hostium ora iaciebāt: in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Tunc etiam per Aphricā Musulanos & Getulos, latius uagantes Cossus dux Cęsaris, artatis finibus coercuit, atq; Romanis limitibus abstinere metu cōpulit: & ut altius repetēdo gentium feritatem demonstrem, unus Moesiæ ducum ante aciem postulato silentio: qui uos estis inquit. Responsum est: Romani gentium domini. At ille: Ita fiet, inquit, si nos uiceristis. Sed mox uicti sunt a Romanis. Thraces uero qui a Pisone sunt perdomiti, in ipsa captiuitate sua rabiem ostendebant. Nam catenas, quibus ligati erant, morsibus uellicantes, feritatem suam ipsi puniebant. Dactam quoq; ultra Danubium Lentulus uicit, expulit, atq; subegit. Sarmatas quoq; Lētulus ultra Danubium pepulit, qui præ nimia barbarie, nec quid pax sit intelligunt. Marmarides uero & Garamantes in orientali plaga, per Quirinum Cæsar subegit, Germanos uidelicet, Gallos, Britones, Hispanos, Hyberes, Austeres, Cantabros, occiduo sub axe iacentes: per se Augustus ad eos ueniens, Romanis legibus seruire coegit. Interea Cæsarem apud Tarraconem citerioris Hispanię urbem legati Indorum & Scytharum toto orbe transmisso, tandem ibi inuenerunt, ultra quod iam quærere non possent, refuderuntq; in Cæsarem Alexandri magni gloriam: quem sicut Hispanorū Gallorūq; legatio in medio Oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adijt, ita hunc apud Hispaniā, in occidentis ultimo supplex cum gentilitio munere, eous, indus, & scytha boreus orauit. Cantabrico bello per quinque annos acto, totaq; Hispania in æternam pacem, cum quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita, Cæsar Romā redijt. Quibus etiam diebus multa per se, multaq; per duces & legatos bella gessit. Nam inter cæteros, & ipse aduersum Vindelicos missus est. Quibus subactis, uictor ad Cęsarem Lugdunum uenit. Pannonios nouo motu intumescentes, Tyberius priuignus Cæsaris, cruentissima cæde deleuit. Idemq; cōtinuo Germanos bello arripuit: e quibus XL. milia captiuorū uictor abduxit. Quæ reuera bellum maximum & formidolosum XV. legionibus per triennium gestum est: nec fere ullum maius bellū (sicut Suetonius attestatur) post Punicum fuit. Eodem uero tempore, Quintillius Varus cum III. legionibus a Germanis rebellātibus, mira superbia atq; auaritia insubiectos agēs, funditus deletus est. Quam Reipublicæ cladem Cæsar Augustus adeo grauiter

grauiter tulit, ut sæpe per uim doloris caput parieti collidens, clamaret: Quintilli Vare redde legiones. Bosphoranos uero Agrippa superauit, et signis Romanis, quæ illi quondam sub Mitridate sustulerant, bello recuperatis, uictos ad deditionem coegit. Parthi, quasi toto terrarum orbe uel domito uel pacato omnium oculis signarentur, atque in se solos omnis uigor Romani imperij uertendus esset: quippe, quos pristina ulciscendæ Crassianæ cædis conscientia mordebat, ultro signa quæ Crasso interfecto abstulerant, ad Cæsarem remiserunt, regijsq; obsidibus traditis firmum fœdus fideli supplicatione meruerunt. Itaq; anno ab Vrbe condita DCCLII. Cæsar Augustus, ab Oriente in Occidentem, a Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis, Iani portas tertio ipse tūc clausit. Quas ex eo per XII. ferme annos, quietissimo semper obseratas otio, ipsa etiam rubigo cōsignauit: nec prius unq̄, nisi sub extrema senectute Augusti pulsatæ Athenięnsium seditione & Draconum cō motione patuerūt. Clausis igitur Iani portis, Rempublicā quam bello quę fierat, pace nutriuit, atq; amplificare studēs, leges plurimas statuit, per quas humanū genus, libera reuerētia disciplinę morē gereret, dñi appellationem ut homo declinauit. Nam cum eodem spectante ludos, pronuntiatū esset in Mimo: O dñm æquum & bonū, uniuersiq; quasi de ipso dictū esset, exultantes approbauissent, et statim quidē manu, uultuq; indecoras adulationes repressit, & sequenti die grauissimo corripuit edicto, dñmq; se posthac appellari, ne a liberis quidē aut nepotibus suis, uel serio uel ioco passus est. Igitur eo tēpore, id est, eo anno, quo firmissimā, uerissimāq; pacē ordinatione dei Cęsar cōposuit natus est Christus, cuius aduentui pax ista famulata est. In cuius ortu audiētibus hominibus exultātes angeli cecinerūt, gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolūtatis. Eodemq; tēpore, hic ad quē rerum oīm summa cōcesserat, dñm se hoīem appellari non passus, imo nec ausus, quo uerus dñs totius generis humani inter hoīes natus est. Eodem quoq; anno, tunc primū idem Cæsar, quē his tātis mysterijs prędestinauerat deus, cēsum agi singulariq; ubicq; prouinciarū, & cēseri omnes homines iussit, quādo & deus homo uideri & esse dignatus est. Hæc illa prima, clarissimaq; professio, Cæsarē omnium principē, Romanosq; rerum dños, singillatim cunctorū hominum ædita ascriptione signauit, in qua se et ipse, qui cunctos hoīes fecit inueniri hoīem, ascribiq; inter homines uoluit, quod penitus nunquam ab orbe condito, atque ab exordio generis humani in hunc modum actum est, ne Babylonę quidem uel Macedoniæ, ut non dicam minori cuiquam, regno concessum fuit.

De prælijs ab Herode gestis cum rege Arabum. Et qualiter gratiam Octauiani Cæsaris adeptus sit. Cap. XVII.

Igitur Herodes senatusco̅sultu, Antonijq; atq; Cæsaris fauore in regno Iudæorum confirmatus (ut superius enarrauimus) dum cum omni belli apparatu instructus, ut cum Antonio ad Acciacum properaret bellum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

callide a Cleopatra quidem interceptus est: ne particeps fieret periculorum Antigoni. Regibus enim, id est, Malicho Arabiæ atq; Herodi insidias tendens bellum in Arabas, ut Herodi committeret, persuadet Antonio. Quos si uicisset Arabiæ domina, sin uictus esset Iudæorum constitueretur: alterumque potentum, per alterum pessundaret. Sed hanc eius uoluntatē, Octauianus præuenit Cæsar. Herodes autē mox ut in Arabiam uenit, bello exceptus, superior factus, uictoria potitus est. Arabes uero cum uicti essent, maiore motu suscitantur, cum ualida manu pugnam repetunt, uictisque agminibus circa saxosa loca & deuia Herodis militem fugant. Plurimis cæde prostratis, eos uero qui fugerāt, cum castris ceperunt. Post hanc uero cladē alia sequitur calamitas Herodem. Nam eius regni anno septimo, & Accio bello feruente, terræmotus infinitam quidem pecorum multitudinem: hominum uero XXX. milia peremit, cum exercitus Herodis mansisset incolumis, quoniam sub diuo degebat. Hanc miseriam Iudæorum ut fama perceperunt Arabes, tristibus enim nuntijs grauius aliquid affingitur, mox in Iudæam cum omni exercitu ruunt. Herodes uero audiens aduentum illorum, ita suos solabatur, ut fertur. Non enim tantum manu, armisque freti: quantum nostris calamitatibus ueniunt. Fallax autem spes est, quæ nō suis uiribus nititur, sed alienis aduersis. Neque uero uel secundæ res, uel contrariæ apud homines certæ sunt, sed in utranque partem uicissim uideas rutare fortunam. Et id exempla uobis propria demonstrabunt. Nempe prælio superiore uictores, post ab hostibus uicti sumus. Et nunc ergo quantum æstimare licet, illi capientur, uictores sese fore credentes. Nimis enim confidens incautus est: meus autem prouidentiam docet. Nihil autem uos terreat rerum anima carentium motus: neque arbitremini terræ concussionem alicuius futuræ cladis esse portentum. Naturalia sunt elementorum quoq; uitia, nullumque damnum inferunt: nisi ex ipsis euenerit. Nam pestilentiæ quidem uel famis uel terræmotus signum aliquod tardius fortasse præcesserit, ipsa uero cum extiterint, sui magnitudine finiūtur. Talibus uero exemplis suos animauit milites Herodes, hostes aggressus, superauit & uicit. Quam diu quidem restiterunt non magna cædes eorum facta est: ubi ergo terga uerterunt, multi a Iudæis, multi uero a semetipsis conculcati, quos Herodes pene omnes aut interfecit aut cepit. Sed hāc fuscauit uictoriam solicitudo propter amicitiam Antonij, post uictoriā Cæsaris apud Accium. Itaque Herodes tradens se periculo, Rhodumque transmissus adijt Cæsarem sine diademate, uestequidem, cultuque priuato, sed fastu regio neque dissimulata ueritate, coram hæc dixit: Ego Cæsar rex factus ab Antonio, fateor utilem me fuisse regi Antonio, neq; dubitauerim dicere, quod omni modo armis quoque me gratum expertus esset, nisi Arabes prohibuissent. Veruntamen & auxilia pro uiribus ei misi, & multa frumenti milia. Ego enim optimum consilium ei dedi, unam esse dicens Cleopatræ mortem aduersariorum correctionem. Quam si occidisset & pecunias ei & muros ad tuitionem,

tuitionem, & exercitum & memetipsum belli cōtra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures Cleopatræ amores, & deus qui uictoriā tibi donauit, obstruxit. Vna ergo cum Antonio uictus sum, & regni coronam cum eius fortuna deposui. Ad te autē ueni, spem salutis de uirtute præsumens, & ne in examen ducerēt properans qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc Cęsar: Imo uere saluus esto, inquit, & nunc regnato certius. Nam meritus es, ut plurimos regas, cum amicitiā tanta fide tuearis. Experire autē ut etiā felicioribus fidelis permaneas. Siquidē ego præclarissimā spem de tua quidem magnanimitate promitto. Recte tamē fecit Antonius, qui magis Cleopatræ, q̄ tibi paruit. Te nāq; lucrati sumus propter eius amicitiā. Huius sermonis humanitate regē, ne quid de amicitia sua dubitaret, hortatus: et diadema illi imposuit, & regnū cōfirmauit. Inde in Aegyptū prosecutus Cęsaris iter, suppeditatis oībus quę usui uel ipsi uel exercitui forent: maximā gratiā imperatoris sibi suo studio cōciliauit: p̄cipue, qa in locis aridioribus ulcq; Pelusiū regali prouisione aquarę affluentiā sumministrauit. Quibus officijs tm̄ sui amorē infundit oībus, ut plus uideret meruisse, q̄ accepisset: minorque regni potestas, q̄ humanitatis largitas, æstimaret. Vnde Cęsar ex sententia rebus intra Aegyptū gestis, Antonio et Cleopatra defunctis, nō solū quę adempta erāt Herodi reddidit, uerumetiā p̄rer illa, q̄ Cleopatra auerterat, Zadorā, Hipponē, Samariā ei cōcessit: maritimasq; urbes, Gazā, Antedonā, Hioppen, Turrim Stratonis simul donauit. CCCC. etiā stipatores ex Gallia, qbus sepra incedebat Cleopatra, ad custodiā corporis regi cōcessit, multaq; alia. Sed his omnibus rex plus lætabatur: quia a Cæsare super omnes, infra Agrippam diligebatur, ab Agrippa infra Cæsarem.

De operibus ab Herode excellentioribus factis. Et dē interfectione filiorū ac cōiugis, siue amicorū, ac demū de eius execrabili morte. Cap. XVIII.

IGitur post q̄ Tracon regionē, et Bathaneā, omnēq; terrā Galilęæ, ditioni Herodis Cęsar subdidit, totiusq; Syrię procuratorē cōstituit: animus Herodis ad maiora sublatus est. Anno itaq; regni sui XV. templum instaurauit, & duplū terræ spatiū, q̄ fuerat circā templū, muro amplexus est, ingenti sumptu, & munificētia singulari, argumento erāt in ambitu phanī magnæ porticus, eisq; coniunctū a Septētrione castellū, & illas quidē a fundamentis erexit. Hoc autē nulla re minus, q̄ regni sedes largis opibus renouatum, Antoniā uocauit, in honorē Antonij. Quinetiā domo sibi regia in superiore parte ciuitatis extructa, duas ædes in ea maximas, atq; pulcherrimas, quibus ne tēplum quidem usq; conferri posset, ædificauit: easq; amicorū uocabulis, unam Cęsariū, Agrippiū alterā nominauit. Nec uero solis tectis memoriā eorū & cognomina circumscripsit, sed in totas etiā ciuitates, studiū liberalitatis extendit. Prorsus non est idoneus regni locus, quem honore Cæsaris nudum reliquerit. Postea uero quam fines suos templis replenit, in prouinciam quoq; honores eius effudit, & in multis ciuitatibus templa, quæ Cæsarea nominantur, constituit. Cætera uero eius opera munificenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

nificenter cõdita omitto. Scire uero cupiẽtes, ad Iosephi libros cõuolare studeant. Vnius autẽ ciuitatis portũ, atq; opera enarrabo ab eo peracta. Ergo cum uidisset unam ciuitatum uetustate iam fessam, quæ Pyrgos Stratonis uocabatur, in littore maris: totam eam cãdido reparauit saxo. Littora uero cõtigua huius ciuitatis adeo fuerunt importuosa, ut omnes in mari fluctuare cogerẽtur, minas Aphrici metuentes, qui ex Phœnice ad Aegyptum nauigabant: Cuius etiam mediocris aura tantas undarum moles ad scopulos erigit: ut remeantis æstu gurgitis per aliquantum spatium maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura loci maiorem portum fabricauit: & in eius penetralibus alias naubus stationes fecit aluissimas. Et quanquam omnis ei locus aduersaretur, tamen ita cum difficultate certauit, ut firmitas quidem structuræ nequaquam marcesceret: pulchritudo uero tanta esset, quasi nulla res ardua præpedisset ornatum. Mensus eñ quantum diximus, portui spatium, per XX. ulnas in profundum saxa demisit: quorum pleraq; pedum L. longitudinis, & altitudinis XV. & latitudinis X. nõnulla etiam maiora fuerunt. Expleto autem spatio quod undam celabat, in CC. pedes murum dilatauit. Ex quibus C. repellendis fluctibus ante constructi, cæteri autẽ saxeo, quo portus cingitur, muro subiecti sunt, magnis turribus interpositis: quarum maxima atq; pulcherrima ex parente Cæsaris Drusium cognominata est. Crebri autẽ fornices ad deducenda, quæ portus haberet, procq; fornicibus & circum eos pila saxea & lata, quæ naues egrediẽtes exciperet: Aditus autẽ septentrionalis erat. Ventor; enim pro situ loci placidissimus est Boreas. Ad ostium uero statuæ, siue Colossi, tres utrinq; fulti columnis. Quar; a leua quidem intrãtibus stantes, solida turris sustinet: dextera uero duo proceri lapides iuncti, & partis aduersæ turris magnitudinem superantes. Domus autem portui connexæ, candido itidem lapide, paricq; mensura spatior; ciuitatis uice tendentes in portum. Contra ostium uero portus in colle Cæsaris templum, magnitudine simul & pulchritudine præcipuum, statuaq; in eo Cæsaris siue Colossus, nõ minor, quam Iouis apud Olympias, cuius ad exempla factus est. Hanc itaq; ciuitatem in honore Cæsaris, nũcupauit Cæsaream. Pro amore uero parentum, id est, Antipatri, et Cypridis, & Faseli, ciuitates, castella, turres, ob memoriam æternã ædificauit. Ludos uero Olympiaci certaminis, & gymnasia in diuersis ciuitatibus proprijs sumptibus reparauit. Quin & corpore usus est, q̃d magnitudini animi sui conueniret. Erat utiq; uenator summus, bellator fortis, sagittarius directissimus, & in rebus labẽtibus felicissimus: secundam cuius fortunã humiliauit superbia. Mox eñ ut regni adeptus est potentiã, repudiauit coniugẽ, quam prius habuerat, quę Dosis uocabat, & Mariamnem Hircani neptẽ, de regio semine Alexãdri filiã filij Aristoboli, sibi sociauit in cõiugio, a regalibus priore depulsa uxore, cum filio Antipatro, quẽ ex ea susceperat. Ipse uero immẽso amore Mariamnem diligebat, a qua minime dilectus, sed magis exosus est: ob hanc causam, qñ Hircanum eius

eius auum, postq̃ Parthi ab exilio illum remiserant, dolo occiderat, fratrẽq; uxoris Ioathen, cui põtificatus honorẽ cõtulerat, inuidia stimulãte, propter fauorẽ populi, quẽ erga eum habebãt, necare præcepit. Hi eñ dolores atq; nobilitas sanguinis excitauerant mulierẽ aduersus maritũ, amorque mariti eximius, quẽ erga se nouerat, atq; fœcunditas prolis addiderãt fiduciã. Genuerat eñ ei III. filios atq; duas fœminas, quor; unus uocabaẽ Alexander, secũdus Aristobolus, tertius Romæ liberalibus studijs traditus defunctus est. Hęc igit̃ Mariamnes probro dabat Herodi suor; necem, sororemq; regis Salomem & fratrẽ Ferora maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed rex quidem amore uxoris mutus erat, graui autem indignatione mulieres sæuiebant, & quo maxime cõmoueretur Herodes, crimen adulterij præter alia multa, quæ similia fingerentur, obijciebant. Quo liuore Herodes instigatus, interficere iussit uxorem: filios uero suos ob necem maternã Alexandrum & Aristobolũ quasi indignantes & sibi necem meditantes; a Cæsare Octauiano ad mortem poposcit. Imperator uero satisfactionem suscipiens ab Alexandro, erat quippe acerrimus in dicendo, patri eos recõciliauit, præcipiens ut patri obedirent syncero amore, ut domino; Herodi uero dixit, ut paterno affectu suos recognoscere filios, sicq; reconciliatos, remisit eos in regnum. Herodes uero mox ut reuersus est in Iudæam, insidijs Antipatri, qui regnum affectabat paternum, captus, & Dosis prioris uxoris, quam in cubile Mariamnis occisæ introduxerat, armatur iterum in filios. Creuit enim per singulos dies odium & indignatio patris in filios: quoad usque morti eos traderet. Quibus interfectis, Antipater non impune lætatus est, qui author mortis extiterat fratrum. Iusto nanque iudicio dei, & parricidæ Herodis malo, qui omnes suos semper habebat amicos suspectos, Antipatrum quem apud Cæsarem regni successorem designauerat, necem sibi meditantem deprehendit, & diu uinctum afflixit, ac demum interfici re iussit. Virum etiam Salomæ sororis suæ interfecit, & cum eam alij tradidisset uxorem, etiam hunc interfecit: Cum & socrum suam Mariamnis matrem crudeliter necasset. Itaque regnum eius acerbissima iniquitate repletum est: De quibus, uidelicet suspicio fuisset, illico trucidabat eos. Multi regis iracundia cædis cupida, contra aduersarios abutebantur: & mendacio quidem confestim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipsis, uelociora supplicia. Denique qui modo accusauerat accusabatur: & cum eo qui ante se conuictus esset ducebatur ad pœnam. De uita nanque & periculo regis, quæstiones breuiore compendio terminabat. Ad hanc autem sæuitiam processerat, ut nec eorum quempiam humanius aspiceret, qui accusatores essent: uerum amicis etiam immitissimum se præbuisset. Eius nanque filij Alexander & Aristobolus, quos occiderat, hanc habuerunt prolem. Filij Alexandri ex Glaphira regis Cappadociæ Archelai filia, duo fuerunt, Tigranes & Alexander. Aristoboli uero, Agrippa, Herodes & Aristobolus. Hos enim sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

genuit Beronice Salomis Herodis sororis filia, ipsius sobrina. Ipse autem Herodes, præter quos necauerat, hos habebat filios, Herodem, Antipam, Archelaũ, Heroden, & Philippum, atq; Phaselum. Filias uero Bosamen & Salomen, & Olympiadem: ac præter has, Alexandri, & Aristoboli sorores duas, ex Mariamne uxore, quam interfecerat. Hanc prolem, ex diuersis uxoribus, quas plures habebat, genuit. Feroran autem (ut fama fuit) fratrem suum ueneno occidit. Ergo post immensam necem domesticorũ atq; insatiabilem subiectorũ, ut dñm Christum magis prædicantibus didicit natum: eum mox ad callida conuersus argumenta, extinguere curauit. Sed dũ non hoc contigit ut uoluit, furorem quem corde celauerat, occidendo pueros Bethelehemiticos demonstrauit. Supra enim omnes barbaros crudelissimo edicto omnes pueros ab unius noctis ætate usq; ad spatium duorũ uidelicet annorum allidere iussit. Quam cædem dominus innocentium terribiliter in eum uindicauit: q̃uis etiam sophistas in lege eruditissimos duos cum eorũ discipulis uiuos incenderet, aliosq; eis consentientibus trucidari iusserat, quia aquilam in templo auream, quam contra leges instituerat, a fano efjcere decreuerant. Scribas quoq; & interpretes diuinæ legis occidit, quos suspicor in nece paruulorum cum Herode fuisse meditatos. Herodis quippe corpus morbo occupatũ, uarijs doloribus differebatur. Nam febris quidẽ non mediocris erat: prurigo aũt intolerabilis habebat oẽm corporis superficiem. Assiduis aũt uexabatur coli tormentis, pedesq; tanq̃ exintercutis uitio intumuerant: quin & inflatio uentriculi, putredoq; testiculorũ uermiculos generans. Hinc atra iam bili correptus, & pene ipsi mortis minitabatur. Igitur factum nefarium excogitauit. Collectos em̃ cuiusq; uici ex omni Iudæa nobiliores: in locum cui nomen est Hippodromo conclusi præcepit. Deinde sorore Salome & Alexa marito eius ad se uocatis, ait: Scio, inquit, mortem meam festis gaudijs celebraturos esse Iudæos: uerum per alios lugeri potero, & preclarissimos honores assequi sepulturę: si quę præcipio, feceritis. Hos uiros qui habentur in custodia, cum aĩam efflauero, statim militibus circumdatos occidite, ut etiam in uita, oĩs mihi Iudæa, omnis domus, illachrymet. Herodes quia inedia tussisq; pariter uiolẽtia distendebatur, fatum preuenire conatus est: sumptoq; malo, etiam cultellum poposcit. Sectum enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto, ne quis arbitęr impediret, tanq̃ se percussurus dexteram sustulit. Cum uero Aciabus consobrinus eius accurrisset, manumq; continuisset, paululũ morte prorelata, corrigi testamentum, & successorem quidem Archelaum, natu maximum Antripatri fratrem scribit, Tetracham uero Antipam. Moritur itaq; Herodes post annos quidem XXXIIII. ex quo interfecit Antigonum, & regno potitus est Iudęorum: XXX. uero & VII. postq̃ rex a Romanis declaratus est, & in alijs quidẽ omnibus secunda fortuna usus est, in rebus autem domesticis, infelicissimus fuit. Augustus uero Herodis loco Archelaum constituit: eiusq; fratres quatuor tetrachas fecit.

Impe-

Imperante Octauiano, Christum natum esse, vt prædixerant prophetę, et angeli annuntiauerunt. Et qui memoria digni illustres eo tempore habebantur viri. Cap. XIX.

QVibus diebus regnum Aegyptiorę, quod fuit in Alexandria, destructum est: quod usq; ad Cleopatram annis CCXL. steterat. Aegyptus uero prouincia deinceps Romanorę facta est. quam primus Cornelius Gallus foroiulienſis poeta tenuit: qui XLIII. ætatis sue anno propria manu se interemit: de quo Virgilius in Bucolicis meminit. Quo tempore, censu Romæ agitato, inuenta sunt ciuium Romanorum XL. milia centena: & XLIII. milia. Marcus enim Terentius Varro philosophus, prope nonagenarius moritur. Tunc Nicopolis iuxta Accium cõdita, & Agonactus constitutus est, Arctoricus medicus Augusti, post Aciacam uictoriam naufragio perijt. Is nanq; Octauianum monuit, ut e castris in campum, quamuis æger, contra Antonianos milites properaret, hoc ei profuturę fore in somnis didicisse dixit. Quod ut Augustus fecit discrimen mortis euasit. Confestim quippe eius castra ab Antonianis capta sunt. Larissæus enim magus & pythagoricus ab Augusto urbe & Italia depulsus est. Augustus em̃ Gallos & Calabriam uectigales fecit. M. Gnatius Plautius Ciceronis discipulus, orator habetur insignis. Qui cum Galliam Comatam regeret Lugdunũ condidit. M. Lolius Galatiam prouinciam fecit. Quintillius Cremonensis, Virgilij & Horatij amicus, moritur. Tyberius ab Augusto missus, occupauit Armeniam. Virgilius poeta Brundusij moritur, Saturnino et Cinna Lucentio cõsulibus: ossa eius Neapolim translata, in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo huiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictauerat.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini, pascua, rura, duces.

Verrius etiam & Tucax Virgilij & Horatij contubernales poetæ habentur illustres, qui Aeneidos postea libros emendauerunt: sub ea lege, ut nihil adderent. Emilius macer etiam Veronẽsis poeta in Asia moritur. Augustus Agrippã adoptauit in filiũ. Tyberius Vindelicos & eos qui Thraciarum confines erãt, Rhomanas prouincias facit: ac deinceps uastata Germania imperator appellatur. C. Iulius cognomento Polyhistor, illustris grammaticus habetur. Horatius LVII. ætatis suo anno moritur Romæ. Tyberius Cæsar de captis Pannonijs triumphauit. Augustus filiam suam in adulterio deprehensam, exilio damnauit. Marcus Tullius Tyro Ciceronis libertus, qui primus notas commentatus est, in Puteolano prædio, usq; ad C. annos consenescit. Augustus gladiatorum ludum, & nauale certamẽ exhibuit. Angustus Tyberium & Agrippam, in filios adoptauit. Iudas Galilæus, ad rebellandum Iudæos cohortatur. Asinius Pollio orator uir consularis, qui de Dalmatis triumphauit: in uilla Tusculana LXXX. ætatis suæ anno moritur. Cuius filius Asinius Gallus orator: qui diris a Tyberio

suppli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

supplicijs necatus est. Cuius etiã Virgilius meminit. Igitur, ut prẽmissimus ad domini nostri IESV CHRISTI natiuitatem, hominis deiq; filij peruenimus. Quæ ut a prophetis prænuntiabatur, angelis prædicantibus, stella duce, ac sacerdotibus legumq; doctoribus protestantibus, in Bethlehem Iudæ celebrata est: anno uidelicet a reædificatione templi, quæ sub Dario rege facta est. DXV. A Salomone autem & prima ędificatione templi anno M. XXVII. A Mose & egressu Israelis ex Aegypto, anno MD. VI. Ab Abraham & regno Nini, & Semiramidis, anni, II. milia XI. A diluuio quippe anni, II. milia DCCCC. XXI. Ab Adam uero V. milia C. XXIX. Secundũ Geneseos igitur scripturã, et Aphricani supputationem, amplius inueniuntur anni CXXVIII. Hanc igitur annorũ seriem a protolasto scilicet, usq; ad domini aduẽtum, in singulis pro ut potuimus regnis ex celebrioribus factis, enarrare curauimus. Nunc autẽ cum post immensos pelagi fluctus, Scilleos tandem euasimus latratus, & optata statione potiti, post longæuas seculorum tenebras ad lucem uenimus ueram: qua respersi in dñi Christi aduentu, librorũ finem fecimus.

Tomi Prioris Libri Septimi Finis.

In To-

gustam Iudith, authoris Præfatio.

DOmina Augustarũ felicissima Iudith, dum in humanis, quo altius aderescas, nõ inuenitur rebus: quia si de uiro agitur, quis nobilior imperatorũ, aut sapiẽtior in diuinis, secularium ve disciplinis, Ludouico Cæsare inuicto: nec mirũ talem protulisse excellentissimo Augusto seculo sobolem Carolo. Si autẽ de uenustate corporis, ut absq; adulationis fuco proferam q̃d uerũ est: pulchritudine superas oẽs, quas uisus uel auditus nostræ paruitatis cõperit reginas. Si nautẽ de prole, nonne mundi gloria & hoĩm delectatio Carolus, qui elegantia corporis ac moribus optimis, seu agili prudẽtię studio immaturã uincendo propriã superat ætatẽ: ut uideat auus eius nõ obisse, sed potius detersa caligine somni nouum illustrare orbẽ: siquidẽ in nepote immortale ipsius ingeniũ una cũ noĩe decor & uirtus splẽdeant. Quã ob rem, dum in tẽporalibus nihil desit rebus, ut augmẽto careas: studio sapiẽtiæ dilataris, ut excellẽtior retro secu lis imperatricibus reperiaris. Igit̃ indita a deo tibi sapiẽtia, & naturalis ingenij sciẽtia, attonitum me reddit inter cæteros auditores: Qm̃ in diuinis & liberalibus studijs, ut tuæ eruditionis cognoui facundiã, obstupui, statimque deliberare mecum cœpi, quodnã munusculũ meo labore cõgestum, tuę offerrem Almitatis flagrantiæ. Igit̃ ab Octauiano Augusto & dñi natiuitate Saluatoris nostri secundũ aggressus sum scribẽdo opus, q̃d peregi usq; ad regna Francorũ & Longobardorũ, deficientibus Romanorũ imperatoribus seu iudicibus ab Italia & Gallis, Gothorũ q̃q; regibus, qui successerãt, ab eis etiã depulsis. Quod uidelicet opus, quinq; distinxi in libros. In his em̃ uelut in speculo, per tuæ sanctissimæ deuotionis ammonitionẽ atq; iussionem, dñs meus Carolus glorioſissimus tuæ filius excellẽtię, inspicere quid agendũ, uel q̃d uitandũ sit, poterit. Decet em̃ dñam te uenerabilẽ unicũ eruditę filiũ, nostræ iucunditatis & noui seculi regẽ, & memorẽ esse Bersabeę, quę Ididam priscorũ erudiuit sapientissimũ seculorũ regem, ut idẽ de se ait: Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus corã matre mea, & docebat me atq; dicebat: Suscipiat uerba mea cor tuũ: custodi p̃cepta mea, et uiues. Posside sapientiã, posside prudentiã: ne obliuiscaris, neq; declines a uerbis oris mei, ne dimittas eam, et custodiet te: dilige eã, & seruabit te, &c. Is autẽ prout de dñi cõfidimus pietate, sacris iussionibus tuis parebit, & inter cęteras maternę dilectionis ammonitiones, hos libellos suæ nõ dedignabitur cõtradere memorię. Quibus imperatorũ gestis, sanctorũq; triũphis, atq; doctorũ magnificentium doctrinis illustratus: cautius quid agendũ sit, siue subtilius inueniet, quid sit uitandũ. Igitur hos codicillos tuæ dilectionis amor, mi domina semper Augusta, scribere compulit, qui tuæ Almitatis & immortalis sapientiæ iudicium expectant. Quod si iudicando cõsequantur laudem, tuæ reputabitur æternaliter memorię: quoniam sacratissimum nomen tuum Iudith, iudicans, siue laudans interpretatur.

R FRE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRECVLPHI EPI-
SCOPI LEXOVIENSIS CHRO-

nicorꝝ Tomus Secundus, continens ab Octauiano Au-
sto, & CHRISTI seruatoris nostri natiuitate,
usqꝫ ad Francorum & Longobardorum re
gna, rerum gestarum historiam.

Tomi Secundi Liber I

Quot priores libri, diuersorum regnorꝝ historias contineant ab initio mun di usqꝫ ad natiuitatem CHRISTI. Cap. I.

IN PRIORIBVS LIBRIS DO-
mino suffragante, ex multorum opusculis cum hagiographorum tum gentilium, nõ modico la bore desudans, decerpere curaui, quæcunqꝫ utilia paruitati meæ sunt uisa, & legentibus profu tura: sumens exordium a primo parente mortalium propagatore. Tandem post multas seculo rum tenebras, ad natiuitatem noui hominis per uenimus, domini scilicet IESV CHRI-
STI dei et hominis filij. Vbi priorꝝ finem decreui facere librorꝝ, ut cum le galibus ceremonijs, & umbris, atqꝫ erroribus pristinis terminarentur.

De natiuitate CHRISTI ab angelis & prophetis annuntiata, quæ sextam mundi ætatem consecrauit. Cap. II.

IGitur iam Saluatore nato, ciusqꝫ radijs remotis tenebris, illustrato mun do, alia terenda est uia, nec de diuersa, ut prius, fatigabitur calamus gen tium regnis scripturus: dum feritas atqꝫ rabies singularꝝ gentium immẽ saqꝫ libido dominandi (ut in prioribus libando perstrinximus libris) in unius ditionis pariter omnia cõciderunt regna. Et hoc nõ hominum fortitu do uel prudentia, sed dei omnipotẽtia, quod antea nusqꝫ fuerat, præparauit. Quod longe propheta præuidens, ait: Non leuabit gens cõtra gentem gla dium, & quę sequuntur. Dignũ itaqꝫ erat, ut illo nascẽte, qui unus est deus, in substantia patris & spiritus sancti: sub unius censu totus subderetur mun dus. Itaqꝫ hęc natiuitas celebrata est, prophetis prędicẽtibus, et angelis pro clamantibus, gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolun tatis: quando totus sub una pace mundus, mirabili modo & prędecentibus seculis inaudito quiescebat. Quam uidelicet natiuitatem & pacem, non so lum diuini eloquij scripta, sed etiam gentilium oracula longe prius prędixe runt, ut in Sybillinis & cæterorum carminibus cõtinetur. Igitur postquam imperare cœpit Octauianus Cęsar, qui primus monarchiam obtinuit mun di (quamuis auunculus eius Iulius Cæsar ante eum existeret potius meta tor imperij, quam imperator) prope emenso admodum anno quadragesi-

mo

mo secundo natus est dñs Christus, ueram mundo torpenti in tenebris a se culis seculorum terris afferẽs lucem. Ita enim factum est, ut cum Abraham sanctus sub Nino primo gentium rege, quadragesimo tertio natus sit anno, cui dictæ sunt repromissiones, & ex cuius semine promissus fuerat Chri stus: Christi autem natiuitas, sub fine quadragesimi secundi conueniret, ut iam non ipse in parte tertij anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui etiam annus quantis, quam nouis, quamque inusitatis bonis abundaue rit: satis, etiam me non proferente, compertum haberi arbitror. Toto terra rum orbe una pax omnium, nõ cessatione, sed abolitione bellorum, clausæ Iani Gemini portæ, extirpatis bellorum radicibus non repressis. Census il le primus maximus, cum in hoc unum Cęsaris nomen uniuersa magna gen tium creatura iurauit, simulque per communionem census unius societatis effecta est. Igitur anno ab Vrbe condita D. CC. LII. natus est CHRI-
STVS, salutarem mundi afferens fidem, uere petra medio rerum posi ta, ubi comminueretur qui offenderet, qui crederet saluaretur, uere ignis ar dens, quem qui insequitur, illuminatur: qui tentat exuritur. Ipse est Christus Christianorum caput, saluator bonorum, malorꝝ punitor, iudex omnium. Hic enim IESVS CHRISTVS filius dei, sextam mundi ætatem suo consecrauit aduentu.

De Herode alienigena, sub quo natus est Christus, quod tunc prophetiæ im pletæ sunt, hanc natiuitatem prædicentes. Cap. III.

IGitur ut in præcedentibus libris ostendimus, depulsos esse a regno Iu dæorum uel ducatu ex semine Iuda duces & principes, dum de summa rerum acriter cõtenderent, Herodes a Romanis constitutus est princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæos, qui Antipatri Ascaloni tę & matris Cypridis Arabicæ filius fuit. Is dum a Romanis susceptit prin cipatum Iudæorum, uicinam Christi natiuitatem designat, & sacerdotium & regnum Iudææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, esse de struendum: iamqꝫ completam prophetiam esse, quæ ita per Mosen loqui tur: Non deficiet princeps ex Iuda, neqꝫ iudex de fœmoribus eius, donec ue niat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accepit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est, sacerdotes, erant reges Iudæorum, qui imperare cœperũt ab instauratione tẽpli, sub Dario usqꝫ ad Hircanũ annis CCCC. LXXXIII. in medio transactis. Quos Daniel quoqꝫ significat, dicens: Et sciens & intelligens, ab initio sermonis respondendi & ædificandi Hieruśa lem, usqꝫ ad Christi principatum hebdomadæ VII. & hebdomadæ LXII. quæ LXIX. hebdomadæ, faciunt annos CCCC. LXXXIII. in quibus Christi, id est, sacerdotes, per unctionem consecrati, regnauerunt usque ad Hircanum. Quo extremo omnium a Parthis capto, Herodes Antipatri fi lius nihil ad se pertinentem Iudæam a Cæsare & senatu accepit principatũ, filijqꝫ eius post eum regnauerunt, usqꝫ ad nouissimam Hierosolymorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

captiuitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis generis pontificibus constitutus, neq; perpetuitate uitæ secundum legem Mosi seruiētibus deo. Ignobiles uero quidam & alio tempore alij et nonnulli unius anni, siue modico amplius, a Romanis imperatoribus sacerdotium emebāt. Quę omnia etiam Daniel propheta uaticinatur, ita dicens: Et post hebdomadas VII. & LXII. interibit Christma, & iudicium non erit in eo, & templum & sanctum corrumpet populus, duce ueniente.

De Octauiano, qui non se permittebat dominum appellari, & qualem uitam duxerit, uel quo fine præuentus sit. Cap. IIII.

IGitur Octauianus, qui imperatorę omnium primus monarchiam obtinuit mundi (ut præmissimus) non passus est quidem, neque ausus saltem a proprijs liberis dominum se nominari: quāto magis ab extraneis, quia eo imperante, uerus dominus totius generis humani inter homines natus est. Nam cum eodem spectante ludos, pronuntiatum esset in Mimo: O dominum æquum et bonum, uniuersiq; quasi de ipso dictū esset, exultāter approbauissent, statim quidē manu, uultuq; indecoras adulationes repressit: & sequenti die grauissimo corripuit edicto, dominumq; se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, uel serio uel ioco permisit. Attamen paucis expediam dictis, quo genere ortus, qualemve duxerit uitam, quo fine prœuentus, qui portis Iani clausis, Rempublicam, quam bello quę fierat, pace nutriuerat, amplificare studens. Hic autem patre Octauiano senatore genitus, maternum genus ab AENEA, per Iuliam familiam sortitus: Adoptione uero C. Cæsaris maioris sui auunculi, C. Cæsar dictus: deinde ob uictoriā Augustus cognominatus est. Iste in imperio potestatis: tribunitiam potestatem per se exercuit. Regionem Aegypti inundatione Nili accessu difficilem, inuiamque paludibus in prouinciæ formam redegit. Quam ut annonā urbis copiosam efficeret, fossas incuria uetustatis limo clausas, labore militum patefecit. Huius tempore ex Aegypto urbi annua ducenties centena milia frumenti inferebantur. Iste Cantabros & Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas prouincias numero Populo Romano coniunxit: Sueuos, Catosque deleuit. Sigambros in Galliam transtulit, Pannonios stipendiarijs adiecit. Getharum populos, Basternasque lassitos bellis, ad concordiam compulit. Huic Persæ obsides obtulerunt, creandique regis arbitrium permiserunt. Ad hunc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethiopes, legatos cum donis miserunt. Adeo denique turbas bella sic multantes execratus est: ut nisi iustis de causis, nunquam genti cuiquam bellum indixerit. Iactantisque esse ingenij & leuissimi dicebat, ardorem triumphandi: & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminum, securitatem ciuium præcipitare: Neque imperatori bono quicquam minus quam temeritatem congruere: satis celeriter fieri, quicquid commode gereretur: armaque nisi maioris emolumenti spe, nequaq; mouenda esse: ne compendio tenui iactura graui petita uictoria similis

similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti, amissique detrimentum, nullo capturæ lucro pensari potest. Denique erga ciues clementissime uersatus est: in amicos fidus extitit. Quorum præcipui erant ob taciturnitatem Meccenas, ob patientiam laboris, modestiamque Agrippa. Diligebat præterea VERGILIVM: rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Liberalibus studijs, præsertim eloquentiæ intantum incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem, labi retur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Leges alias nouas, alias correctas protulit suo nomine. Auxit, ornauitque ROMAM ædificijs multis, isto glorians dicto: VRBEM LATERICIAM REPERI, RELINQVO MARMOREAM. Fuit, inquit, gratus ciuilis animi & lepidi: corpore toto pulcher, sed oculis magis. Quorum aciem clarissimorum syderum modo uibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus, tanquam solis radijs aspectui suo. A cuius facie dum quidam miles oculos auerteret, & interrogaretur ab eo cur ita faceret, respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen uir tantus uitijs caruit, dum cupiditati dominanti ac libidini deseruit, eiectaque uxore propria Scribonia nomine, Liuiam, quasi eius uiro sibi eam tradente, matrimonio sociauit. Quam tanto dilexit amore, ut eiusdem filios, Tyberium & Drusum suos priuignos, propria prole ciecta, adoptaret in filios. Ex quibus Tyberium successorem imperij designauit. Imperauit annis quinquaginta sex, duodecim cum Antonio, quadraginta uero & quatuor solus. Qui certe nunquam aut Reipublicæ potentiam ad se traxisset, aut tam diu ea potiretur: nisi pro causa natiuitatis domini hoc fieret. Qui post mortem quantis honoribus a senatu est sublimatus, enarrare longum est. Hic enim singularem (ut diximus) primus obtinuit principatum, & posteris eandem imperij potestatem, cum suo nomine Augusti dereliquit. Qui circa finem uitæ, Iudæis non ferendis ferocitatem Archelai filij Herodis, qui post eum annis nouem in Iudæa regnauerat, sed ultro accusantibus, Augustus apud Viennam urbem Galliæ, eundē Archelaum relegauit, & ad minuendam Iudaici regni potentiam, insolentiamq; domandam, quatuor fratres eius pro eo sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Liſias & Philippus. Quorę Philippus & Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam uiuente Archelao, Tetrarchæ fuerant ordinati.

Tyberio imperante, Iohannes prędicat & baptizat, & dominus IESVS prędicando & miracula faciendo ad passionem venit Cap. V.

TYBERIVS priuignus Augusti, imperauit annis uigintiquatuor. Huius anno duodecimo Pilatus procuraturus Iudæam, dirigitur Hierosolymam. Herodes ergo Tetrarcha, qui Iudęorum principatum tenuit annis uigintiquatuor, in honore Tyberij & matris eius Liuiæ, Tyberiadem condidit, & Libiadem. Itaq; anno duodecimo imperij Tyberij, Iohannes filius Zachariæ, in deserto iuxta Iordanis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fluenta prędicans, Christum filium dei in medio eorum adesse testatur. Ipse quoq; dominus Iesus Christus hinc in populos salutarem uiam annuntiat: signis atq; uirturibus uera comprobans esse, quæ diceret. Miracula quæ in Euangelijs scripta sunt, facit Iesus Christus filius dei, discipulos suos diuinis imbuens sacramentis, ut uniuersis gentibus conuersionem ad deum nuntient, imperat. Iesus Christus secundum prophetias, quæ de eo fuerant prędictæ, ad passionem uenit, anno Tyberij, decimooctauo.

De terræmotu, & tenebris, quę in passione domini contigerunt, quid scriptores gentilium senserint, seu Iosephus Historiographus. Cap. VI.

QVo tempore etiam in alijs ethnicorũ commentarijs, hæc ad uerbum scripta reperimus: Solis facta defectio, Bythinia terræmotu cõcussa, in urbe Niczea ædes plurimæ corruerũt: quæ omnia his congruũt, quæ in passione Saluatoris acciderant. Scribit uero super his & Flegon, qui Olympiadarũ egregius supputator est, in XIII. libro, ita dicens: Quarto autẽ anno CC.II. Olympiadis, magna & excellẽs inter omnes, quæ ante eam acciderãt, defectio solis facta dici hora sexta, sol in totũ obscuratus, tetraq; nox subito obducta terris est, & sicut dictũ est:

Impiaq; æternam timuerunt sęcula noctem.

Vsqueadeo autẽ, neq; lunam lumini solis, neq; nubes obstitisse manifestũ est, ut XIIII. ea die luna, tota cœli regione interiecta, longissime a cõspectu solis affuisse, et stellas tunc diurnis horis, uel potius in illa horrẽda nocte toto cœlo fulsisse, referatur. Et, ut supra meminimus, terræmotus in Bythinia Niczenæ urbis, multas ædes subuertit, ac reliquis Asię ciuitatibus ab imperatore eo terræmotu dirutis, tributa dimissa sunt. Hæc supradictus uir. Argumentum autẽ huius rei, q̃d Saluator isto anno passus sit, Euangeliũ prædicat Iohãnis, in q̃ scribit: Post XV. annum Tyberij Cæsaris, III. annis dũm prædicasse. Iosephus etiã uernaculus Iudęorũ scriptor, circa hæc tempora, die Pẽtecostes sacerdotes primum commotionẽ locorũ, & q̃sdam sonitus sensisse testat. Deinde ex adyto templi repentinã subito erupisse uocem, discentium: Trãsmigremus ex his sedibus. Scribit autẽ supradictus uir, quod eodem anno Pilatus præses secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuerit: & hæc prima seditionis & turbarũ Iudæis causa extiterit. Ex hoc loco cõsiderandum, quantæ deinceps calamitates Iudæorũ gentem oppresserint. Pilatus post supradictam seditionẽ, quæ ob Cæsaris imagines fuerat concitata, sacrum thesaurũ (quem Corbanan Iudei uocant) in aqueductum Hierosolymorũ expendens, secũdę seditioni præbuit semina. Seianus prefectus Tyberij, qui apud eum plurimum poterat, instantissime cohortatur, ut gentem Iudęorũ deleat, ut Philo meminit in libro legationis II. Tyberius siquidem iuuentutem eorum per speciem sacramenti in prouincias gratioris cœli relegauit: reliquos gentis eiusdem uel similia sectantes urbe submouit, sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtemperassent.

De ordinatione Iacobi, & VII. diaconorum. Simul etiam de cõuersione Abgari regis per Thaddæum. Cap. VII.

Igitur

IGgitur eo tpe prędicaturi per Iudęę regiones apostoli post Christi ascẽsionem Iacobũ fratrẽ dñi Hierosolymis ordinãt episcopum. Ordinãt etiã et VII. diaconos: et lapidato Stephano, ecclesia p regiones Iudææ & Samarię dispergit. Ẽmuero de his plenius scribere libet. Primus igit in apostolorũ numero pro Iuda proditore, Mathias sorte ascisciturq; erat unus ex discipulis dñi. Ordinãtur aũt et diaconi VII. numero p orationes & manus impositionẽ apstolorũ: ministerij uiduarũ gra. In quibus Stephanus qui et primus post Christũ lapidat ab his q et dũm occiderũt, p q̃d noĩs sui Stephano corona donat a Christo. Tum deinde Iacobũ, q dicebatur frater dñi, hũc inquã ipsum Iacobũ, q et Iustus cognominatus est ab antiqs, uirtutũ merito & insignis uitę priuilegio primũ historiæ tradiderunt suscepisse eccleſię q̃ in Hierosolymis est sedẽ: sicut Clemens in VI. dispositionũ libro asserit dicẽs: Petrus eñ inqt & Iacobus & Iohãnes, post assumptionẽ Saluatoris q̃uis ab ipso fuerint oĩbus pene p̃lati, sibi tñ nõ uendicant primatus gloriã, sed Iacobũ q dicebat Iustus, apostolorũ episcopũ statuũt. Idẽq; ipe in VII. eiusdẽ operis libro, addit de ipso etiã hęc: Iacobo, inqt, q dicebat Iustus, et Iohãni et Petro, post resurrectionẽ dñs oẽm scientiã tradidit, et ipsi ęteris apostolis. Qui apostoli illis LXX. discipulis tradiderũt, ex quibus unus erat et Barnabas. Duos aũt fuisse Iacobos cõstat: unũ hũc iustũ, q de pinna tẽpli deiectus, fullõis uecte pcussus ẽ et morti traditus. Alius aũt ẽ ille, q ab Herode capite cęsus est. Huius ergo Iusti Iacobi, etiã Paulus meminit, cũ scribit. Aliũ aũt, inqt apostolorũ uidi neminẽ, nisi Iacobũ fratrẽ dñi. In hoc ergo tpe etiã Thaddęus, secundũ dñi præceptũ ad regẽ Agarũ missus, iꝑm quidẽ ęgritudine morbi corporalis absoluit: uniuersam uero ciuitatẽ Edessenorũ, Christo dño fideli satis credulitate sociauit, ita ut in hodiernũ ciuitas illa, q̃ppe ipsius dñi et saluatoris nostri meruit scripta suscipere, uelut speciali quadã Christo deuotione dicata sit. De his etiã latius scribere statui. Eusebius in I. libro Historię Eccleſi. dicit: Deniq; post resurrectionẽ atq; ascẽsionem dñi ad cœlos, Thomas apostolus ex cõmonitione diuina, Thaddęũ quendã unũ ex LXX. discipulis ad Edessenã ciuitatẽ euãgelistã et prędicatorẽ uerbi dei mittit, simul et q̃ a dño promissa fuerãt, impleturę. Hæc in archiuo publico Edessenæ ciuitatis, in qua tũc supdictus Abgarus regnauit, ita descripta repperimus, in his chartis, q̃ gesta regis Abgari seruata antiqtus cõtinebant. Et ut euidẽs dictorũ ueritas fiat, ipsarũq; exẽplaria epistolarũ ab Abgaro ad saluatorẽ. & saluatoris ad eundẽ regem, & qualiter hæc gesta sint, pleniter in I. libro Eusebij Ecclesiasticę historię continentẽ.

De persecutione primæ ecclesiæ, qua occasione verbum dei ad gentes peruenit. Ex quibus Aethiopia illud primum suscepit. Cap. VIII.

INterea persecutio prima aduersum ecclesiã dei, quę erat Hierosolymis facta, sub primo martyre Stephano, oẽs discipulos, exceptis XI. per uniuersam Iudæam Samariamq; dispersit, seu potius, ut sancta scriptura indicat, seminauit. Ex quibus nonnulli ad Phœnicem usq; & Cyprum

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; Antiochiam deuenerunt. Qui gentibus quidem credere mysteriũ fidei nondum audebant, Iudæis tamen prędicabant. Interea Paulus adhuc uasta bat ecclesiam, ingrediens domos, et pertrahẽs uiros ac mulieres, tradebat in carcerem. Sed Philippus, qui erat unus de septem cum Stephano diaconis ordinatus, descendit Samariã uirtute domini repletus, & prædicat primus uerbum dei Samaritanæ genti. In quo tanta erat diuinæ gratiæ efficatia, ut etiam Simonem magum suis prædicationibus consternaret. Qui per idem tempus celebris famæ apud Samaritanorum populos habebatur, ita ut uir tus dei magna esse putaretur. Sed is cum uidisset signa & miracula, quæ a Philippo per diuinæ gratiæ potestatem fiebant, obstupefactus & territus cessit: et credere se in Christum, usquequo etiam baptismum acciperet, simu lauit. Verum per singulos dies augescẽte prædicatione uerbi diuini, per dei prouidentiam ex Aethiopiæ regionibus adest quidam, tanq; uota in Hiero solymis redditurus, reginæ gentis illius præpositus. Moris quippe est illi nationi, etiam nunc a fœminis regi. Huic Philippus responsis sancti spiritus iussus, primo ex oĩbus gentibus mysterium fidei, & sacramentũ baptismi tradidit, & uelut quasdã cum deo primitias oĩm consecrat nationum. Hũc opinio tenet ad patriam terram regressum, scientiam dei summi & salutare dñi nostri indigenis gentibus, sicut sibi traditum fuerat, prædicasse. In quo rebus ipsis cõpleta est per eum prophetia quę dicit: Aethiopia perueniet ma nus eius deo. Dum hæc ita aguntur: Paulus uas electionis non ex hoĩbus neq; per hoĩem, sed per reuelationem dñi nostri Iesu Christi, & dei patris, qui eum suscitauit a mortuis, in apostolatũ uocat: cœlesti ad se uoce delata.

Qualiter Pilatus Tyberio & Senatui resurrectionem domini, & miracula ei us, & q; deus esset, nunciauit. Cap. IX.

INterea cum per omnem iam locum de resurrectione & mirabilibus do mini nostri Iesu Christi & de ascensione eius ad cœlum felix fama loque retur, ac per oĩm aures beati huius rumoris uolueretur opinio, & quoni am antiqui moris erat apud Romanos, ut prouinciarum iudices, siquid forte noui in his, quas gerebant prouincijs, accidisset, id uel principi uel Se natui nuntiarent, quo nihil ex his quæ gerebantur, ignorare aliquid uideren tur, de resurrectione a mortuis dñi & saluatoris nostri IESV CHRI STI, quæ iam in omnem locum fuerat peruulgata, Pilatus Tyberio prin cipi refert, sed & de cæteris mirabilibus eius, & ut post mortem cum resur rexisset, a quamplurimis iam deus esse crederetur. Tyberius quæ compe rerat, retulit ad Senatum. Senatus autem spreuisse dicitur, pro eo quod non prius sibi huius rei indicium fuerit delatum, sed authoritatem suam præue nerit uulgi sententia. Lex etenim erat antiquitus designata, ne quis apud Romanos deus haberetur, nisi Senatus decreto & sententia confirmatus. Porro autem pro uero hoc erat quod agebatur: ne diuina uirtus humanis putaretur assertoribus indigere. Cumq; secundum ea, quę supra diximus, renuisset Senatus, Tyberius tamen tenuit sententiam suam, ne quid aduer sum

sum doctrinã Christi cõtrarium moliretur, cõminatus periculũ mortis ac cusatoribus Christianorũ. Hæc Tertullianus. Quod profecto diuina prouidentia ita tũc Cęsaris sensibus ingessit, ut absq; ullo obstaculo in ipsis dum taxat initijs Euãgelij, sermo usquequaq; percurreret. Vnde & factum est, ut repente quasi cœlitus lumen ostẽsum, aut radius quidã solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret, ut cõpleretur & illa pro phetia, quæ dixerat: In omnem terram exiuit sonus eorum, euangelistarum dumtaxat & apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Ex quo & per omnes ciuitates ac uicos immensæ multitudines, uelut messium tempo re frumenta ad areas, ita ad ecclesiam populi congregabantur.

De uita & actibus Tyberij. Et qualiter in Antiochia ecclesia Christi tum mi rabiliter floruit. Vbi & primũ Christiani nuncupati sunt, & cætera, quæ ea tempestate contigerunt. Cap. X.

ICitur Tyberius Cæsar, sub quo gesta sunt, quę præmisimus, satis pru dens in armis, sariscq; fortunatus ante sumptum imperium sub Augusto fuit. Inerat ei scientia literarũ: multa: eloquio clarior, sed ingenio pessimo atq; insidioso, simulans ea se uelle, quæ noller, his quasi infensus, quibus cõsultum cupiebat: his uero quos oderat, quasi beneuolus apparens: repenti nis responsionibus, aut cõsilijs melior, q; meditatis. Hic iam imperator per se metipsum nulla bella gessit, sed tm̃ aliquantis in locis, pręcognitos citio gen tium rumores per legatos cõpressit. Sane quarto imperij eius anno, Germa nicus Drusi filius Caligulæ pater de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triũphauit. Ipse aũt Tyberius plurima imperij sui parte, cum magna & graui modestia Reipublicæ præfuit: adeo, ut quibusdã præsidi bus augẽda prouincijs tributa suadentibus scripserit, boni pastoris esse ton dere pecus, nõ deglubere. Itaq; paulatim immutata est illa Tyberij Cęsaris laudantissima modestia in pœnã cõtradictoris senatus, atq; ex mã suetissimo principe, sæuissima bestia exarsit. Nã plurimos senatorũ proscripsit, & ad mortẽ coegit: XX. sibi patricios uiros cõsilij causa legerat, horũ uix II. inco lumes reliquit: cęteros diuersis causis necauit. Seianũ prefectũ suum res no uas molientẽ interfecit: merito, qa obstinatissime religioni Christianorũ con tradixit. Filios suos Drusum et Germanicũ, q̃rũ Drusus naturalis, Germa nicus adoptiuus erat, manifestis ueneni signis pdidit: filios Germãici filij sui interfecit. Referre singulatim facta eius horret, pudetq;. Tãta libidinis et cru delitatis rabie efferbuit: ut q̃ spreuerãt Chrõ rege saluari, rege Cęsare puni rẽtur. Quo etiã imperãte, Agrippa cognomẽto Herodes, filius Aristoboli, filij Herodis regis, accusator Herodis Tetrarchę Romã profectus a Tybe rio in uincula conijcit: ubi plurimos sibi asciuit ad amicitiã, et maxime Ger manici filiũ G. Hoc etiã tẽpore passim per oẽs gentiliũ populos profusius cũ effunderet diuina dignatio: primus apud Cęsareã Palęstinę urbẽ Corne lius cũ omni domo sua ad fidẽ Chri, Petro ministrãte perduc̃. Iam inde q̃ plurimi & alij ex gẽtibus apud Antiochiã ad fidem ueniunt eorũ prædica

tione

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione pertracti, qs proditione aduersus Stephanū commota, disseminatos esse per oēm locum superius edocuimus: per qs & apud Antiochiā floren tissima congregatur ecclesia. In qua erāt etiam prophetici ordinis uiri q̄ plu rimi, cum quibus & Barnabas & Paulus, quibus omnibus pariter in gra tia dei & unanimitate degentibus, ibi primū discipuli e perhenni fonte sum pto uocabulo, appellati sunt Christiani. Quibus diebus Ouidius poeta in exilio diem obijt. Qui ab Augusto sene damnatus fuerat, propter libros a matorię artis qs composuerat. Liuius historiographus Parauij moritur. Phi lippus Tetrarchę Peneadem, in qua plurimas ędes cōstruxerat, Cęsaream Philippi uocauit: & Iuliam aliam ciuitatē. Igitur Tyberius multos reges aduocauit per blanditias, quos nunq̄ ad propria remisit. Ex quibus & Ar chelaum Cappadocum, cuius regno in prouinciā uerso, Mazacham nobi lissimam ciuitatem, Cæsaream appellari iussit. Multos etiam senatorę & equitum Romanorę interfecit, demum & ipse in Campania moritur.

De Philone, qui Gaij laudibus Ecclesiam exornauit. Et quanta Iudæi mala sub eodem principe sunt perpessi ob vindictam crucis. Cap. XI.

POst Tyberium, G. Caligula imperium suscepit. Qui continuo Iu dæorum principatum tradidit Agrippæ, qui & Herodes uocabat: liberans eum de uinculis, & dedit Philippi ac Lysaniæ tetrarchias. Ipsum uero Herodem, qui uel Iohannis necis author extiterat, uel in passione domini interfuerat, multis excruciatū modis, æterno damnat exi lio, sicut Iosephus scribit. Huius temporibus Philo insignissimus scriptorę florebat: qui non solū in nostra uerum & in Græcorę philosophia primus inter primos habebat. Hic aūt genere quidem a proauis Hebręis: apud Ale xandriam uero oībus claris & nobilibus uiris, clarior ac nobilior erat. In diuinis aūt legibus, & patrijs institutis quātus qualisq̄ fuerit, ex his quę no bis librorę suorum tradidit monumentis, omnibus clarum est. Quis eī di gne ualeat explicare, quanta ei in liberalibus literis fuerit institutio, quāta in philosophicis, quantusq̄ maxime in Platonicis & Pythagoricis fuerit disci plinis, ut oēs qui secum floruerāt, pene & qui præcesserant, superaret. Hic igitur ipse tēporibus Gaij quanta Iudæis acciderint mala, V. uoluminibus exponit: sed & de eiusdem Gaij mentis insania commemorat, qd intantum superbiæ elatus sit, ut deum se uoluerit appellari. In ipsis autem ubi de Iude orum cladibus refert, suam quoq̄ legationē, quam pro contribulibus suis Iudæis detulit ad urbem Romam, describit, & qd perorans apud Gaium pro patrijs legibus, nihil amplius q̄ irrisionem retulerit domū, imo et pene periculum mortis incurrerit. Sed et Iosephus meminit horum, in XVIII. li bro Antiquitatum. Inter cętera dicit, ilico e conspectu Gaij cum iniuria esse iectum. Egressus aūt Philo, ait ad Iudæos, qui sibi astabant: Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Gaius, quia necesse est adesse diuinū, ubi humanum cessat auxilium. Euidenter eī in Iudæos diuinam pro piaculis, quæ aduersum Christū ausu nefario cōmiserant, manifestat ultionē. Ipsum enim

enim Philonē, cum secunda uice uenisset Romam, legationē gentis suæ ad Claudium deferens, in eadē urbe locutū esse cum Petro apostolo, eiusq̄ ha buisse amicitias tradūt: & ob hanc causam ecclesiā Marci discipuli Petri a pud Alexandriā ornasse laudibus suis. Qui etiam librū de cōuersatione & uita nostrorę scribit. Vbi non solū in Alexandria, sed in multis quoq̄ pro uincijs esse memorans huius sectæ, tam uiros, q̄ & mulieres & habitacula eorę, dicēs monasteria. Ex quo apparet talē primo credentiū Christo fuisse ecclesiā, quales nunc monachi imitantē & cupiunt: ut nihil cuiq̄ propriū sit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egētibus diuidūtur: orati oni uacātes & psalmis, doctrinę q̄q̄ & cōtinentiæ. Tales eos asseruit qua les et Lucas refert, primū Hierosolymę fuisse credētes. Igit Iudæos pro cō misso scelere in Saluatorē ultio diuina dānabat, ut idē author atq̄ Iosephus suis tradūt historijs, ostēdens qdem euidentibus uerbis, qd ex admissi sacri legij tempore nunq̄ ab eis seditionū furor, nunq̄ bella mortesq̄ cessauerūt usqueq̄ ultimum & exitiale malum, tēporibus Vespasiani eos obsidioni in clusit. Primū sub Tyberio, de q̄ in passione dñi clamabant: Non habemus regē nisi Cęsarē: quantas ptulerint clades, partim ut supradicti prodūt scri ptores, qa impossibile erat oīa eorę a prędicto tpe scribere, q̄ eis acciderant instantissime mala: dum uersi in seditionē propter pecunias ex aerario, qd corbanan uocant, in aquæductū a Pilato expēsas: qbus modis afflicti atq̄ cōtriti sint, nec non noctu Pilatus imagines Cęsaris uelatas inferri Hieroso lymā iubet, ac statui. Quod ubi dies exortus ē, magnā pturbationem Iudę orę populis excitauit: stupentibus et pturbatis ad nouā faciē rerę. Conijcie bāt, nāq̄ ex hoc, qd spernerent et cōculcarentur iā leges suę, et oīa institua maiorę: qbus nihil tale haberi intra mœnia urbis illius fas erat. Sed hoc est nimirę, in quo eos impię professionis suæ, uelox uindicta damnauit. Igitur Gaius supra omne genus hoīm, Iudęos habebat exosos. Qui speciali qua dam sæuitia loca eorę, quæ in diuinis habentur supplicationibus cōsecrata, incipiens ab Alexandria, diripi & contra religionē moresq̄ gentis profana ri iubet: statuis suis & signis ea atq̄ imaginibus replens. Templum quoq̄ sanctę ciuitatis, qd solum manebat totius profanæ cōtagionis intactum, & maioribus perduranerat asylum, cōmutare in tēplum proprij nois ausus est ut ædis Iouis nobilissimi dei noui Gaij uocaret. Sed & alias innumeras clades & ultra oēs tragicos luctus, apud Alexandriam Iudæis irrogatas esse sub Gaio, insuper toto orbe Romano, sicut Philo scribit, & Iosephus in synagogis Iudæorę, statuæ & imagines & aræ Gaij Cæsaris cōsecratæ.

De Herode & Pilato qui iustas luerunt pœnas, ac de nefarijs actibus Gaij Caligulæ. Cap. XII.

HErodes Tetrarcha, & ipse Gaij amicitiam petens, cogente Hero diade Romam uenit. Sed accusatus ab Agrippa, etiā tetrarchiam perdidit: fugiensq̄ in Hispaniā cum Herodiade mœrore perijt. Sed & Pilatus qui in Saluatorē iniqui iudicij functus officio est:

ijsdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ijsdem temporibus Gaij, tantis ac talibus malorũ cladibus excruciatus est, ut propria se manu transuerberasse, & nefariã uitam ui abiecisse referatur. Nec em̃ poterat tanti piaculi minister impunitus euadere, sicut in historijs Græcorum reperimus: eorũ dumtaxat qui Olympiadas scribunt, & annales rerũ gestarum libros, ad posteritatis memoriam condunt. Gaius autem cognomento Caligula, imperauit annos IIII. qui ante principatum oibus charus acceptusq; fuit: in principatu uero talis, ut non immerito uulgaret, atrociorem illo dim̃ nõ fuisse. Denicq; tres sorores suas stupro maculauit: ac deinde exilio insularum condemnauit. Itaq; in palatio matronas nobiles publicæ libidini subiecit: primus Cęsarum diademate imposito, dominum se iussit appellari, & ut deum coli. Hic etiam Memmij Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut se esse uxoris suę patrem scriberet, & patrimonia sua ei traderet. Hinc omnes exules iussit interfici, plurimosq; nobilium Romanorum: sed non ut uoluit, fertur enim exclamasse: Vtinam populus Romanus unam ceruicem habuisset. Ipse autem a protectoribus suis in palatio occisus est, anno ætatis XXIX.

De aduentu beati Petri Romam sub Claudio, & de gestis eiusdem Claudij. Et quæ eo imperante gesta sint. Cap. XII.

CLaudius Titus, Drusi fratris Tiberij filius, patruus Caligulæ, imperauit annis minus XIIII. In cuius regni exordio, Petrus apostolus domini nostri IESV CHRISTI Romam uenit, ibiq; XXV. annis cathedram tenuit episcopalem: & salutarem cunctis credentibus fidẽ fideli uerbo docuit, potentissimisq; uirtutibus approbauit atq; exhinc Christianorũ plurimi Romæ esse cœperũt. Sensit hoc fidei suæ Roma beneficium. Nam cum interfecto Caligula, multi de abrogando imperio, ac Republica in antiquum ordinẽ restituenda, delendãq; penitus Cæsarum uniuersam familiã Senatus & consules decreuissent, Claudius mox ut confirmauit imperiũ, magna atq; adhuc Romæ incognita usus clementia, ne in tantam nobilium multitudinẽ ultio sæuiret, omnibus indulsit, quicquid in semet, uel suos mali senatus uel consules fecissent, uel facere sanxissent. Accidit etiam eodem tempore prẽsentis gratię dei grande miraculum. Siquidem F. Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellũ Ciuile molitus, legiones multas fortissimasq; ad sacramẽti mutationẽ pellexerat. Itaq; die dato ut in unũ undiq; ad nouũ imperatorẽ conuenirẽt, neq; aquilæ ordinari, neq; conuelli q̃quo modo signa mouerive potuerũt. Exercitus tanta et tam inusitata miraculi fide motus, et conuersus in pœnitentiã: Scribonianũ quinta statim die destitutũ interfecit: seseq; sacramẽto prioris militię cõtinuit. Tristius ac pernicioſius urbi Romę nihil unq̃ fuisse, q̃ bella Ciuilia, satis notum est. Itaq; propter aduentũ apostoli Petri, et tenera Christianorũ germina, uix dũ adhuc pauca ad sanctę fidei professionẽ erũpentia, hãc exortem tyrannidẽ & consurgẽs istud ciuile bellũ diuinitus est cõpressum. Itaq; Claudius expeditionẽ in Britanniã mouit, quę excitata in tumultũ propter non

non redditos transfugas uidebatur, transuectus in insulam est, quam neque ante Iulium Cæsarem, neq; post eum quisquam adire ausus fuerat: ibiq; ut uerbis Suetonij Tranquilli loquar, sine ullo prælio ac sanguine intra pauciſſimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recipit. Orchadas etiam insulas ultra Britanniam in Oceano positas Romano adiecit imperio, ac sexto postquam profectus erat mense Romam redijt. Eodem tempore imperij eius fames grauissima per Syriam facta est, insuper & per uniuersum orbem, quam etiam nostri prophetæ prænunciauerant. Sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymam conuectis ab Aegypto frumentis, Helena Adiabenorum regina conuersa ad fidem Christi, largissime ministrauit. Veruntamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus a populo, conuicijs & fragminibus panis turpissime infestatus, ægre per Seudotyrum in palatium refugiens, furorem excitatæ plebis euaserit. Paruo autem intercedente tempore XXX. & V. senatores, & CCC. simul equites Romanos minimis ex causis interfecit.

De Iacobo ab Herode decollato, & de cruciatibus eiusdem Herodis per angelum. Cap. XIIII.

EA tempestate immisit Herodes (qui & Agrippa) manus, ut affligeret aliquos de ecclesia, & interfecit Iacobum fratrem Iohannis gladio. De hoc autem Iacobo Alexandrinus Clemens etiam historiam quandam dignam memoria, in septimo dispositionum suarum libro scribit, perlatam ad se usq; a traditione maiorum: Quoniã quidem, inquit, & is qui obtulerat eum iudici ad martyrium, Iacobum scilicet, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum: Ducti sunt, inquit, ambo pariter ad supplicium, & cum ducerentur in uia, rogauit Iacobũ dari sibi remissionem. At ille parum deliberans: Pax tibi, inquit, & osculatus est eum, & ita ambo simul capite plexi sunt. Sed tunc, ut ait scriptura diuina, uidens Herodes, quia de Iacobi nece gratum esset Iudæis, addidit adhuc & Petrum coniecit in carcerem, sine dubio ipsum punire uolens, nisi diuinum affuisset auxilium. Quo angelus ei nocte assistens, mirabiliter eum uinculorum nexibus soluit, & ad ministerium prædicationis ire liberũ iussit. Et cum Petro quidem hæc gesta sunt. Regis uero facinus in apostolos perpetratum, dilationẽ non patitur ultionis, sed continuo uindex adest diuinitus dextera, sicut historia in apostolorum Actibus conscripta nos edocet. Iosephus uero nonodecimo Antiquitatũ libro de eo ita ait: Cum forte Cęsaream (quæ prius Pyrgos Stratonis uocabatur) aduenit, ubi cum in honore Cæsaris spectacula ciuibus ederet, uotiuo (ut uidebatur) salutis Cæsaris die; cumq; illuc totius prouincię uiri honore & facultatibus prædiiti conuenissent, secundo spectaculorũ die, indutus ueste fulgenti ex auro argentoq; mirabiliter contexta, incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primos solis radios argenteę uestis gremio suscepissent, repercusso splendore, duplicatam spectantibus lucẽ fulgor metalli uibrantis effudit, ut intuẽtibus prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stringeret aciem terror aspectus, & per hoc plus aliquid de eo, q̄ humanæ naturæ est, artifex arrogantia mentiretur. Illico adulantis uulgi concrepant uoces honorem sonantes, sed exitium ferentes, & hinc atq; illinc caueis conclamātibus deus cōpellat̄, & propitius suppliciter exoratur, dicentibus populis: Hucusq; ut hoīem te timuimus, sed ex hoc iam supra humanā te esse naturā fatemur. Sed rex acclamationē cōtra fas habitā nō repressit, nec impietatē illicitæ adulationis exhorruit, donec respiciens paulo post, immanentem atq; insistentē capiti suo uideret angelum, eūq; sensit cōtinuo exitij sui ministrum, quem prius nouerat prouisorē bonorū. Et ecce repente eructatus eum ex dolore incredibili uentris atq; inflatione corripuit. Respiciensq; ad amicos: En, inquit, ille ego deus uester, ecce propellor confestim & deturbor ex uita: quoniā quidē diuina uirtus nuper collatas in me falsas arguit uoces, & q modo immortalis dicebar a uobis, p̄ceps iamiāq; rapior in mortē. Itaq; uermibus scatens hanc miserabiliter finiuit uitā, qui regnauerat annis VII. quatuor sub Gaio, & tribus sub Claudio, filiūq; Agrippā regni successorē reliquit. Qui permansit in eo usq; ad euersionem Hierosolymorum templiq; destructionem.

De Theoda falso propheta, de quo legitur in Actis apost. & de Claudio vitijs subiecto, atq; ipsius nece. Cap. XV.

Vo etiā in tpe Theodas quidā extitit, dicēs se esse quendā magnum, qui & ipse oēsq; qui eū sequebant̄ perierūt. De q̄ decessore Iosephus pleniter refert, qualiter suis mendacijs atq; falsis promissionib. populi multitudinē subtratis proprijs facultatibus urbes excedere fecit, & ripas Iordanis fluminis obsidere, ac deinceps q̄liter perijt, & quotq̄t eū secuti sunt. Verū p idem tempus, Paulo apostolo ab Hierusalē in circuitu & usq; ad Illyricū p̄dicationē uerbi dīnici ministrāte, Claudius impator Iudęos urbe depellit. Tūc Aquila & Prisca cū ceteris Iudęis urbe expulsi in Asiā ueniūt, ibiq; cohęrēt Apostolo: tunc primū ecclesię fundamēta inibi faciētes, sicut edocet liber de Actib. apost. cōscriptus. Claudio uero adhuc in imperio p̄durante, in ipsa solēnitate Paschę tanta luctus pturbatio & uastitas Hierosolymis accidit ex seditiōe cōmota, ut de illis solis, q in foribus templi constipatione populi necati sunt, triginta milia Iudęorū numerarē̄t, & cōuersus est dies festus eorū in luctū. Sed & alia q̄plurima Iudęis mala irrogata Iosephus per hęc ῥba designat: Post hæc aūt interfectis quibusdā, addidit etiā ista: Grauius uero oī hac uastatiōe afflixit Iudæos Aegyptius q̄dā falsus propheta, q cū uenisset ad Iudęā hō magus fidē sibi prophetæ magica arte cōsciuit. Et cōtinuo ad xxx. milia uirorū cōgregās & ductans eos per desertū, peruenit cū ipsis ad montē qui uocatur Oliueti, paratus inde irruere Hierosolymā, & ui ac potestate urbē tenere, simulq; Romanorū p̄sidia ac plebem tyrānidi suæ subiugare, freus per oīa his q̄s secū eduxerat satellitibus. Sed conatus eius p̄uenit Felix, cōfestimq; cū armatis obuiā pgens, secū etiā plebe reliqua cōspirante: cōgressiōe facta Aegyptiū q̄dē cū paucis in fugā ῥtit, peremptis uero alijs, alijs etiā captis temere

temere cœpta facile restrinxit. Hæc in secundo historiarū libro Iosephus refert. Operęprecium tamen est hæc quæ de Aegyptio scribit, cū illis quæ in apost. Actibus designata sunt cōparare: ubi sub Felice tribunus qui in Hierosolymis erat, ad Paulum, in quē Iudæorū fuerat commota seditio, dicit: Nonne tu es Aegyptius ille, qui ante hos dies concitaueras populū, & eduxeras in desertum ad quatuor milia hominū sicariorū? Sed sufficiūt ista de Felice. Igitur descriptione facta Romæ sub Claudio, inuēta sunt ciuiū Romanorū LX. VIIII. centena, & XLIIII. milia, aqua introducta Romā, q̄ uocabatur Claudia. Hic uero princeps uentri, uino, fœdæ libidini obediēs, libertorū & coniugis imperijs subiectus fuit. Vocabat̄ ēm uxor eius Messalina, quæ primū passim utebatur adulteris. Dehinc atrocius accensa nobiliores quasq; nuptias & uirgines, scortiorū more secū habere proposuerat: ita liberti eius potestatē summā adepti. Ex quibus Felicem legionib. Iudęæ præfecit, apud quē Paulus apost. accusatus, in defensionem sui perorat. Is itaq; Claudius deinceps Agrippinā Germanici fratris sui filiā uxorē duxit Quæ filio imperium procurans, primo priuignos insidijs multiformibus, dehinc ipsum coniugem ueneno interemit. Vixit annis LXIIII. cuius funus ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum fuit, dum arte muliebri corrupti custodes ægrum simulant.

De Neronis actibus sceleratissimis, & de interfectione Senecæ sui præceptoris, atq; Lucani poetæ. Cap. XVI.

NEro priuignus eius Imperij iura suscepit, mansitq; in eo annis nō plenis XIIII. C. Caligulę auunculi sui erga oīa uitia ac scelera sectator, imo transgressor: petulantiā, libidinē, luxuriam, auaritiā, crudelitatem exercuit, & omni scelere se polluit. Siquidem petulantia percitus, oīa pene Italiæ ac Græciæ theatra perlustrans, assumpto etiam uarij uestitus dedecore, cericas, citharistas, tragœdos & aurigas sępe sibi superasse uisus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est, ut ne a matre quidē uel sorore ullaue consanguinitatis reuerētia abstinuisse referatur: uirum in uxorem duxerit, ipse a uiro ut uxor acceptus est. Luxurię uero tā effrenatæ fuit, ut retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur, frigidis & calidis lauaret unguentis, qui etiam nunq̄ minus mille carrucis confeciſſe iter traditur. Denicq; urbis Romę incendium uoluptatis suæ spectaculum fecit. Per sex dies septemq; noctes ardēs ciuitas regios patuit aspectus. Horrea quadro structa lapide, magicæq; illæ ueterū insulæ, quas discurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondā ad externa bella præparatæ, labefactæ atq; inflammatę sunt. Ad monumentorū q̄ busto diuersoria infelici plebe cōpulsa, quod ipse ex altissima illa Mecœnatina turre prospectans, lætus flammæ (ut aiebat) pulchritudine, tragico habitu Iliada decantabat. Auaritię aūt tam prærupta extitit, ut post hoc incendiū urbis, quam se Augustus ex latericia marmoriam reddidisse iactauerat, neminē ad reliquias rerū suarū adire permiserit. Cuncta quę flammę

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoquo modo ſuperfuerant ipſe abſtulit. Centies centena milia ſexcentium annua ad expenſas ſenatus cõferri ſibi imperauit. Plurimos ſenatorũ nulla extante cauſa bonis priuauit. Negotiatorũ oĩm ſub una die tormentis q̃q; adhibitis oẽm penitus cenſum abſterſit. Nero hic primus p̃ſecutus eſt Chriſtianos, qui etiã Petrũ & Paulum apoſtolos occidit. Crudelitatis aũt rabie ita efferatus eſt, ut plurimam ſenatus partẽ interfecerit, equeſtrem ordinem pene deſtituerit. Sed ne parricidĳs quidẽ abſtinuit. Matrem, fratrẽ, ſororem, uxorem, cæteroſq; oẽs cognatos & propinquos ſine hæſitatione proſtrauit. Hic etiam Senecã inſtitutorẽ in liberalib. diſciplinis atq; doctorem ſuũ, quia eum de utilitate reipub. ac honeſtate uitę monere curabat, uirum nobilem & Pauli apoſt. amicũ interfecit. Similiter & Lucanũ poetã eiuſdem Senecæ auunculum peremit. Is em̃ Seneca Cordubenſis continentiſſimæ uitæ fuit. Quem, ut prædiximus, illæ amicũ Pauli fuiſſe epiſtolæ declarant, quæ leguñ a plurimis Pauli ad Senecã, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum eſſet Neronis magiſter, & illius tpis potentiſſimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius Paulus ſit inter Chriſtianos. Hic ante bienniũ q̃ Petrus & Paulus martyrio coronarẽt, a Nerone interfectus eſt.

De Pauli reſolutione & ſecunda eius prædicatione, antequam martyrio coronaretur ſub Nerone. Cap. XVII.

INterea imperante Nerone, Feſtus mittit in Iudęam, ut ſuccedat Felici. Apud quẽ, ut in Act. apo. legimus, Paulus pro ſe agens, dato illi edicto uinctus mittit Romã. Vbi biennio poſitus ỽbum dei p̃dicabat nemine prohibente. Et cũ pro defenſione ſua ſatisfeciſſet Neroni, ſolutus eſt a cuſtodia. Et rurſum profectus eſſet ad p̃dicationis officiũ, authoritate antiquorũ cõfirmatus, hic tñ Paulus apoſtolus, qui ante Saulus, extra numerum xĳ. apoſt. de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſſali fuit. Quo a Romanis capto, cum parentibus ſuis Tharſum Ciliciæ cõmigrauit. A quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymã, a Gamaliele uiro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum aũt interfuiſſet necĳ martyris Stephani, & acceptis a Pontifice templi epiſtolis, ad p̃ſequendos eos qui in Chriſto crediderant, Damaſcũ pgeret: reuelatione cõpulſus ad fidem, q̃ in Actibus apoſt. ſcribit, in uas electionis de p̃ſecutore translatus eſt. Cumq; primũ ad p̃dicationẽ eius Sergius Paulus proconſul Cypri credidiſſet, ab eo q̃ eũ Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt hoc nomẽ. Et iũcto ſibi Barnaba, multis urbibus pgratis, reuertenſq; Hieroſolymã, a Petro ac Iacobo & Iohanne gentiũ apoſtolus ordinat. Et quia in Act. apoſt. pleniſſime de eius cõuerſatione ſcriptũ eſt, hoc tñ dicã, q̃ poſt paſſionẽ dñi uiceſimo quinto anno .i. Neronis primo, q̃ Feſtus procurator Iudęæ ſucceſſit Felici, Romam uinctus mittitur, & per bienniũ in libera manẽs cuſtodia, aduerſum Iudęos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendum aũt in prima ſatisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, q̃ta de eo narrant hiſtorię, Paulũ a Nerone dimiſſum, ut euangeliũ Chriſti in occidentis q̃q; partibus p̃dicaretur, ſicut ipſe ſcribit in II. epiſt. ad Timot. eo tempore

tempore quo & paſſus eſt, & de uinculis dictat epiſtolam: In prima mea ſatisfactione nemo mihi affuit, ſed oẽs me dereliquerunt, nõ eis imputet, dñs aũt mihi affuit & confortauit, ut per me prędicatio cõpleret, & audirẽt oẽs gentes, & liberatus ſum de ore leonis: manifeſtiſſime leonẽ propter crudelitatem Neronem ſignificans. Et in ſequentib. Liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim: Liberauit me dñs ab omni ope malo, & ſaluauit me in regnum ſuũ, eo q̃ ſciret pñs ſibi imminere martyriũ. Nam in eadem epiſtola præmiſerat: Ego iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Hic ergo xiĳ. Neronis anno, eodem die, quo Petrus Romę pro Chriſto capite truncatur, ſepultus eſt in uia Oſtienſi, anno poſt paſſionem dñi XXXVII.

De nece Iacobi Iuſti, apoſtolorum epiſcopi, & quid de illo hiſtoriæ referant. Cap. XVIII.

SVB Neronis etiã imperio, Iacobus qui ab apoſtolis ordinatus Hieroſolymis eſt epiſcopus martyrio cõſummatur. Qui frater dñi uocabatur, eo q̃ filius ſororis Mariæ matris dñi eſſet, q̃uis aliqui exiſtimarent Ioſeph eum genuiſſe ex alia uxore. Refert in hunc modũ ſatisfidelis hiſtoriographus de eo Aegeſippus, qui poſt ipſas ſtatim primas apoſtolorum ſucceſſiones fuit, in quinto commentariorũ ſuorũ lib. his uerbis: Suſcepit, inquit eccleſiã cum apoſtolis frater dñi Iacobus, qui ab oĩbus cognominatus eſt Iuſtus, ab ipſis dñi temporibus p̃durans uſq; ad nos. Et multi quidem Iacobi uocati ſunt, ſed hic ex utero matris ſuæ ſanctus fuit, uinũ & ſicera non bibit, ſed neq; animal manducauit, ferrũ in caput eius non aſcẽdit, oleo em̃ eſt perunctus, balneis non eſt uſus, huic ſoli licebat introire in ſancta ſanctorũ. Neq; em̃ laneo utebat indumẽto, ſed tñ ſindone. Solus ingrediebatur in templũ, & iacebat ſuper genua ſua, orans pro populi indulgentia, ita ut orando callos faceret in genibus ad modũ cameli, ſemp genua flectendo, nec unq̃ ab oratione ceſſando. Itaq; pro incredibili hac continẽtia et ſumma iuſtitia appellatus eſt Iuſtus. Igitur cũ maxima multitudo tam Iudęorum q̃ & gentiliũ ubiq; crederẽt in Ieſum, ſcribę & phariſęi liuore permoti atq; turbati dixerunt ad inuicẽ: Nihil proficimus, ecce totus mundus credit in Ieſum. Inito aũt cõſilio adeunt Iacobũ fratrẽ dñi dicẽtes: Deprecamur ergo te ut ſuadeas oĩbus conuenientibus in die Paſchę de Ieſu. Tibi em̃ oẽs obtẽperamus, & de te tam nos q̃ populus teſtimoniũ phibemus, quia iuſtus es & perſonã nullius accipis. Tu ergo ſuade populo de Ieſu ne erret, q̃a oẽs tibi obedimus. Aſcẽde itaq; in excelſum locũ pinnę templi, ut in edito poſitus appareas oĩbus, & ỽba tua audiantur a cunctis. Igitur q̃a in diebus Paſchę cõueniunt nõ ſolum Iudæorũ, ſed & gentiliũ multitudo, ſtatuerunt eum ſupradicti ſcribæ & phariſæi ſuper pinnã templi, & uoce magna clamantes ad eum dicunt: Virorũ iuſtiſſime, cui oẽs nos obtemperare debemus, q̃m populus errat poſt Ieſum qui crucifixus eſt, enuncia nobis q̃d ſit oſtiũ Ieſu. Tum Iacobus ingenti uoce ad eos reſpondit: Quid me interrogatis de filio hoĩs? Et ecce ipſe ſedet in cœlis a dextris ſummæ uirtutis, & ipſe uenturus eſt in nubibus cœli. Cumq; reſponſiõe & teſtimonio Iacobi

Universidad de Deusto
Biblioteca

multis satisfactū esset,& libenter audissent quę Iacobus protestatus est,cœperunt glorificare deū & dicere: Osanna filio Dauid. Tunc scribæ & phariſæi ac sacerdotes indignati sunt, & uersi in furorē pręcipitauerunt de pinna templi,& lapidando occiderunt cū pro ipsis orantē. Sed & Iosephus in xx. libro Antiqui. refert de eo,& Clemens in vij. sic ait: Mortuo Festo q Iudęā regebat,missum esse a Nerone successorē eius Albinū. Qui cum necdū ad prouinciā peruenisset,Annianus inquit pontifex adolescens Ananię filius de gñe sacerdotali,accepta occasione Concilīū celebrauit,cōpellens publice Iacobum,ut Christū dei filiū denegaret,contradicentē lapidare iussit. Qui precipitatus de pinna templi,confractis cruribus, adhuc semiuiuus tollens ad cœlum manus cū diceret: Dñe ignosce eis,q̄d eīm faciunt nesciūt: Fullonis fuste,quo uestimenta extorqueri solent,in cerebro percussus interijt. Tradit eīm idem Iosephus tantæ sctītatis fuisse & qualitatis in populo, ut propter eius necem creditū sit subuersam Hierosolymā. Hic est de q̄ Paulus apost. scribit ad Gala. Aliū aūt apostolorū uidi neminē, nisi Iacobū fratrē dñi,& apostolorū super hoc crebrius Acta testantē. Hieronymus aūt de eo ita refert: Euangeliū q̄q̄ q̄d appellat̄ sēdm Hebræos,& tamen nuper in grācū sermonē latinūq; translatū est,q̄d & Adamantius sæpe testat̄ ac utitur eo, post resurrectionē saluatoris legitē in eo: Dñs autē cū dedisset syndonē sacerdotis,iuit ad sacerdotē Iacobū,& apparuit ei. Iurauerat.n. Iacobus se nō comesurū panē ab illa hora, qua biberat calicē dñi, donec uideret eū resurgentē a dormientib. Rursumq; post paululū: Ferte,ait dñs,mensam, statimq; addit: Tulit panē et benedixit ac fregit,dedit Iacobo Iusto,et dixit ei: Frater mi comede panē tuū,qa surrexit filius hoīs a dormientib. Triginta itaq; annis Hierosolymis rexit ecclesiā. i. usq; ad septimū Neronis annū. Et iuxta templum ubi precipitatus fuerat sepultus, titulum eius ad obsidionem Titi & ultima Hadriani notissimum habuit.

De Iuda Iacobi fratre. Cap. XIX.

IVdas Iacobi frater in Mesopotamia atq; interioribus Ponti euangelisans feras & indomitas gentes quasi beluarū naturas suo sancto dogmate mitigat,& fidei dominicæ subiugat: sepultus est in Nerito Armeniæ urbe paruam,quæ de VII. est catholicis,epistolam reliquit.

De Simone Petro,qualiter dimicauit contra magum Simonem,& de sceleratissima morte Neronis. Cap. XX.

SImon Petrus filius Iohānis, prouincię Galileæ a uico Bethsaida,frater Andreę apostoli & princeps apostolorū, post episcopatū Antiochensis ecclesię,& p̄dicationē dispsionis eorū q de circūcisione crediderūt,in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithinia atq; Italia euangeliū prædicauit,harū q; uirtutū insignijs effulsit. Pendulo gressu feruidū mare calcauit,præteriens umbra sua mortuos animauit,claudis pristinum reddidit officium,paralytici fluida membra in proprīū reparauit statum. Inter hæc defunctā uiduam suscitauit, Ananiam & Sapphyram reos perfidiæ mortis animaduersione damnauit. Simonem etiam magicis artibus

cœlum

cœlum conscēdentem ad terram elisit. Libet etiam de Petro apostolorum principe larius aliquid differere. Interea cū fides dñi & saluatoris nostri Iesu Christi per oīm cresceret mentes, & p dies singulos religionis propagarent augmenta,nequaq̄ quiescit hostis salutis humanę,sed ad urbē maximā quæ est caput oīm prævenit,& Simonem illū, de quo in superioribus dixi mus,euocat. Cuius nefarijs artibus adminicula ipse maiora suppeditās, plurimos urbis illius ciues in erroris eius uincula coniecit. De quo Iustinus non multo post apostolorum tempus exortus, inter scriptores nobilis uir, in Apologetico,quē pro fide nostra ad imperatorem Antoniū scribit, de eo ita hoc modo refert. Et post ascensionem,inquit,dñi ad cœlum,instigabant dæmones quosdam hoīm qui dicerēt se deos esse,quos nos fugauimus. Simon de nicq; quidam Samaritanus,de uico qui dicitur Gittho, sub Claudio Cæsare magicis artibus & ope dæmonū subleuatus,in urbe uestra,quæ regnorum oīm est caput,q̄ plurimis per phantasias deceptis, deus decretus est a Senatu:& simulachri apud uos quasi deus honore donatus, in flumine Tyberis inter duos pōtes collocati,habens etiā titulum latinis literis scriptum: Simoni deo sancto,quem & omnes pene Samaritæ, nonnulli etiam ex cæteris gētibus tanquam summum deum & adorant & confitentur. Sed & Selenen quandam meretricem erroris eius ac deceptionis comitem,quę prius in prostibulo steterat,apud Tyrę urbem Phœnicis,cum ipso uelut primam quandam mentem consecrauerunt. Hæc quidem Iustinus. Consona uero huic etiam Ireneus scribit in primo aduersus hereses libro. In quo,uel quis ipse fuerit Simon,uel q̄ impura eius opera atq; doctrina,plenius refert: uel q̄ diuersis prestigijs ac diabolicis fraudibus homines fallendo seduxerat,quod multum est,ut his inseramus: cum liceat uolentibus ea scire per singula,ex ipsius supradicti Irenæi libris, uel de hoc uel de cæteris authoribus diuersarū hæreseon,& de uenenatis eorum dogmatibus diligentius noscere poterit. Caput igitur totius prauitatis,& principium omnis hæresis a Simone cœpisse accipimus. Hunc igitur talium maloīū patrem & authorem per idem tempus Simonem ex apparitorum suorum numero diabolus suscitans,ad urbē maximam ire compulit Romam: ut ibi potentissimis athletis domini ac saluatoris nostri Iesu Chri apostolis, in hoc ipsum ab eo subrogatis resisteret. Sed diuina uirtus & gratia,in maximo precipuoq; certamine,nunquā deserit suos: quæ incensam maligni flammam,tota celeritate restinguit, & oēm altitudinem destruit: extollentem se aduersum scientiam dei. Propter quod nec Simon, nec alius quis congressus tunc aduersum apostolos domini, potuit obtinere uictoriam: quia ueritatis lux,& uerbi diuini claritas,quę ob salutem hoīm nuper obfulserat, per apostolos suos totius mēdacij discussa caligine,de humanis mentibus ignorātiæ tenebras effugabat. Denicq; supradictus magus ueri luminis fulgore percussus: cæcitatē cōtinuo male sanę mēs incurrit. Quippe q iā et prius in Iudęa p apl'm Petrū de his q̄ gerebat sceleris cōfutatus,trāsmarinā aggressus ē fugā,et ab oriēte ptēdit usq; ad occi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentē, nusq̄ sibi uitā, nisi in fugę subsidio sperās. Is igitur urbē Romā ingres sus, utēs adminiculo assistētis sibi meretricis Selenis et adhærētis, in tm̄ ma lorę uenit profectū: ut etiā simulachri a ciuibus Romanis tanq̄ deus honore potiret. Sed nō in lōgū pmanet, fraude q̄sita diuinitas. Cōtinuo nāq; in ipsis Claudij tpibus, clementia diuinæ prouidētiæ probatissimū oīm & aplorę maximū fidei magnificētia et uirtutis merito, primorę principē Petrum ad urbem Romā uelut aduersum humani gn̄is cōem perniciē repugnaturę de ducit: ducē quendā & magistrū militię suę scientē diuina p̄lia gerere, & uir tutū castra ductare. Iste aduenięs ex Oriētis partibus, ut cœlestis quidā ne gotiator: mercimonia diuini luminis, si quis sit cōparare paratus, adduxit: et salutaribus p̄dicationis uerbis, primus in urbe Roma euāgelij clauibus ia nuā cœlestis regni aperuit. Igit̄ cū Romanæ urbi clarę uerbū dei lumē fuis set exortū, Simonis quidē tenebrę cū suo authore restinctę sunt. Sermo aūt ueritatis & lucis, q̄ per Petrū p̄dicabatur, uniuersorę mētes placido illustra uit auditu: ita ut q̄tidie audiētibus eū nulla unq̄ satietas fieret. Vnde neq; au ditio eis sola suffecit, sed Marcū discipulū eius oībus precibus exorat, ut ea quæ ille uerbo p̄dicabat, ad perpetuā eorę cōmonitionē habendā scripturæ traderet, qua domi foriscq; in huiuscemodi uerbis meditationibus permanes rēt. Nec prius ab obsecrādo desistūt, q̄ quę orauerāt impetrarēt. Et hęc fuit causa scribēdi, q̄d secundū Marcū dicit̄ Euāgeliū. Petrus uero ut per spm̄ sc̄m religioso se spoliatū cōperit furto, delectatus est: fidē eorę per hęc de uotionēq; cōsiderans, factūq; cōfirmauit: & in perpetuū legendā scripturā ecclesijs tradidit. Hic post̄q̄ Antiochenā fundauit ecclesiā sub Claudio Cæ sare cōtra eundē Simonē magū Romā pergit: ibiq; p̄dicās euāgeliū XX. et V. annis, eiusdē urbis pōtificatū tenuit. Sexto & XXX. anno post passio nē dn̄i a Nerone Cæsare in urbe Roma deorsum, ut ipse uoluit, capite cru cifixus est. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ noīantur: sed & euāgeliū (ut diximus) Marcū, qui auditor eius fuit & interpres. Libri aūt e quibus unus Actuū eius inscribit̄, alius euāgelij, tertius p̄dicationis, q̄rtus Apocaly pseos, quintus Iudicij inter Apocryphas scripturas reputāt̄. Igitur post ini gnia eius mirabiliter gesta uirtutibus atq; doctrinis: post etiā triūphos, quis bus Simonē sæpius cōgressum rediuiua molientē diabolo instigante certa mina, prostratuit atq; uicit. Tunc uero oīm hoīm sceleratissimus, ut apertū se hostē diuinitatis ostenderet, & pietatis ipsorę, prius apostolorę, quippe q duces & signiferi erāt in populo dei, expetit neces: & Paulū quidē capite in psa urbe Roma, Petrum uero crucis patibulo cōdemnat. Attn̄ diuinæ ultio onis sentētiam, in se mox expertus est. Cumq; & alia incredibilia perturban dæ imo subruendæ reipublicæ mala moliretur, hostis a Senatu pronuntiat: & ignominiosissime fugiens, ad quartum ab urbe lapidem sese ipse interfe cit, atq; in eo omnis Cæsarum familia consumpta est.

De tyrannis post turpissimam mortem Neronis exortis, & cito extinctis, usq; ad Vespasiani principatum. Cap. XXI.

Igitur

IGitur Galba qui apud Hispanias ab exercitu imperator creatus fuerat: audita morte Neronis, uenit Romam, usurpans sibi imperium. Cumq; auaritia, sæuitia, segnitiaq; offenderet oēs: Pisonem sibi nobilē industri umq; adolescentē, in filium atq; regnum adoptauit. Hic ante sumptā do minationē multas prouincias egregie administrauit, militē sæuerissime tra ctans, ita ut ingresso eo castra, uulgaretur statim: Disce militare miles, Gal ba adest. Nam menses VII. totidemq; dies imperauit: qui factione Othonis occisus est. Igitur Otho cum Galba & Pisone Romæ interemptis, intra tu multus cędesq; inuasisset imperiū, ac mox creatū imperatorē in Gallia per Germanicas legiones Vitelliū cōperisset: bellum ciuile molitus, tribus pri mum leuibus prelijs contra Vitellianos duces congressus uictor extitisset: quarto apud Hedriacū p̄lio cū animaduertisset suos uinci, mēse tertio quā imperare cœperat, sese interfecit. Vitellius uictor Romā uenit. Vbi cū mul ta crudeliter hę nequiter ageret, incredibili etiā uoracitatis appetitu humanā uitam probris aggrauaret: post̄q̄ de Vespasiano comperit, primum depo nere molitus imperiū, post a quibusdā aīatus Sabinum Vespasiani fratrē, nihil tum mali suspicantem, cū ceteris Flauianis in Capitolium cōpulit: suc censoq; templo, & mixta simul flamma ruinaq; oīs in unum pariter interi tum ac tumulū dedit. Post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo de stitutus, appropinquantibus iam hostibus, trepidus, cū se in quandam proximam palatio cellulā contraxisset, turpissime inde protractus cū per uiam sacrā nudus duceret, passim simū in os eius cōiectantibus, in sorę deductus, octauo quam regnum p̄sumpserat mense, apud Gemonias scalas minutis simorę ictuum crebris compūctionibus excarnificatus: atq; inde unco tra ctus in Tiberim mersus, etiam cōi caruit sepultura. Multis aūt & nefarijs modis per cōplures dies, a Vespasiani militibus aduersum Senatum popu lumq; Romanū indiscreta cæde sęuitum est. Itaq; breui illa quidem, sed tur bida tyrannorę tempestate discussa: tranquilla sub Vespasiano duce sereni tas redijt. Qui per idem tempus in procinctu belli, quod Iudæis intenderat, quo a Nerone missus imperatore fuerat: ab ipso exercitu, cū quo oppugna bat Iudæam, subrogatur in imperio. Isq; confestim Romam tendens: Tito filio suo curam belli, & Hierosolymorum oppugnationes iniungit.

De inauditis apud alias gentes mortibus, ac prædonum infestationibus in obsidione Hierosolymorum. Cap. XXII.

VErę post ascēsionē dn̄i saluatoris nostri a Iudæis, uel in ipsum cō missi piaculi uel p̄secutionis in apostolos, & necis in Stephanum, sed & obtrectationis in apostolum Iacobum, & in Iacobū nihilo minus fratrē dn̄i, qui appellat̄ Iustus, sceleris admissi, cæterorę q; oīm q̄s propter fidē Christi, insidijs, dolis, atq; oīi fraude nequiæ circūue rāt, pro his inquā oībus malis, pœnæ diuinitus reposcebāt. Et ap̄li q̄dē ab illis prius fugati, aep oēm locū dispersi, sicut supra diximus, pgebāt in uirtu te Chr̄i q eis p̄ceperat, dicēs: Eūtes baptizate oēs gētes in noīe meo. Eccl'ia ☧o q̄ in Hierosolymis fuerat cōgregata, rīso a deo accepto emigrare iubet̄,

& transire

Universidad de Deusto
Biblioteca

& trāſire ad oppidum quoddam Pellam nomine trans Iordanem: quo ablatis ex urbe ſanctis & iuſtis uiris, uindictæ cœleſtis fieret locus, tam de urbe ſacrilega q̄ de populo impio: & per excidium patriæ euerſionis. Quantis ergo malis gens tūc uniuerſa multata ſit, utq; ipſa Iudææ terra, bello, fame, igni, cædibus uaſtata ſit: quanta populorū milia patres ſimul cū coniugibus ac paruulis & liberis abſq; numero, abſq; diſcretiōe trucidari ſint, q̄ etiam diuerſarū urbium obſidiones, ſed & ipſius magnificę & famoſiſſimę ciuitatis Hieruſalem, quæ uaſtitas, & quanta fuerit diuerſarū mortium ſtrages, q̄s ſuper hæc ſingula bellorū extiterit modus, & ut ſecundū id q̄d prophetæ prædixerant, abominatio deſolationis in ipſo quōdam dei famoſiſſimō collocata ſit tēplo, utq; ad ultimū cuncta ignis populatus ſit, & flāma cōſumpſerit, qui plenius noſſe uult, hiſtorias Ioſephi legat. Nos uero ex his ea tm̄, quæ ad explanationem ſuſcepti operis ſufficiunt, aſſumemus: in quibus refert quod ex omni Iudęa populi, in die ſolēni Paſchæ Hieroſolymā, uelut exitiali quadā manu eogente cōuenerant: quos tricies centena milia hominum dicit fuiſſe, iuſto Dei iudicio tēpore hoc ultionis electo: ut q̄ in diebus Paſchæ ſaluatorem ſuū & ſalutare Chriſtū dñi, eruentis manibus & ſacrilegis uocibus uiolauerant, in ipſis diebus uelut in unum carcerem omnis multitudo cōcluſa feralis pœnæ exitiū quod merebat exciperet. Præteribo quæ in eos uel gladij cæde, uel alijs belli machinis collata ſunt, explicare: ea tantummodo quæ diræ famis exitio pertulerunt, ſupradicti hiſtoriographi ſermonibus proferā: quo legentes hæc intelligant, quantū piaculi ſit audere aliquid in Chriſtū, & q̄ grauibus auſa ſupplicijs expientur. Itaq; quintus Ioſephi hiſtoriarū liber ponatur in medio: ex quo oīs eorū luctuoſa tragœdia pernoſcatur. Diuitibus aūt permanere, inquit, aut perire, unū atq; idē erat. Si enī in urbe permāſiſſent, facultatum ſuarū cāuſa crimine obiecto, quaſi q̄ de tranſfugiendo cogitarēt, perimebantur. Neceſſitas uero famis, factioſos opum extollebat per arroganciam, & utrinq; ſimul inedia cū temeritate creſcebat. Publice quidem frumentum uſquam oīno erat: ſed irruentes urbis prædonęs perſcrutabantur domos, & ſiquidem inueniſſent, tanq̄ de his qui fefellerant, pœnas ſumebant: ſi uero non inueniſſent, nihilominus tanq̄ eos q̄ occultius & diligentius abſcōderent, cruciabant. Indicium uero haberi ab eis pabula capiebant, hoc ipſo quod adhuc uiuere & ſubſiſtere corporibus uidebantur: tāquam qui profecto iam interiſſent, niſi abſcōditos uſpiam tegerēt cibos. Si quos ſane tabeſcentes macie uidiſſent, hos cum uenia præteribant: ſuperfluum putantes perimere, quos paulo poſt abſumeret fames. Multi tamen in occultis, oīm̄ cenſu ſuo mercati ſunt unum metrum: ſi diuites, frumēti: hordei, ſi inferiores fuerant, & concludentes ſe in interioribus quibuſq; penetralibus domus: nonnulli nec in panibus confectas fruges edebant. Alij uero inquantum uel neceſſitas uel metus permitteret, excoquebāt: & menſam quidē nullus expetebat apponi, ſed ex ipſo ſemiuſta igni rapientes, propria uelut furtiua deuorabāt. Erat infelicis ipſius cibi ſpectaculum miſerabile: cū

ualidiores quique inuenta diriperent, imbecillioribus uero nihil præter luctum ſupererat & lachrymas. Etenim licet omnium acerbitates rerum ſuperet fames, nihil tamen ita ſubruit & ſubuertit uerecundiam, ſicut fames. Quicquid enim ſaluis rebus pudore dignum eſt, in hac neceſſitate contemnitur. Denique & uxores de uirorum manibus & filij de parentum, & quod eſt infelicius, matres cibos de paruulorum ſuorum manibus, atq; ore rapiebant. Et cum dulciſſimi liberi in manibus atq; ante ora poſiti tabeſcerēt: exigua uitæ ſubſidia denibus ipſis eximere nemo parcebat. Verum ne ipſi quidem infelices, & perexiguos ſumentes latebant cibos: ſed continuo aderat quis prædonum, & ſtatim ut clauſas cuiuſpiam conſpexiſſet fores, indiciū credebat hoc eſſe, quod intrinſecus poſiti ederent: & repente deſpicatis foribus præcipites irruebant, atq; ab ipſis (ut ita dicam) faucibus exprimentes, ſi quid forte ſumptum iam fuerat, reuocabant. Verberabantur ſenes, ſi cibos uindicare tentaſſent: ſparſis etiam crinibus mulieres trahebantur, occultare nitētes ſi qd forte deprehēſum fuiſſet in manibus. Nulla ſenibus pro canicie reuerētia, nulla erga paruulos miſeratio, ſed in exiguo panis fragmento paruulos inhærentes, ex ipſo cui inhæſerant, ſuſpenſos elidebant in terram. In eum uero qui raptores cibo præueniſſet abſumpto, crudelius ſæuiebant & excogitabant dira ſupplicia, obdurantes infelicibus naturales digeſtionum meatus, alijs præacutas ſudes per eadem uerenda adigentes. Horreſco quæ geſta ſunt referens: ad cōfeſſionem per hæc unius panis aut cyathi farinæ miſeros perurgebant. Nam ipſi tortores nec patiebantur famem. Eſſet enī quo dāmodo tolerabilius, ſi hæc cōpulſi inedia facere uiderentur, ſed ut uel p̄pararēt ſibi in poſterū cibos, uel ut crudelitas exercitio cōualeſceret. In his etiā ſi q̄ forte furtim per ſtationes hoſtiū pro colligēdis herbis crepſiſſent: occurrētes eis qui ſe hoſtiū manus effugiſſe gauderēt, diripiebāt quicquid attulerāt. Supplicātibus aūt ac terribile quondā ſibi nomē dei inuocāntibus, ut uel partē aliquā ex his quę cū mortis periculo queſierāt, indulgerent, nihil prorſus p̄bebāt: ſed & hoc bñficij loco ceſſerat, ſi cōprehēſum uiuū licuiſſet euadere. His aūt poſt aliqua adiūgit, dicēs: Iudæis uero de egreſſu urbis, oīs pariter ſpes excludebat ſalutis: & inualeſcēs acerbitas famis, domus ſimul & familias gērēq; uaſtabat, ita ut in penetralib. ſtrata iacerēt mulierū paruulorūq; cadauera: p̄ plateas uero infeliciū ſenū corpora, fame magis q̄ ætate cōſumpta. Iuuenes uero atq; ętas oīs rubuſtior: uelut ſimulacra quędā in uijs & egreſſib. oberrabāt, corruētes q̄cūq; loco greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire aūt cadauera proximorū, nec defunctorū multitudo, nec uirū debilitas p̄mittebat: ſimul & pro ſua unuſq;ſq; uita incertus. Deniq; aliquāti ſupra eos q̄s ſepeliebāt, aīas emiſere. Multi etiā dū proſequūt funera, priusq̄ ad ſepulchrū ueniret, efflabāt. Sed nec plāctus ex more defunctis exhibebat aut luctus: quia hoc ſibi totū uēdicauerat fames. Sed nec ariditas inediæ, humorē cuiq̄ reliquerat lachrymarū. Obſederāt enī ciuitatē profunda ſilētia: & nox plena mortis cūcta cōtexerat. Quibus malis oīmbus grauiores ſoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

uigebant prędones, qui ne ſepulta quidem cadauera diripere illicitum ducebant: non tam prædam petentes, quam ſeelus irriſione cumulãtes, & acient gladiorum ſuorum in cadauerum obtruncatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc ſpirãtes, mucro examinandus agebatur. Quod alĩ ſemineces cum uiderent, ſupplices dexteras protendebant, ut in ſe quoq; beneficij loco cõuerterent ſeelus: quo ſcilicet cruciatibus famis uelocius abſoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere, necem quam ſponte inferebant, ſi rogarentur negabant: cum tamen unuſquiſq; deficientium cum gemitu oculos retorqueret ad templum, non de morte propria dolens, ſed de impunitate prædonum, quos ſuperſtites relinquebant. Et primo quidem ſumptu publico ſepeliri mortuos iuſſerat fœtoris intolerantia. Vt uero omnem ſumptum cœpit uincere multitudo morientium: de muro cadauera præcipitabant. At cum Titus circuiens peruidiſſet repletos mortuorum cadaueribus uallos, & humani corporis tabo patriam terram rigari: cum ingenti gemitu eleuatis ad cœlum manibus, deum inuocat teſtem, hoc ſuum opus non eſſe. Et poſt aliquanta, iterum talia quædam proſequitur: Non cunctabor, inquit, proferre quod ſentio. Arbitror enim, quod etiã ſi aduerſum impios ciues, Romanorum pauliſper arma ceſſaſſent, aut hiatu terræ, aut aquæ diluuio, aut Sodomitanis ignibus & fulminibus cœlitus tortis, ſupplicium ciuitas dependiſſet: quæ multo infauſtiorem illis qui hæc perpeſſi ſunt, & nequiorem uirorum præſentem hanc protuliſſet ætatem: pro quibus omnis gens pariter mereretur extingui. Sed in VI. libro de ijſdem talia ſcribit: Et eorum, inquit, qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebantur, multitudo innumerabilis erat: quorum nec explicari miſeria poteſt. Per ſingulas nanq; domos ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum, bella continuo & cædes inter charos, ipſoſq; parentes ac liberos naſcebantur: dum non ſolum e manibus, ſed ex ipſis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat: ſed & ipſi cum iam ſpiritum exhalarent, perſcrutabantur a prędonibus, ne cui forte intra gremium cibi aliquid reſideret. Alij autem per inediam inhiantes, uelut rabidi canes huc atq; illuc ferebantur: & quaſi inſania quadam exagitati, in eaſdem domos ſub momento tẽporis iterum ac ſæpius irruebant. Omnia tamen neceſſitas uertebat in cibum: etiam illa, quæ ne mutis quidem animalibus edere uſus fuit, ad ultimum ne loris quidem uel cingulis, aut ipſis etiam calciamentis abſtinuerunt. Portarq; quoque indumenta detrahentes, conficienda dentibus ingerebant. Nonnulli & fœni ueteris feſtucas edebant. Sed & de quiſquilijs undecunq; collectis, paruiſſimum pondus dragmis quatuor diſtrahebãt. Sed quid opus eſt per hæc pondus famis illius explicare, cum ſit geſtum ibi facinus, quod neque apud Græcos, neq; apud Barbaros ullus accepit auditus: horrendum quidem dictu, auditu uero incredibile? Et quidẽ immane facinus ſiluiſſem, ne quis me crederet mõſtruoſa narrare, niſi multos memoriæ noſtræ uiros, teſtes commiſſi ſceleris habuiſſem. Porro uero nec aliquid in hoc patriæ præſtare me arbitror

arbitror, ſi ſubtraham eorum malorum uerba, quorum pertulit facta.

De Maria, quæ proprium comedit filium, & ſic prædones confuſos abire coegit. Cap. XXIII.

MVlier quædam ex his, qui ultra Iordanis alueum commanebãt, Maria nomine, Eleazari filia, de uico Obethezob, quod interpretatur domus hyſſopi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine, quę confluxerat Hieroſolymas, reperta: cõmunem cum omnibus obſidionis caſum perferebat. Huius reliquas quidem facultates, quas domo in urbem cõuexerat, tyranni inuaſere. Si quid uero reliquiarum ex magnis opibus fuerat, quibus uictum quotidianũ pertenuem duceret, irruentes per momenta prędonum ſatellites repiebant, pro quibus ingens mulierem uelut inſania iam quędam ex indignatione fatigabat, ita ut interdum prędones maledictis in necem ſui, & cõuicijs inſtigaret. Verum cum neq; irritatus quiſquam neq; miſeratus eam perimeret, & ſi quid forte cibi ab ea fuiſſet quæſitũ, id ab alijs quæreretur, nec iam usq; reperiendi copia fieret, fames autẽ dira uiſceribus ipſis inſiſteret ac medullis, et ad furorẽ iam perurgeret inedia, fame & ira peſſimis uſa cõſultoribus, cõtra ipſa iam armatur iura naturæ. Erat nanq; ei ſub uberibus paruulus filius. Hunc ante oculos ferẽs: Infelicis, inquit, matris, o infelicior fili: in bello fame et direptione prædonũ, cui te reſeruabo? Nam & ſi uita ſperari poſſit: iugo Romanę ſeruitutis urgemur. Sed nũc ipſam etiam ſeruitutem prœuenit fames: prędones uero utraq; ui grauiores perurgẽt. Veni ergo nũc o mi nate, eſto matribus, prædonibus furor, ſeculis fabula, quæ ſola deerat cladibus Iudæorũ. Et hęc cum dixiſſet, ſimul filium iugulat. Tunc deinde igni ſuperpoſitũ torret, & mediũ quidem cõſumpſit: medium uero reſeruat obtectũ. Et ecce cõfeſtim prędones irruunt, ob uſtæ carnis nidorẽ conceptum, mortẽ minantes: niſi ſine mora cibos, quos paratos ſenſerant, demonſtraret. Tum illa quidẽ partem, inquit, uobis optimã reſeruaui. Et cõtinuo quæ ſuperfuerant, membra retexit infantis. At illos repente ingẽs horror inuaſit, & immanes quaſi animi diriguere, uox faucibus intercluſa eſt: Illa uero truci uultu, et ipſis iam prædonibus truculentior, meus, inquit, hic filius: meus eſt partus, & ſacrificium meũ eſt, edite. Nam & ego prior comedi, quæ genui. Nolite effici aut matre religioſiores, aut fœmina molliores. Quod ſi uos pietas uincit, et exercramini cibos meos: ego, quæ iam talibus paſta ſum, ego his iterum paſcar. Poſt hęc illi territi tremẽtesq; diſcedunt, qui hunc ſolum omnibus facultatibus, miſerę matri reliquerant cibum. Repleta eſt autem confeſtim uniuerſa ciuitas nefarij ſceleris nuntio: & unuſquiſq; ante oculos facinus, quod perpetratum fuerat, adducẽs, tanquam ſi ipſe id perpetraſſet, horrebat. Omnes autem quos famis neceſſitas perurgebat, feſtinabant magis ad mortem, beatos dicentes eos, quibus contigit interiſſe: priuſquam talium malorum polluerentur auditu.

De ultima ruina Hieruſalem, & de multitudine interemptorũ ſecundum Ioſephi ſupputationem. Cap. XXIIII.

T Hactenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

HActenus Iosephus. Colligẽs autem supradictus historiographus omnem numerum peremptorꝝ, uel fame, uel ferro, undecies cẽtena millia designauit. Cæteros uero latrones & sicarios ac prædones, post urbis excidium mutuis declarat interisse uulneribus. Electos quoscꝙ iuuenum, quos decor et corporis proceritas commendabat, ad triumphũ dicit esse seruatos: reliquos autẽ, qui supra X. et VII. annos agebant ætatis, uinctos ad opera Aegypti per metalla destinatos, uel per cęteras prouincias esse dispersos, alijcꝙ quidem ut ludis gladiatorijs, alij ut ad bestias traderẽtur. Si qui uero intra septimũ & decimum ætatis annũ reperti sint, per diuersas prouincias in seruitutem distrahi iussi sunt. Quorꝝ numerus usqꝙ ad nonaginta milia perductus est. Hęc uero oĩa gesta sunt, secũdo anno imperij Vespasiani, iuxta ea, quæ ipse dominus & Saluator noster IESVS CHRISTVS prædixerat: quippe, qui ea quæ gerenda erant, præsentia iam uideret: tum cum secundum Euangeliorum fidem, uidens ciuitatem fleuit super eam, & uelut in auribus eius prælocutus est hæc uerba: Si agnouisses, inquit, & tu in hac die, quia uenient dies super te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te, & perurgebunt te undique, & ad solum deducent te, & filios tuos interficient. Sed & rursum tanquam de populo dicens: Erit, inquit, necessitas magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem erit conculcata a gentibus, usquequo compleantur tempora gentium. Et iterum: Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Comparet nũc unusquisqꝙ domini et Saluatoris nostri sermones, cum historiographi relatione de bello quod gestum est, atqꝙ excidio ciuitatis, & uidens miram diuinę prę sentiæ uirtutem, agnoscat prędicẽtis diuinitatẽ. Hęc quidem ludęorꝝ genti post passionem Saluatoris iusta ultione uenerunt, pro eo quod authorem uitæ a semet uniuersa gens conclamauit auferri. Colliguntur ergo per omne tempus a decimoquinto anno Tyberij Cæsaris, & ab exordio Euangelicæ prædicationis, anni quadragintaduo, usqꝙ ad Vespasiani secũdum imperij: quando hoc urbis Hierosolymitanæ excidium actum est. A captiuitate autem quam ab Antiocho perpessi sunt, anni ducẽti trigintaocto. Porro a Darij secundo anno, sub quo rursum templum ædificatum est, anni quingenti nonaginta. A prima autem ædificatione templi sub Solomone, usqꝙ ad nouissimam eius ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni M. C. II. Hic autem cœpti operis decreui primi finem facere libri. Vbi legales hostiæ pariter cum templo, ac populo ludęorum sceleratissimo, inrecuperabiliter cõciderunt.

TOMI II. LIBRI I. FINIS.

FRE-

FRECVLPHI EPISCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI SECUNDI, LIBER II.

Prælocutio de priore libro. Cap. I.

IGITVR IN PRIORE LIBRO a natiuitate Christi usque ad eius passionem ac deinde usqꝙ ad templi Hierosolymitani destructionem, populique Iudaici iusta dei ultione dispersionem; ac diuersis mortibus internitiem propter passionis Christi dei, hominisqꝙ filij uindictam, eiusqꝙ seruorum persequutiones ac neces, tam de gestis imperatorum quamque & de ecclesiasticorum actibus, succincto sermone ex diuersis authorum libris colligere curaui.

De Vespasiani actibus bonis. Cap. II.

VEspasianus igitur, ut præmisimus, cognita Neronis morte, horta tu plurimorꝝ regum & ducum, maxime Iosephi Iudæorum ducis sententia, qui captus cum in uincula conijceretur, constantissime dixerat, continuo ab eodem se imperatore soluendum, imperium adeptus est. Relictoqꝙ ad obsidionis Hierosolymorꝝ procurationem filio Tito, per Alexãdriam, profectus est Romã. Sed cognita interfectione Vitellij, paulisper Alexãdriæ substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione Iudæos premens machinis, cunctisqꝙ bellicis molibus, nõ sine multo suorꝝ sanguine, tandẽ urbem cepit: muros Hierosolymitanos solo coequauit, ac templũ diruit, totius orbis famosissimum. Vespasianus ergo & Titus imperatores magnificum agentes de Iudæis triumphum, urbem ingressi sunt. Pulchrũ et ignotũ antea cunctis mortalibus, inter CCC. XX. triumphos, qui a conditione urbis, usqꝙ in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem & filium uno triumphali curru uectos, glorioſissimã ab his, qui patrẽ & filium offenderant, uictoriã reportasse. Qui cõtinuo omnibus bellis ac tumultibus domi, foriscꝙ cõpressis, pacem totius orbis prænũtiauit: & Ianũ geminũ obseratis cohiberi claustris, sexto demũ ipsi post urbem cõditam censuerunt. Iure eĩm idem ultionis honos passioni dñi impensus est, qui etiam natiuitati fuerat attributus. Tunc deinde, sine ullis bellorꝝ tumultibus, in immensum Respublica Romana prouehit. Siquidẽ Achaia, Licia, Rhodus, Bizantium, Samothracia, Cilicia, Cõmagene, tũc primum redactæ in prouincias, Romanis iudicibus, legibusqꝙ paruerunt. Nono autem imperij eius anno, tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt, & Romæ magna pestilẽtia fuit. Vespasianus autẽ in uilla propria circa Sabinos, nono anno principatus sui, profluuio uentris est mortuus. Huic autẽ inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

cætera bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci: adeo, ut Vitellij hostis filiam locupletissime dotatam, splendidissimo coniungeret uiro. Iste exanguem diu, fessumq; terrarum orbem, breui refecit in tempore. Nanq; primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longe processerãt, flectere potius maluit, quam excruciatos delere, prudentissime ratus, nefaria ministeria a pluribus metu curari. Hic Romam deformem incendijs ac ueteribus ruinis permissa, si domini deessent, uolẽtibus ædificandi copia, Capitolium, ædem pacis, Claudij monumenta reparauit, multaque noua instituit per omnes terras, quas ius Romanũ tenet. Renouatæ urbes cultu egregio, uiæ operibus maximis munitæ sunt. Tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressui, quæ uulgariter pertunsa petra uocatur. Mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrime repperisset, extinctis sæuitia tyrannorum plerisq; : rex Parthorũ Vogesses metu solo in pacem coactus est. Plura dicere studiũ coegit imperatoris boni, quem ab Augusti morte, post annos sex & quinquaginta Romana Respublica exanguis sęuitia tyrannorum ne penitus rueret, assecuta est. Itaq; dum uentris eluuie effusius urgeretur, assurgens ait: Stantem decet imperatorem excedere terris.

De operibus magnificis Titi imperatoris. Cap. III.

TITVS Vespasiani filius, post patris obitum iura suscepit imperij. Qui matre liberta nomine Domitilla genitus, imperauit annis duobus, & mensibus duobus. Qui in utraq; lingua periciss⁹ mus fuit, & liberalibus disciplinis, studio legendi eruditus. Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum, quem imitabatur, patrem anteierit, præcipue clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemptu. Nam dum præfecturam prætoriam patre imperante adeptus esset, suspectus quidem fuit pro quibusdã actis, Neronis fore imitatorem, si potiretur imperio, sed hæc adeo in melius cõuersa sunt, ut ei ita immortalem gloriam contulerint, ut delitiæ atq; amor humani generis appellaretur. Denicq; ut subijt pondus regium, Berennicem nuptias suas sperantem regredi domum, & eneruatorum greges abire præcepit. Huius tempore, mons Hebius in Campania ardere cœpit. Ex cuius uertice tãtum erupit incendium, ut regiones uicinas & urbes cum hominibus exureret. Is etiam Titus Amphitheatrum Romæ ædificauit, & in dedicatione eius quinq; milia ferarum occidit. Ciuitatem uero Auenticum, quam pater eius Vespasianus ædificare cœperat, consummauit, & gloriose ornauit, in Gallia Cisalpina. Eandemq; regionem stagno adiacentem, propter similitudinem (ut ferunt) Galilææ Palæstinorum, quam non modico sudore ac sanguine deuicerat, Galilæam cẽsuit nuncupari. Sub eius quoq; principatu incẽdium Romæ sine nocturna requie per triduũ fuit: lues quoq; tãta, quanta uix unq̃ antea fuit. Quibus tamẽ malis, nullo uexato, pecunia propria subuenit, cunctis remediorũ generibus, nunc ægrotantes per semetipsum reficiens, nunc consolans suorũ mortibus afflictos. Vixit annis XLI. & in eodẽ quo pater apud Sabinos

Sabinos agro febri interijt. Huius mors credi uix potest, quantũ luctum urbi, prouincijsq; intulerit: adeo, ut eũ delitias publicas (sicut diximus) appellantes, quasi perpetuo custode orbatũ, terrarũ orbem deflerẽt. Hic em̃ princeps tãtæ bonitatis fuit: ut dum quadã in cœna recordatus fuisset, nihil se in illa die cuiq̃ præstitisse, dixerit: Amici hunc diẽ perdidimus. Is em̃ dum ad expugnandã Hierosolymorũ interiorẽ cerneret tẽpli munitionẽ, quã reclusa multitudo sacerdotũ ac principũ tuebat̃, maiore ui & mora studuit insistere. Quod tamẽ postq̃ in potestatẽ redactũ opere atq; antiquitate suspexit tẽplum: diu deliberauit, utrum tanq̃ incitamentum hostium incẽderet, an in testimoniũ uictorię reseruaret. Sed ecclesia dei iam per totũ orbẽ uberrime germinãte: hoc tanq̃ uacuum, nullicq; usui bono cõmodum, arbitrio dei auferendum fuit. Itaq; Titus imperator ab exercitu pronunciatus tẽplum Hierosolymis incẽdit ac diruit. Per horũ tẽpora præfatorũ principũ, post ascẽsionem Chri, quicq; illustres fuerũt ecclesiarũ doctores, librorũ etiã ẽs usus legẽdi tradidit authores, quas quidẽ mundi partes apostoli ad p̃dicandum per sortes proprias acceperũt, qbus etiã locis agonizãdo triũphatores eternam cõsecuti sunt palmã: succincta breuitate expedire conabor. Itaq; in prio re libro de Petro & Paulo, & utroq; Iacobo latius disseruimus.

Sub præfatis principibus apostolici viri, & reliqui doctores sacri, qui tunc floruerunt, quas mundi partes ad predicandum susceperint, & quibus in locis cõsecuti sint palmam martyrij, per ordinẽ continetur. Cap. IIII.

MAtthæus, qui et Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudea, propter eos, qui ex circunciſione crediderant, Euangelium Christi Hebręis literis, uerbisq; cõposuit. Quis autem postea in Ebręum transtulerit, non satis certum est. Porro, ipsum Hebraicum habetur usque hodie (ut ait Hieronymus) in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime conficiens, ordinauit. In quo animaduertendum, quod ubicunq; euangelista, siue ex persona sua, siue ex domini Saluatoris scripturæ testimonijs abutitur, non sequatur LXX. translatorum authoritatem, sed Hebraicam. E quibus illa duo sunt: Ex Aegypto uocaui filium meum: & quoniam Nazaræus uocabitur. Igitur is primũ in Iudæa euangelizauit, postmodum in Macedonia prædicauit. Requiescit in montibus Parthorum. Andreas (qui interpretatur decorus) frater Petri, secundum Iohannem primus, iuxta Matthæum a primo secundus, hic in sortem prædicationis, Scythiam atq; Achaiam accepit, in qua etiam ciuitate cruci suspensus, occubuit. Iacobus filius Zebedæi frater Iohãnis, IIII. in ordine, XII. tribubus, quæ sunt in dispersione gentiũ, scripsit atq; Hispaniæ & occidentalium locorũ Euangelium prędicauit, & in occasum mundi, lucem prędicationis infudit. Hic ab Herode Tetrarcha gladio occisus, occubuit, sepultus intra marmaricã. Thomas Christi Didymus nominatus, & iuxta Latinam linguam Christi geminus, ac similis Saluatori, audiẽdo incredulus, uidendo fidelis: Hic Euangelium prædicauit Parthis, Medis & Persis, Hircanisq; Matheus. Andreas. Iacobus. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

caniſque Bactrianis & Indis, tenens Orientalem plagam, & terram gentium penetrans: ibique prædicationem ſuam,uſq; ad titulum ſuæ paſſionis perducens. Lanceis enim tranſfixus, occubuit in Calamina Indiæ urbe,ubi
Bartholomęus & ſepultus eſt in honore. Bartholomęus apoſtolus,nomen ex Syra lingua ſuſcipiens, Lycaoniam in ſortem prædicationis accepit, atque euangelium iuxta Matthæum apud Indos in eorum linguam conuertit: Ad ultimum in Albano maioris urbe Armeniæ uiuens a Babaris decoriatur,ſicq; terræ conditur. Iudas Iacobi frater in Meſoporamia atq; interioribus Ponti Euangelizans,feras & indomitas gentes,quaſi beluarum naturas ſuo ſancto dogmate mitigat, & fidei dominicæ ſubiugat. Sepultus eſt in Nerito
Iudas.
Iacobus. Armeniæ urbe. Poſt martyrium Iacobi eſt continuo conſecutum ciuitatis Hieruſalem excidium. Traditur apoſtolos, cæteroſq; domini diſcipulos, qui ad illud tempus reliqui erãt,in unum e locis omnibus conueniſſe, ſimul cum his,qui propinqui ſecundum carnem domini dicebantur,plurimi namque ex his per illud tempus ſupererant, & habuiſſe commune conſilium, quem oporteret dignum ſucceſſione Iacobi iudicari: omneſq; uno cõſenſu
Simõ. Simonem Cleophæ filium decreuiſſe,cuius mentio in Euangelijs facta eſt, ut epiſcopatus ſedem ſuſciperet. Is nanque Simon Zelotes, qui primũ dictus eſt Chananæus, zelo domini feruens, par in cognomento Petri, & ſimilis in honore accepit Aegypti principatum,& poſt Iacobum luſtum,cathedram(ut diximus)tenuit Hieroſolymorum. Poſt annos autem uitæ C. XX. meruit ſub Traiano per crucem ſuſtinere martyrij paſſionem. Iacet in
Philippus. Boſphoro. Philippus a Bethſaida ciuitate,unde & Petrus, de quo in Euangelijs arcq; in Actibus apoſtolorũ digna laudis memoria ſæpius facta eſt, cuius etiam filiæ propheteſſæ extiterunt,& mirę ſanctitatis ac perpetuę uirginitatis, ut eccleſiaſtica narrat hiſtoria: Hic Gallis prędicat Chriſtum, Barbaraſq; gentes, uicinaſq; tenebris & tumenti Oceano coniunctas,ad ſcientiæ lucem,fideq; portum deducit. Deinde in Hierapoli Phrygię prouincię urbe crucifixus, lapidatuſq; obijt,rectoq; ſepultus cadauere, ſimul cum filiabus ſuis ibidem requieſcit. Matthias de LXX. diſcipulis unus,& pro Iuda Iſcariote XII. inter apoſtolos ſubrogatus, electus ſorte,& ſolus ſine cognomine, cuius datur Euangelij prædicatio in Iudæa. Barnabas Cyprius
Matthias.
Barnabas. (qui & Ioſeph Leuites) cum Paulo gentiũ apoſtolus ordinatus: unam ad ædificationẽ eccleſiæ pertinentẽ epiſtolam cõpoſuit, quę inter apocryphas legit. Hic poſtea propter Iohannẽ diſcipulũ(qui & Marcus uocabat)ſeparatus a Paulo:nihilominus euãgelicæ prędicationis iniunctũ ſibi opus exer
Lucas cuit. Lucas medicus Antiochẽſis,cuius ſcripta indicãt eum fuiſſe Græci ſermonis nõ ignarę,fuit ſectator apoſtoli Pauli,& oĩs eius peregrinationis comes: ſcripſit Euangelhũ,de q̃ idem Paulus meminit: Miſimus,inquit,cum illo fratrẽ,cuius laus in Euãgelio eſt per omnes eccleſias. Sic et ad Coloſſenſes: Salutat uos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum: Lucas eſt mecũ ſolus. Aliud quoq; ædidit uolumẽ egregium,q̃d titulo apoſtolicorũ

Actuum

Actuum prænotat. Cuius hiſtoria uſq; bienniũ Romæ cõmorantem peruenit Paulũ, id eſt,uſq; ad IIII. Neronis annũ. Ex q̃ intelligimus,in cadẽ urbe librũ eius eſſe conſcriptũ. Igitur Paulí & Teclæ & totã baptizatã Leonis familiã,inter ſcripturas apocryphas cõputemus. Leue eĩ eſt,ut individuus comes apoſtoli, inter cæteras eius res hoc ſolum ignorauerit. Sed & Tertullianus uicinus illorũ temporũ refert presbyterũ quendã in Aſia noſſe Pauli commẽctũ apud Iohannẽ,q̃d author eſſet libri,& cõfeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe,& loco excidiſſe. Quidã ſuſpicantur,quotieſcunq; Paulus in epiſtolis ſuis dicat,iuxta Euangeliũ meum,Lucam a Paulo dictiſſe,qui cum dño in carne nõ fuerit,ſed & a cæteris apoſtolis. Quod & ipſe quoq; in principio uoluminis ſui declarat,dicẽs: Sicut tradiderũt nobis,qui a principio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur Euãgelium,ſicut audierat,ſcripſit: Acta uero apoſtolorũ,ſicut uiderat ipſe,cõſcripſit. Sepultus eſt Conſtantinopoli, XX. Conſtantij anno,quo oſſa eius cum reliquijs Andreæ apoſtoli trãslata ſunt. Marcus cuãgeliſta,de q̃ in priore libro diſſerui
Marcus. mus:hic,ut ferunt,ne ad ſacerdotiũ moueretur Iudæorũ, ſibi pollicẽ abſcidit:primus tamẽ Alexandrię cathedrã tenuit,primuſq; eccleſias Aegyptiorum fundauit, tãtis doctrinę & cõtinentiæ uirtutibus florẽs,ut omnes diſcipuli Chriſti,eius imitationẽ ſequerẽtur. Mortuus eſt VIII. Neronis anno, placida quiete ſepultus. Timotheus Epheſiorũ epiſcopus,de ciuitate Liſtrẽ
Timotheus. ſium,patre Græco,id eſt,ethnico,matre autẽ Iudęa,ut refert Apoſtolus,dicens: Quæ habitauit fides in auia tua Loide,& matre tua * Eunica,certũ autem q̃d et in te. Hic fuit diſcipulus Pauli,cuiuſq; ſpiritalis filius,quem puerũ
Alias, Eutice proprie ſecũ idem Paulus aſſumpſit,qui pudicus & uirgo permãſit,quiq; apud Epheſum in mõte,qui uocat Pion,cum magno honore ſepultus quieſcit. Titus Pauli diſcipulus,& in baptiſmo filius,natione Gręcus,& in gẽ-
Titus. tibus ſolus,a Paulo poſt Euangeliũ circũciſus. Quẽ ad cõſtruendas Cretæ eccleſias, p̃fatus reliqt apoſtolus, ibiq; in pace defunctus eſt atq; ſepultus. Herman, cuius etiã Paulus ad Romanos ſcribens,meminit: Salutate Fle-
Herman. gonta,Herman,Patrobã,& qui cũ eis ſunt fratres. Aſſerũt hunc authorem eſſe libri,qui appellat Paſtoris,& apud quaſdã Gręcię eccleſias publice legit,reuera utilis liber,multiq; de eo ſcriptorũ ueterũ uſurpauere teſtimonia, ſed apud Latinos pene ignotus eſt. Igit dñi diſcipuli p̃dicatores fidei & doctores gentium,qui dum omnes unũ ſint,ſinguli tamen certis locis in mundo ad prædicandum partes proprias acceperunt. Quod ut breuiter repetã, Petrus nãq; Romã accepit, Andreas Achaiã, Iacobus Hiſpaniã, Thomas Indiã, Iohãnes Aſiam, Matthęus Macedoniã, Philippus Gallias, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Aegyptũ, Mathias Iudæã, Iacobus frater dñi Hieruſalẽ, Iudas frater Iacobi Meſopotamiã. Paulo autẽ cum cęteris apoſtolis nulla ſors propria tradit, q̃a in omnibus gẽtibus magiſter et p̃dicator eligit. Nã ſicut Petro et reliqs circũciſionis apoſtolatus eſt datus: ita Paulo p̃putij in gẽtibus. Hic tñ VII. eccleſijs et III. euãgelizat diſcipulis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Iosepho historiographo. Et quæ de Saluatore protulerit. Cap. V.

QVo etiã tpe Iosephus Mathię filius ex Hierosolymis sacerdos a Vespasiano captus: cum Tito filio eius relictus est. Hic Romã ueniẽs, VII. libros Iudaici belli Imperatoribus patri filioq; obtulit, q et bibliothecę publicę traditi sunt, et ob ingenij gloriã statuã q̃q; Romę meruit. Scripsit aũt & alios XX. Antiquitatũ libros ab exordio mũdi, usq; ad XIIII. annũ Domitiani Cæsaris, et II. aduersus Appionẽ gramaticũ Alexandrinũ. Qui sub Caligula missus ex parte gentiliũ cõtra Philonẽ, q etiã librũ, uituperationẽ gẽtis Iudaicę continentẽ scripserat Alius q̃q; liber eius q inscribit ualde elegãs habetur, in q̃ & Macchabęorũ sunt digesta martyria. Hic in XVIII. Antiquitatũ libro manifestissime cõfitetur, propter magnitudinẽ signorũ Christũ a pharisęis interfectũ: et Iohannẽ Bapt. uere prophetã fuisse, & propter interfectionẽ Iacobi apostoli Hierosolymã dirutã. Scripsit aũt de dño in hũc modũ: Eo tpe fuit Iesus sapiens uir: si tñ uirũ eum oportet dicere. Erat aũt mirabiliũ patrator operũ, & doctor eorũ q libẽter uera suscipiũt. Plurimos q̃q; tam de Iudeis, q̃ de gentibus, sui habuit sectatores, & credebat Chrus. Cũq; inuidia nostrorũ principũ cruci eũ Pilatus addixisset: nihilominus q eum dilexerãt, pseuerauerunt in eo. Apparuit aũt eis III. die uiuẽs. Multa hęc et alia mirabilia carminibus prophetarũ de eo uaticinãtibus: & usq; hodie gẽs ab hoc uocabulũ sortita, non defecit. Refert etiã idẽ historiographus, oraculũ q̃ddam in sacris literis repertũ: q̃d p idẽ tẽpus uirũ designaret ex eorũ religione processurũ, q totius orbis potiret imperio. Cuius oraculi pręsagiũ Vespasianũ declarare sũ spicat. Sed Vespasianus non alijs q̃ illis solis gẽtibus, q̃ Romanũ imperio uidebant subdiq, dominatus est: nec de prosapia aut religione Iudęorũ processit. Vnde iustius ad Christũ hæc respõsa referuntur, ad quẽ pater: Pete a me, & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Et cuius per idẽ tẽpus per apostolos suos, in oẽm terrã exierat sonus eorũ, et in fines orbis terræ uerba eorũ.

De Domitiani superbis gestis. Cap. VI.

IGit Domitianus Vespasiani et Domitillæ liberq; filius, germanus Titi impauit annis XV. Iste primo clementiã simulãs, necq; adeo iners dominio belloq; tolerãtior uidebat, idcirco Cattos Germanosq; deuicit, ius q̃ssime dixit, Romę multa ędificia uel cœpta, uel a fundamẽtis cõstruxit. Bibliothecas incẽdio cõsumptas, petitis undiq;, p̃sertim ab Alexã. exẽplis repauit. Sagittarũ tã doctus fuit: ut inter patẽtes digitos extentæ manus uiri procul positi spicula transuolarẽt. Ab hoc paulatim p oẽs sceleris gradus creuit, ut cõfirmatissimam toto orbe Chri ecclesiã, datis ubiq; crudelissimę p̃secutionis edictis cõuellere auderet. Is in tãtam superbiã prolapsus fuit, ut deũ sese ac dñm uocari, scribi, coliq; iusserit. Nobilissimos Senat. inuidiæ simul ac p̃dę causa, alios palã interfecit, alios in exiliũ trusit: ibiq; trucidari impauit. Libidinis intẽperantia, q̃quid cogitari potest, fecit. Plurimas urbis ędes destructis populi Romani rebus extruxit. Bellũ aduersus Germanos, et Dacos

cos, p legatos gessit, pari Reip. pricie, cum et in urbe ipse Senatũ populũq; laniaret, et foris male circũactum exercitum assidue hostes cęde cõficerent. Nam quãta fuerint Diurpanei Dacorũ regis cũ Fusco duce p̃lia, quãtæq; Romanorũ clades, lõgo textu euoluerẽ, nili C. Tacitus, q hanc historiam diligentissime contexuit, de reticẽdo interfectorũ numero, & Salustiũ Crispũ & alios authores q̃plurimos sanxisse & seipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tam prauissima elatus iactãtia, sub noe superatorũ hostium de extinctis legionibus triũphauit, idemq; efferatus superbia, qua se deum coli uellet, persecutionẽ in Christianos agi, II. a Neronẽ imperauit.

De prosapia Dauid, & propinquis Christi ab illo requisitis. Cap. VII.

INter Iudęos q̃q; acerbitate tormentorũ, & cruentissimę q̃stionis exqri genus Dauid ątq; interfici p̃ceptum est: dũ prophetis sctis inuidetur, & credit quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid: q regnũ possit adipisci. Verebatur et ipse terreno priuari regno a dño Chro: sicut Herodes eius audita natiuitate. Vnde perqri iusserat regalẽ Dauid prosapiã ad mortem uel Christi secundũ carnẽ propinq;s. Tũc q̃dam de posteritate Dauid delati sunt ad Cæsarẽ. Ergo interrogati a Domitiano si essent ex familia Dauid et propinq Chri, cõfessi sunt se esse. Tũc q̃siuit ab eis, quãtis possessiõibus uel quãtis essent facultatibus p̃diti. At illi respõderunt, q̃d utrisq; nõ amplios esset in bonis, a IX. milibus denarijs. Ex quibus singulis pars media proportione deberet, nec hoc sibi in pecunia subsistere, sed in ęstimatiõe terrę, q̃ eis esset in XL. minus uno iugeribus cõstituta. Quã suis manibus excolentes uel ipsi alerẽtur uel tributa penderent: simul et testes ruralis & diurni opis manus labore rigidas et callis obduratas p̃ferebãt. Interrogati uero de Chro quale sit regnũ eius, uel q ipse aut unde aut q̃n uẽturus: respõderunt q̃d non huius mũdi regnũ, necq; huius terrę ei designet imperiũ, sed qa cœleste ei regnũ p angelorũ ministeria in consumamtiones seculi p̃paretur, q̃n. s. aduentãs in gloria, de uiuis ac mortuis iudicabit, et restituet unicuiq; pro factis ac meritis suis. Ad hęc Domit. cũ necq; in eis quicq̃ criminis inueniret, & utilitatẽ eorũ q̃ maxime contemneret, abire eos liberos iubet: sed persecutionẽ quã aduersus ecclesias agitari iusserat, datis rursum cõpescit edictis. Illi uero dimissi ab eo, uel martyrij merito, uel tãtæ propinq̃tatis Chri p̃rogatiua, pacis iã tpe duces ecclesię effecti, usq; ad Traiani tpa permanserunt. Hęc quidẽ Egesippus, sed & Tertullianus de Domitiano similia refert, dicens: Tẽtauit aliq̃n et Domit. simile aliq̃d portio Neronis de crudelitate, sed q̃si homo destitit cito: ut etiã eos q̃s in exiliũ miserat, reuocaret. Itaq; Domitia uxor Augusta appellat Decreto Senatus, Titus inter deos refert. Is etiã Domitiãus tẽplum sine admixtiõe lignorũ cõstruxit. Idẽ tãtę superbię fuit ut aureas et argẽteas statuas sibi in Capitolio poni iusserit: sub q̃ Brutius plurimos Christianorũ martyrio cõfecit. Inter q̃s & F. Domitillã F. Clemẽtis cõsulis ex sorore Neptẽ in insulã Pontianã relegatã deportari iusserat, qa f. Christianã esse testata sit. Tunc & Apostolus Iohãnes in Pathmũ insulã

relega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

relegatus, apocalypsim uidit. Multa etiã signa eo tpe, atq; portẽta Romę & toto orbe facta sunt. Cõtinuo in Domitianus crudeliter in palatio a suis interfectus ẽ. Cuius cadauer ignominiosissime exportatũ, atq; sepultũ est.

De Neruæ operibus bonis. Et Traiani gestis mirabilibus. Cap. VIII.

POst Domitianũ uero Nerua suscepit principatũ: sub q̃ oẽs qdem honor̃ tituli, q̃ in Domitianũ collati fuerant, detrahunt̃. Reuocari aũt qcunq; ab eo in exiliũ trusi sunt: ac recipere facultates ex Senatusco̅s. iubent̃. De q̃bus singulis testimoniũ p̃hibent: q̃ gesta illor̃ tempor̃ cõscripserunt. Tũc igit̃ apostolũ Iohannẽ de insula Ephesum q̃si ad schola propriã rediisse, nostror̃ scriptores declarãt. Nãq; Nerua Traianũ in liberi locũ: inq; partẽ imperij cooptauit. Qui dũ suggerẽte ira, cõtra quendam regulũ inclamaret: sudore correptus est. Quo refrigescente, horror corpis nimium iniquũ febri p̃buit, nec multo post uitã finiuit, anno ętatis. LXIII. Cuius corpus a Senatu ut q̃ndam Augusti honore delato: in sepulchro Augusti sepultũ est. Eo die q̃ interijt, solis defectio facta est. Imperauit annũ I. & mẽses IIII. Iste tributa relaxauit multa: afflictas ciuitates releuauit. Puellas puerosq; natos parẽtibus egestosis, sumptu publico p Italiæ oppida alĩ iussit. Traianus post Neruã suscepit imperiũ, apud Agrippinã nobilẽ Coloniã Gallię: habens diligentiã in re militari, in ciuilibus lenitatẽ, in subleuãdis ciuitatibus largitionẽ. Cũq; duo sint q̃ ab egregijs principibus expectẽtur sanctitas domi, in armis fortitudo, in utroq; prudentia, tantus erat in eo maximar̃ rer̃ modus, ut quasi tẽperamento q̃dam uirtutes miscuisse uideret̃, nisi q̃d cibo uinoq; paululũ deditus erat: liberalis in amicos, & tanq̃ uitæ cõditione par societatibus p̃frui. Qui ut insignia imperij ẽ adeptus mox Germaniã trans Rhenũ in pristinũ statũ reduxit, trãs Danubiũ multas gẽtes subegit. Regiones aũt trans Eufratẽ et Tigrim sitas, prouincias fecit: Seleuciã et Thelisontẽ, et Babylonẽ occupauit et tenuit. In mari rubro classem instituit: ut p eam Indiæ fines uastaret. Hinc Traianus Armeniã, Assyriam Mesoporamiã fecit prouincias. Sub q̃ Iudęi in seditionẽ uersi uno tpe quasi rabie efferati: p diuersas terrar̃ partes exarserunt. Nã et p totã Libyã aduersus incolas, atrocissima bella gesserũt. Quę adeo tunc interfectis cultoribus desolata est: ut nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colonias deduxisset: uacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Aegyptũ uero totã et Cyrenẽ, et Thebaidã, cruentis seditionibus turbauerunt. In Alexãdria aũt cõmisso p̃lio, uicti et attriti sunt. In Mesopotamia q̃q; rebellantibus iussu Imperatoris, bellũ illatũ est. Itaq; multa milia Iudæor̃ uastatę cędę deleta sunt. Sane Salaminã urbẽ Cypri, interfectis oĩbus accolis deleuerũt. Igit̃ Traianus errore deceptus, oĩa bona sua in p̃secutione Christianorũ fœdauit. Nã III. a Nerone Chr̃anos persequtur: repertos cogi ad sacrificandũ idolis, detrectãtes aũt interfici iussit. Sub q̃ multi nobiliter ad palmã peruenerũt martyrij: pluresq; interfecti fuissent, ni relatu Plinij Secũdi qui inter ęteros iudices persecutor datus fuerat, ammõitus. Qui dum quandã rege-

regeret prouinciã, et in magistratu suo plurimos Christianor̃ interfecisset, multitudine eor̃ p̃territus, scripsit Traiano, q̃d facto opus esset, nũtians ei p̃ter obstinationẽ nõ sacrificãdi, et Antelucanos cœtus, ad canendum cuidã Chrõ ut deo, eiusq; cõfessionẽ, nihil contrariũ Romanis legibus facere. Præterea ad confœderandã eor̃ disciplinã, uetari ab his homicidia, furta, adulteria, piuria, latrocinia, et his similia, tãtaq; eos esse fidutia innocẽtis cõfessionis, ut ne mortẽ quidem grauẽ, ac formidolosam paueãt. Illico imperator rescriptis lenioribus, tẽperauit edictũ. Hoc quidẽ genus hoĩm inquirendũ nõ esse: oblatos uero puniri cẽsuit. Is uero Plinius Secũdus orator et historiographus insignis habet: cuius plurima ingenij extãt opera. Veruntamẽ cõtinuo Romę aurea domus a Nerone totis impẽsis, rebusq; priuatis ciuiũ eõdira, repẽtino cõflagrauit incẽdio, ut intelligeret̃, missa etiã ab alio p̃secutio, in ipsius potissime monumẽtis a q̃ primũ exorta esset, atq; in ipso authore puniri. Terrę motu IIII. urbes Asię subuersę, Elea, Mirina, Pythane, Cyme, et Grecię ciuitates II. Opintior̃ et Oritor̃. III. Galatię ciuitates eodẽ terræ motu dirutę: Pãtheon Romę fulmine cõcrematũ, terrę motus in Antiochia pene totã subruit ciuitatẽ. Ergo Traianus apud Seleuciã urbẽ Isaurię profluuio uẽtris extinctus est: anno ętatis LXIII. q̃ impauit annis XX. Cuius ossa in urna aurea sunt relata, et in foro sub colũna eius noĩs posita. Impatorũ, solus oĩm intra urbẽ sepultus est. De Iohã. Euã. mirabilibus et obitu. Ca. IX.

ADeuius usq; tẽpora p̃durauit in corpore Iohãnes apl's & euãgelista, filius Zebedæi, frater Iacobi, uirgo electus a dño, atq; inter ęteros magis dilectus. Qui etiã supra pectus magistri recũbens, & Euãgelij sui fluẽta de ipso sacri dñici pectoris fonte potauit, et quasi unus de paradisi fluminibus, ỹbi dei gratiã in toto terrar̃ orbe diffudit, quicq; in locũ Chr̃i Chr̃o iubente succesit, dũ suscipiens matrẽ magistri discipulus, etiã ipse pro Chr̃o alter q̃dammodo derelictus est filius. Hic dũ Euãgelium Chr̃i in Asia p̃dicaret, a Domitiano Cęsare in Pathmos insula Metallo relegat̃, ubi etiã positus Apocalypsim scripsit. Interfecto aũt Domitiano, a senatu exilio resolutus, recessit Ephesum, ibiq; ad hæreticorum refutãdas uersutias, efflagitatus ab Asię episcopis, Euãgeliũ nouissimus ędidit. Qui usq; ad ultimũ pene uitę suę tp̃s, absq; ullius scripturę indicijs euãgeliũ p̃dicasse dr̃. Sed cũ hor̃ III. Euãgelior̃ etiã ad ip̃m notitia peruenisset, probasse q̃dẽ dr̃ fidẽ et ỹitatẽ dictor̃, deesse tñ uidit aliq̃, et ea maxime, q̃ primo p̃dicationis suę tpe dñs gesserat. Certũ est em̃ q̃d in supioribus III. euãgelistis hęc uident̃ sola cõtineri, q̃ in eo gesta sunt anno, q̃ Iohãnes Baptista, uel inclusus est in carcere uel punitus. Deniq; si obserues statim in initiis narrationis, posteaq̃ refert Matthęus de XL. dier̃ ieiunio, et de tẽtatione eius, cõtinuo subijcit, dicẽs: Audiẽs aũt, q̃a Iohã. traditus est, discessit de Iudæa, et uenit in Galilęã, sed et Marcus simul: Posteaq̃, ingt, traditus est Iohãnes, uenit in Galilęã. Lucas ỹo etiã prius q̃ incipiat aliq̃d de actibus referre Iesu, dicit: q̃a adiecit Herodes sup oĩa mala q̃ gesserat, et cõclusit Iohãnẽ in car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in carcere,qa inquã ab his hęc uidebantur omissa,rogatus dicit Iohãnes apo
stolus,ut ea quæ prætererãt priores, ante traditionẽ Iohãnis saluatoris ge
sta cõscriberet, & ideo dicit in Euãgelio suo:Hoc fecit initiũ signoꝝ Iesus.
Et iteꝝ in alio loco indicat,dicens : Nondũ em̃ Iohannes erat missus in car
cerẽ. Ex quibus constat,q̃d ea anteq̃ Iohannes traderetur,q̃ a Iesu fuerãt ge
sta describit, & ideo siquis diligẽtius hæc cõsideret,euidenter inueniet, non
sibi Euangelia dissonare,sed alterius tp̃is gesta esse quę scribit Iohãnes: alte
rius uero quæ cęteri. Vnde qa natiuitatem secundum carnẽ Saluatoris,uel
Mattheus,uel Lucas descripserãt, reticuit hęc Iohannes et a theologia atq;
ab ipsa eius diuinitate,sumpsit exordiũ: q̃ pars sine dubio ipsa uelut eximio
per sanctũ sp̃m reseruata est. Cuius qdem Iohãnis,inter alias uirtutes,ma
gnitudo signoꝝ hæc fuit. Mutauit in aurũ sylуestres frondiũ uirgas, lito
reaq; saxa in gẽmas. Item gemmaꝝ fragmina,in propriã reformauit natu
ram. Viduã q̃q; ad precẽ populi suscitauit,ac rediuiuum iuuenis corpus re
uocata aĩa reparauit,bibens lethiferũ hausturn non solũ euasit periculũ, sed
eodẽ prostratos po̅pulo,in uitę reparauit statũ. Iuuenẽ etiã quem puerũ ele
gantẽ,cuidã episcopo cõmendauerat, sed minime is eius disciplinis acquie
scens,in tm̃ p incrementa maloꝝ flagitiosus effectus, ut oẽs illos qui prius
magistri criminũ illi fuerant,discipulos faceret,& latronũ atq; prædonum
dux et uiolẽtus princeps existeret. Quẽ mirabiliter,ut Eusebius refert,ad ec
clesiã reuocat apostolus:& indesinẽter pro eo orationes fundẽs, & cũ ipso
pariter ducẽs crebra ieiunia:indulgentiã a deo, quam ei pollicitus fuerat ex
petebat. Sed & uarijs sermonum cõsolationibus,uelut quibusdã præcanta
tionibus,efferos & exterritos eius aĩos mitigabat:nec prius abstitit, q̃ eum
in oĩbus emendatum etiam ecclesiæ prefecerit, prębens per hoc magna exẽ
pla ueræ pœnitentiæ,& documẽtum ingens nouæ regenerationis,atq; in
signia quędam,et trophęa uisibilis in eo resurrectionis ostendẽs. Hic aũt an
no LXVII. post passionẽ dñi saluatoris sub Traiano principe longo iam
uetustatis senio fessus: cum diẽ translmigrationis suę imminere sibi sentiret,
iussisse fertur effodere sibi sepulchrum atq; inde uale dicẽs fratribus facta ora
tione uiuẽs tumulũ introiuit. Deinde in eo tanq̃ in lectulo requeuit. Vnde ac
cidit, ut qdam cum uiuere asserãt,nec mortuũ in sepulchro, sed domiẽtem
iacere cõtendant:maxime pro eo q̃d illic terra sursum ab imo scaturiens, ad
superficiem sepulchri cõscendit:& quasi flatu quiescentis deorsum adsupe
riora puluis ebulliat. Quieuit autem apud Ephesum, VI. Kalend. Ianu.

De Clemente & eius virtutibus,qui sub Traiano passus est. Cap. X.

QVa tempestate dum hostis antiquus oĩm bonoꝝ inimicus,in
uidens saluti hoĩm, dolens fidẽ ueritatis ac religionis cultũ uni
uersum illustrasse orbẽ : qua de re Traianũ iam p̃fatum princi
pem ad insequẽdos ueri luminis prędicatores, ac cultores extir
pandos incitauit. Sub q̃ p uniuersum orbẽ Romanũ,multi clara cõfessione
Christi coronati sunt, ex qbus aliquoꝝ memoriã huic operi inserere libuit.

Itaq;

Itaq; Clemens,de quo apostolus Paulus ad Philippẽses scribens,ait: Cum
Clemente & cæteris cooperatoribus meis , quoꝝ nomina scripta sunt in li
bro uitæ,quartus post Petrum Romę ep̃s,siquidẽ secundus Linus fuit,ter
tius Anacletus fuit:tm̃ & sunt pleriq; Latinoꝝ qui secundum post Aposto
lum fuisse putent Clementem. Scripsit ex persoua Romanæ ecclesiæ ad ec
clesiam Corinthioꝝ,ualde utilem epistolã, & q̃ in nõnullis locis etiã publi
ce legitur. Quę mihi uidetur characteri epistolæ, quę sub Paulinoĩe ad He
bræos fertur cõuenire. Sed & multis de eadẽ epistola nõ solũ sensibus , sed
iuxta uerboꝝ quoq; ordinẽ abutitur:oĩno grandis in utraq; similitudo est.
Fertur & secunda eius noĩe epistola,quæ a ueteribus reprobatur, & dispu
tatio Petri & Appionis, lõgo sermone cõscripta:quã Eusebius in tertio Ec
clesiasticæ historię uolumine coarguit. Idem nanq; fidelissime apostolicam
doctrinã beatissimus Clemens est sequutus. Postq̃ uero sedem episcopalẽ
Romanæ Ecclesiæ tenuit, ab oĩbus diligebatur, nõ solum Christianis pro
pter insignia uirtutũ & excellentiam doctrinæ optimoꝝq; moꝝ mansue
tudinem & largitatẽ:sed etiã a Paganis & Iudæis. Qui plurimis prædicati
onũ floribus ac uirtutibus pollens, Domicillã uirginem neptem Domitia
ni principis,sp̃osam Aureliani Imperatoris, Neruę amici credentẽ in Chr̃o
sacro uelamine,ad integritatis perseuerantiã cõsecrauit:pro qua confessione
exilio est dãnata. Theodorã uero Sisinnij potentis ac nobilis uiri cõiugẽ cõ
uersam a simulachris,deo castitatis propositũ profiteri docuit, per quã etiã
iuxta Apostoli uocẽ fidelem cõiugem & ipse Sisinnius cõuersus est ad fidẽ
Christi,q̃uis prius zelo cõuersæ uxoris, cæcitatẽ & surditatem incurrisset.
Sed per fidẽ mulieris & beati Clemẽtis intercessionẽ , restituta sunt ei oĩnia
corporis officia:& baptismatis gratiã est cõsecutus. Cõputati sunt aũt hi q
cũ eo baptizati sunt uiri cũ mulieribus et infantibus quadringẽti uiginti tres.
Per hũc aũt Sisinnium, multi nobiles & Imperatoris amici,cõuersi sunt ad
Christũ. Igitur idoloꝝ custodes, uidẽtes innumerabilẽ multitudinem Chri
sto credere,magno liuore tacti,cõmouerũt patronos regionũ:& data eis pe
cunia,seditionẽ noĩ Chr̃iano excitauerunt. Quã ob causam in exiliũ B. Cle
mẽs detrusus est,trãs mare Põticũ in eremo q̃ adiacet ciuitati Cersonæ,pro
uinciæ Lycię:ubi ad duo milia ad fecãda saxa Christianos, diuturna relega
tione damnatos inuenit. Et cũ multa eis cõsolationis & patientiæ uerba inti
masset:didicit ab eis q̃d a sexto miliario aquã sibi humeris apportarẽt. Tũc
sanctus Clemens dixit: Oremus dñm Iesum,ut confessoribus suis fontis in
isto loco uenas aperiat:& q percussit petrã in mõte Sina,& fluxerũt aquæ
in satietatem:ipse nobis laticẽ affluentẽ aperiat. Cumq; oratiõe cõpleta hinc
inde circũspiceret,uidit agnũ stantem: qui pede dextro erecto, quasi locum
sancto Clemẽti ostẽderet. Tunc S. Clemẽs intelligens dñm Iesum Christũ
esse,quem solus respiceret,& preter ipsum alius nõ uideret: perrexit ad lo
cum, & dixit: In noĩe patris & filij & spiritus sancti,in isto loco percutite.
Sed cum omnes per gyrum rastris effoderẽt, & non ipsum locum, in quo

V agnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

agnus ſtabat contingerent: accepto breui ſarculo S. Clemẽs, leui ictu locum ſub pede agni percutiens, fontem affluentibus uenis ornatũ aperuit. Qui ſubito impetu euomẽs fluuium fecit. Tunc uniuerſis gaudentibus beatus Clemens reſponſorium dixit: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Ad iſtã autem famam confluxit omnis prouincia: & uenientes uniuerſi ad doctrinã ſancti Clementis, conuertebantur ad dñm Ieſum Chriſtum: ita ut in die una quingentę animę ſeu amplius baptizati in noĩe patris & filij & ſpiritus ſancti, perfecti in fide Chriſtiana abſcederent. Per totam autem prouinciam intra unum annum a credentibus LXX. & V. eccleſiæ fundatæ ſunt: & oĩa templa dirupta ſunt, omniaq; idola confracta. Poſt annos autem tres, paganis inſiſtentibus tam ambitioſa relatio cucurrit ad imperatorem Traianum, ut dicerent ibi per Clementem innumerabilem Chriſtianorum populum accreuiſſe. Et miſſus eſt quidam Arſidianus nomine, qui multos Chriſtianorũ diuerſis pœnis occiderat. Et dũ uideret Arſidianus omnes gaudentes ad paſſionem accedere, ceſſit multitudini: & ſolum Clementem epiſcopum cogebat ad ſacrificandum. Et cum uideret illum ſic fixum in dño, ut penitus moueri nõ poſſet, dixit ad ſuos: Perducatur ad mare, & ligetur ei ad collum ancora & præcipitetur in medio mari: ut non poſſint populi Chriſtiani, hunc pro deo colere. Quod cum factum fuiſſet: omnis multitudo Chriſtianorum flebat. Et flentibus illis, dixerunt Cornelius & Phœbus diſcipuli eius: Omnes unanimes oremus, ut oſtẽdat nobis dñs martyris ſui exuuias. Orãtibus autem populis, receſſit mare in ſinu ſuo, per tria fere milia. Et ingreſſi per ſiccum populi, inuenerunt in medio in arca ſaxea corpus ſancti Clementis poſitum: ita ut ancora cum qua miſſus eſt, iuxta eum eſſet poſita. Reuelatum eſt autem diſcipulis eius, ut non inde tollerent corpus eius. Quibus etiã hoc intimatum eſt quod oĩi anno die paſſionis eius, recedat mare per VII. dies aduenientibus, & ſiccum iter præbeat. Quod ad laudem nominis ſui fecit dñs fieri, uſq; in hodiernum diem. Hoc autem ut factum eſt, omnes gentes per gyrum crediderunt in Chriſtum. Idem nanq; beatiſſimus Clemens, ſuis refert ſcriptis: qualiter ad fidem perueniret Chriſti: & diſcipulus Petri, ac indiuiduus comes fieret. Ait enim inter cætera: Dum eſſet mihi comes optima immortalitatis cupido, ut poſt rerũ exitus docuit, & gratia dei omnipotentis oſtendit, hæc me animi intentio ad inquiſitionẽ ueritatis, & ad agnitionem ueræ lucis adduxit. Cum his ego cogitationis meæ æſtibus agitarer: fama quidem ſenſim in imperio Tyberij Cæſaris, initio ex orientis partibus ſumpto, peruenit ad nos: & per ſingula conualeſcens, uelut a deo bonus quidam nũtius miſſus, uniuerſum replebat orbem: nec patiebatur diuinam uoluntatem ſilentio tegere. Diffundebatur ergo per ſingula loca, quod eſſet in Iudæa quidam, qui regnum dei euangelizaret Iudæis: idq; percepturos docebat eos qui mandatorum ſuorum & doctrinæ inſtituta ſeruaſſent: ut autem ſermo eius fide dignus ac diuinitatis plenus eſſe crederetur, uirtutes multas & ſigna efficeret. Denicq; in urbe per loca conuẽtus fieri cœpit, & de hoc ſermo

ſermone tractare: quiſnam eſſet is qui apparuit, qui uelut a deo hominibus detuliſſet nuntium: donec ſub eodem anno, uir quidam aſtans in urbis loco celeberrimo proclamaret ad populum, dicens: Audite me o ciues Romani, filius dei adeſt in partibus Iudęæ, promittens omnibus uolentibus audire ui tam æternam: ſi qui tamen ſecundum uoluntatem eius actus ſuos direxerint. Propter quod conuertimini a malis ad bona, & a temporalibus ad æterna: agnoſcite unum deum eſſe, cœli terræq; rectorem: in cuius eſtis aſpectibus uos, qui iniuſte mundum eius habetis. Sed ſi conuertimini & agitis pœnitentiam, ad futurum ſeculum uenientes, & æterni effecti, ineffabilibus eius bonis perfruemini. Erat enim uir iſte qui hæc loquebat, natione Hebræus, nomine Barnabas: qui ſe etiam unum ex diſcipulis eius eſſe dicebat: miſſumq; ad hoc, ut hæc uolentibus indicaret. Quibus ego auditis cum reliqua multitudine ſequi eum cœpi, & audire quæ diceret: intelligebam ſane quod ſimpliciter & abſq; ullo docẽdi fuco quæ audiſſet a filio dei, uel uidiſſet, exponeret. Tunc ſecutus Barnabam ab urbe, ueni Cęſaream: ibiq; reperto Petro a quo benigne ſuſceptus, & cuius prædicationib. ac uirtutibus magnis, honeſtate & ſanctitate delectatus, exinde per ſingulas quaſq; urbes in prædicationis ſermone comes ei in omnibus fui, uſq; dũ ueniret in diebus Claudij Cæſaris, id eſt, ſecundo anno regni eius poſt epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ, ab Antiochia in urbem Romam, ad expugnandum Simonem magum. De cuius initio conuerſionis, hæc ſufficiant huic operi.

De Simeone Cleophæ filio, ac de Ignatio Antiochenæ eccleſię epiſcopo, qui ſub Traiano paſſus eſt. Cap. XI.

QVO in tempore etiam Simeon Cleophæ filius, quem ſecundũ Hieroſolymis ordinatum epiſcopũ ſupra docuimus: per martyrium carnis uinculis reſoluus eſt. Horum aſtipulator ipſe ille eſt Egeſippus, quem iam produximus teſtem. Is ergo refert quod a quibuſdam hæreticis accuſatus ſit ſupradictus uir tanquam Chriſtianus, et multis ſupplicijs afflictatus per multos dies: ita ut etiam iudex ipſe cum amicis ſuis de eius patientia miraretur, & ad ultimum iuberet ſimili eũ quam dominus pertulit paſſione uitam finire, cum eſſet annorũ CXX. ſub Traiano Cæſare apud Atticum conſularem. Quod autem Simeon fuerit unus ex ipſis adiutoribus domini, uel longæuitas eius indicio eſt, uel euangeliorum fides, ubi etiam mater eius Maria Cleophæ uxor fertur. Qua tempeſtate Ignatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum epiſcopus: perſecutionem cõmouente Traiano, damnatus ad beſtias Romam uinctus mittitur. Cumq; nauigans Smyrnam uenieſſet, ubi Polycarpus auditor Iohannis Apoſtoli erat: ſcripſit unam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos. Et inde egrediens, ſcripſit ad Philadelphinos, & ad Phinemeos, & proprie ad Polycarpum: commendans illi Antiochẽſem eccleſiã, in qua & de euãgelio quod ab Hieronymo translatũ eſt, ſub perſona Chriſti ponit teſtimoniũ, dicens: Ego uero &

Universidad de Deusto
Biblioteca

post resurrectionem in carne eum fuisse scio & credo: quia scio, & qñ uenit ad Petrum & ad eos qui cū Petro erant, dicēs eis: Ecce palpate me & uidete, quia nō sum dæmonium incorporale. Et statim tetigerunt eum & crediderunt. Dignum aūt mihi uidet̄, quia tanti uiri fecimus mentionē, de epistola eius quā ad Romanos scripsit, pauca ponere. De Syria usq; Romam pugnaui ad bestias in mari & in terra, nocte & die: ligatis cum decem leopardis, hoc est militibus, qui me custodiunt. Quibus & cū benefeceris, peiores fiunt: iniquitas autem eorū, mea doctrina est: sed nō idcirco iustificatus sum utinā fruar bestijs quæ mihi præparatæ sunt. Quas & oro ueloces mihi esse ad interitū, & illiciā ad comedendū me: ne sicut aliorū martyrū non audeant corpus meū attingere. Quod si uenire noluerint, ego uim faciā, ego me ingerā ut deuorer. Ignoscite mihi filioli, quid mihi prosit ego scio: quia nunc incipio esse discipulus Christi, nihil de his q̄ uidentur desiderans, ut Christū Iesum inueniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossiū, membrorūq; diuisio, & totius corporis cōtritio, et tormenta diaboli in me ueniant, tm̄ ut Christo fruar. Cumq; iam damnatus esset ad bestias, & ardore patiēdi rugientes audiret leones. Frumētum, inquit, Christi sum, dentibus bestiarū moliar, ut panis mundus inueniar. Passus est anno undecimo Traiani: reliquiæ corporis Antiochię iacēt, extra portam Daphniticam in cimeterio. Igitur Egesippus refert, quod usq; ad hæc tempora uirgo munda & immaculata permāsit ecclesia: corruptoribus ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus aut nusquā oīno extantibus, aut etiam si qui forte fuerant, in occultis & abditis terræ delitescētibus. Vt uero apostolorum chorus & omnis illa ætas, quę a domino susceperat uiuæ uocis auditum, de hac luce discessit, tum uelut in uacuā domum falsæ doctrinæ impius se error immersit, & tanquam ubi nullus iam diuini census defensor existeret, nudato, ut aiunt, capite, corripiētes arma mēdacij, oppugnare apostolicam ueritatem nituntur. Sed istud bellum intrinsecus gerebatur, persecutionum uero extrinsecus pondus urgebat ecclesiā. Vnde & immensæ cateruæ martyrum quotidie iugulabantur.

De Hadriano principe, & quæ sub eo gesta sunt. Eo tempore Quadratus & Aristides seu Agrippa doctores fuerunt. Cap. XII.

HElius Hadrianus consobrinæ Traiani filius, duodecimus ab Augusto principatum adeptus, imperauit annis XXII. Hic Græcis literis impensius eruditus, Athenienſium studia moresq; hausit. Qui in omnibus disciplinis instructus, ita ut canēdi, psallendi, medendi, pingendi scientiam haberet: & omnia quæ uellet ex metallo & marmore fingendi. Qui dum esset musicus, arithmeticus, geometricus, acer nimis ad lacessendum pariter & respondēdum: omnes prouincias peragrās, subuersam a Romanis Alexandriam publicis restaurauit impensis. Tributa urbium plurima relaxauit, chartis publice incensis, a tributis liberos fecit plurimos. Athenienſibus leges petentibus, ex Draconis & Solonis reliquorumq; libris iura cōposuit. Eo tpe Iudæi in arma uersi, Palestinā depopulati

pulati sunt: tenente prouinciam Timo Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitū. Hic Hadrianus per Quadratum discipulū apostolorū & Aristiden Athenienſem, uirū fide & sapientia plenū, & per Serenum Granium legatum, libris de Christiana religione cōpositis instructus atq; eruditus: præcepit per epistolam ad Minutium Fundanum proconsulem Asiæ datā, ut nemini liceret Christianos, sine obiectu criminis aut probatione damnare. Idemq; continuo pater patriæ in Senatu ultra morem maiorū appellatur, & uxor eius Augusta. Is tamē tātæ eruditionis Imperator, nec caruit uitijs, qui in amore puerorū continens minime fuit. Vnde & Antinoum puerum eximiæ pulchritudinis intantum dilexit: ut ei templa & sacerdotes constitueret, & urbem ex eius nomine uocitaret. Tiaiani quoq; inuidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus. Etenim cum insignes & plurimas ędes Athenis fecisset, agonem edidit, bibliothecamq; miri operis extruxit. Hadrianus enim rempublicam iustissimis legibus ordinauit: bellum contra Sauromatas gessit & uicit. Iudæos sane perturbatione scelerū suorum exagitatos, & Palesti nam prouinciam quondam suam depopulantes, ultima ędę perdomuit, ultusq; est Christianos. Cochebas nanq; dux Iudaicæ factionis, nolentes sibi Christianos aduersum Romanum militem ferre subsidium, oīmodis cruciatibus necat. Bellum Iudaicum, quod in Palestina gerebatur, finē accepit: rebus Iudæorū penitus oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata est. Primum DEI nutu, sicut prophetæ uaticinati sunt: deinde Romanis interdicentibus, Christianis tantum ciuitate permissa: quam ipse in optimum statum murorū extructione reparauit & Heliam Hadrianus uocari de prænomine suo pręcepit: et in fronte eius portę, qua Bethlehem egredit̄, sus sculptus in marmore, significās Romanæ potestati subiacere Iudæos. Igitur usq; ad hoc tempus excidij, quo Iudæi iterū deficiētes, a Romanis magnis rursum p̄lijs subiugati sunt, ac pene deleti, Hierosolymis XV. episcoporū successiones tradunt esse decursas: eo quod ualde ad breue tempus mortis celeritate prærepti sacerdotio, singuli quiq; perfuncti. Quos oēs aiunt Hebræos antiquæ originis extitisse, & scientiam fideliter recepisse: & ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare, sacerdotio quoq; uisos esse dignissimos: quippe cum oīs tunc ecclesia, ex Hebræis fidelibus coaceruata, firmataq; uideretur: incipientibus ab apostolis, & perdurātibus usq; ad illud tempus excidij. Igitur quia sub idem tēpus assumi episcopos ex circūcisione cessatum est: necessarium uidetur, oēs a primo usq; ad id tempus enumerare pariter sacerdotes. Primus itaq; Iacobus, q dñi frater est noīatus: post hunc Simeon electus est: tertius Iustus: Zachæus quartus: deinde Tobias qntus: & Beniamin sextus: ac septimus Iohannes: tum Matthias, quem Philippus excepit: cui decimus Seneca subrogatus est: Iustus exinde: ac duodecimus Leui: post hunc Effrem: inde decimusquartus Ioseph, ac ultimus oīm Iudas. Isti sunt fere omnes, qui Hieroso

Universidad de Deusto
Biblioteca

rosolymis episcopi ab apostolis ad illa usq; tempora, quę superius designa uimus, plebi illi ex circumcisione præfuerunt. Tunc Hierosolymis primus ex gentibus cōstituitur episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex circumcisione. Ergo Hadrianus morbo intercutis aquæ, apud Baias moritur, maior sexagenario. Igit̄ sub Hadriano prædicto principe, Quadratus apostolorum discipulus, Publio Athenarum episcopo ob Christi martyriū coronato, in locum eius constituitur: & ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumq; Hadrianus exegisset hyemē in Athenis inuisendo Eleusina, & omnis pene Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his qui Christianos oderāt, absq; præcepto Imperatoris uexare credentes: porrexit ei librum pro nostra religione compositum, ualde utilem, plenum rationis & fidei, & apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos a se esse uisos, qui sub deo uarijs in Iudæa pressi calamitatibus sanati fuerant, & q mortui erāt surrexerant. Aristides Atheniēsis philosopus eloquētissimus & sub pristino habitu discipulus Christi, uolumen composuit nostri dogmatis rationem continens. Eo tē pore quo & Quadratus Hadriano principi dedit, id est, Apologeticū pro Christianis: quod usq; hodie perseuerans apud Philologos ingenij eius indicium est. Quibus diebus Granius Serenus legatus, uir adprime nobilis, literas ad Imperatorem misit: iniquum esse dicens, clamoribus uulgi, innocentium hominum sanguinem concedi: & sine ullo crimine nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano procō suli Asię scribit, sine obiectu criminum Christianos non condemnandos: cuius epistolæ usq; ad nostram memoriam durat exemplum. Tunc enim Basilides hęresiarches in Alexādria commoratur: a quo gnostice sicte nuncupatur. Quo tempore Agrippa cognomento Castoris, uir ualde doctus, ad uersum XXIIII. Basilidis hæretici uolumina, quæ in euangeliū confecerat, fortissime disseruit: prodens eius uniuersa mysteria, et prophetas enumerās, Barchaban & Barchon alioscq; qui nunquam extiterant, sed ad terrorem audientium, aliacq; etiam barbara nomina commenratus est, sectatoresq; suos ad morem Pythagoricum docuit quinquennio silere.

De gestis Antonij Pij, & de Iustino sui temporis doctore. Cap. XIII.

ANtonius cognomēto Pius, decimustertius ab Augusto imperator creatus: cū liberis suis Aurelio et Lucio XX. & nō plenis tribus annis rēpub. gubernauit. Iste ab Hadriano in filiū adoptatus cuius gener fuerat, tāte bonitatis in principatu, ut haud dubio sine exēplo uixerit: q̄uis eū Numę cōtulerit ętas sua, cū orbē terrę nullo bello p annos xxiij. authoritate sola rexit: adeo tremēdb. eū atq; amādb. cūctis regibus nationibusq; et ppl'is, ut parētē seu patronū magis q̄ dñm impatorēue putarēt, oēsq; in morē cœlestiū propitiū optātes, de cōtrouersijs inter se iudicē poscerēt. Quin etiā Indi, Bactri, Hircani, legatos ad eū misere, iustitiā tāti impatoris cōpta. Adeo trā q̄lle et sctē i impio uixit, ut merito pius et pr̄ patrię

patriæ noīatus sit. Huius aūt tpibus Valētinus hæresiarches, & Cerdo magister Marcionis Romā uenerunt, & hæretici ac sanctæ religionis inimici declarātur. Verū Iustinus philosophus librum pro Christiana religione cō positum Antonio tradidit, benignumq; eum erga Christianos homines fecit. Antonius ad XII. ab urbe lapidem morbo correptus interijt.

De gestis Marci Antonini & fratris eius Aurelij Commodi, qui aliquamdiu simul regnauerunt. Cap. XIIII.

MArcus Antoninus Verus, XIIII. ab Augusto, regnū cum Aurelio Commodo fratre suscepit, mansitq; in eo annos XVIIII. Hi primi rempublicam æquo iure tutati sunt. Bellum deinde cō tra Parthos admirabili uirtute & felicitate gesserunt. Marcus Antoninus Verus ad id bellum profectus est. Vologesus enim rex Parthorum, graui eruptione Armeniam, Coppadociam Syriamque uastabat. Sed Antoninus per strenuissimos duces, magnis rebus gestis, Seleuciā Assyriæ urbem super Hiclaspen fluuium sitam, cum CCCC. milibus hoīm epit, & cū fratre de uictoria Parthica triumphauit: ac non multo post cum fratre in uehiculo sedens, casu morbi, quem apoplexin Græci uocant, suffocatus interijt. Eo defuncto, Marcus Antoninus solus reipublicæ præfuit. Sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum, quarta iam post Neronem uice, in Assyria & in Gallia graues præcepto eius extiterūt, multiq; sanctorum martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa prouincijs, totamq; Italiam pestilentia tanta uastauit, ut passim uillæ, agri atq; oppida sine cultore atq; habitatore deserta, in ruinas syluasq; concesserint. Exercitum uero Romanum cunctasq; legiones per longinqua late hybernа dispositas, ita consumptas ferunt, ut Marcomannicū bellum, quod continuo exortum est, non nisi nouo delectu militum, quem triennio iugiter apud Carnutium Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum prouidentia dei administratum esse, cum plurimis argumētis constat, tum præcipue epistola grauissimi ac modestissimi Imperatoris declaratum est. Nam cum insurrexissent Gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcomāni, Quadi, Vuandali, Sarmatæ, Sueui, atq; omnis pene Germania, & in Quadorum usq; fines progressus exercitus circumuentusq; ab hostibus propter aquarum penuriam præsentium, sitis magis quam hostis periculum sustineret, ad inuocationem nominis CHRISTI, quam subito magna fidei constantia, quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta uis pluuiæ effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit, Barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præsertim quum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit. Quorum terga Romani usque ad internitionem cædentes, gloriosissimam uictoriam, & omnibus pene antiquorū titulis prę ferendam, rudi paruoq; militum numero, sed potentissimo CHRISTI auxilio reportarunt. Extare etiam nunc apud plerosq; dicuntur literę Impe

 ratoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratoris Antonini, ubi inuocatione nominis Christi per milites Christianos & sitim illam depulsam,& collatam fatetur fuisse uictoriam. Idemq; Antoninus Commodum filium suum assumpsit in regnum. Præteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit, omniaq; simul fiscalia negociorum calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi, seueriores q; leges nouis constitutionibus temperauit: postremo in Pannonia constitutus, repentino morbo diem obijt. Igitur annalium scriptores de eodem Imperatore ferunt, quod nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani imperij, qui quasi defensor obiectus est publicis erumnis. Quippe ab armis quies nusquam erat, pereq; omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamq; bella feruebant, terræmotus nõ sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locustarũ species agris infestæ prorsus, ut prope nihil, q̃ summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante sæuierit. Itaq; a principio uitæ tranquillissimus, adeo ut ab infantia uultum nec ex gaudio nec ex mœrore mutauerit: philosophiæ atq; græcarum literarum studiosus. Hic permisit uiris clarioribus, ut conuiuia eodem cultu, quo ipse & ministris similibus, exhiberent. Hic cum ærario exhausto largitiones, quas mi litibus impenderet, non haberet, neque indicere prouincialibus aut senatui aliquid uellet, instrumentum regij cultus facta in foro Traiani sectione distraxit. Vasa aurea, pocula crystallina & murrina, uxoriam ac suam seri cam & auream uestem, multa ornamenta gemmarum uendidit, ac per duos continuo menses uenditio habita est. Post uictoriam tamen emptoribus pretia restituit, qui reddere comparata uoluerunt: molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. Qui tamen errore deceptus, multa suæ honestatis bona fœdauit, dum quartam post Neronem in Christianos persecutionem suo mouit edicto: unde libet sub breuitate perstringere, qui eo imperante in nostro maxime floruerunt dogmate, uel ex notioribus martyrio coronati sunt.

De Polycarpo Iohannis apostoli discipulo, & Smirnæ episcopo. Cap. XV.

IGitur Polycarpus Iohannis Apostoli discipulus, & ab eo Smirnę episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit: quippe qui nonnullos apostolorum, & eorum qui dominum uiderant, magistros habuerit & uiderit. Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones, sub Imperatore Antonino Pio ecclesiam in urbe regente, a Neceto Romam uenit, ubi plurimos credentium Marcionis & Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidẽ. Cumq; ei obuius fuisset Marcion, & diceret: Agnosce nos, respondit: Agnosco primogenitum diaboli. Postea uero regnante Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smirnę sedente proconsule & uniuerso populo in amphitheatro aduersum eum personante, quod ipse esset quasi Christianorum pater, & illius sectæ maximus

maximus doctor, deorũq; subuersor. Ille autem per gloriosam confessionem igni traditus est. Cumq; flamma ingens reluxisset, & in modũ cameræ curuata specie, quasi ueli nauis uento sinuati supra corpus martyris stetisset, uidentes scelerum ministri igni corpus non posse consumi, iusserunt propius accedere confectorem, & corpus cui ignis cesserat mucrone transfodere.

De Iustino philosopho, quantũ pro defendendo Christianismo laborarit, & quàm insignia monumenta reliquerit. Cap. XVI.

IVstinus philosophus, habitu quoque philosophorum incedens, de Neapoli urbe Palestinæ, patre Prisco Bacchio, pro religione Christi plurimum laborauit: intantum ut Antonino quoque Pio & filijs eius, & senatui librum contra Gentes scriptum daret, ignominiamq; crucis non erubescerent: & alium librum successoribus eiusdem Antonini, Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo. Extat eius & aliud uolumen contra Gentes, ubi de dæmonum quoque natura disputat: & quartus aduersum Gentes, cui titulum prænotauit, Psaltes, & alius de monarchia dei, & alius liber quem prænotauit, Psaltem, & alius de anima, & dialogus contra Iudæos, quem habuit cõtra Triphonem principem Iudæorum. Sed & contra Marcionem insignia uolumina, quorum Irenæus quoq; in quinto aduersus hæreses libro meminit. Et alius liber cõtra omnes hæreses, cuius facit mentionem in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic cum in urbe Roma haberetur, & Crescentem Cynicum, qui multum aduersum Christianos blasphemabat, redargueret gulosum & mortis timidum, ac philosophiæ præuaricatorem, luxuriæq; & libidinis sectatorem: ad extremum studio eius & insidijs accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

Egesippus Ecclesiasticæ historiæ scriptor, qua ætate floruerit. Cap. XVII.

EGesippus uicinus apostolorum temporibus, & omnes a passione domini usq; ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum historias texens, multaq; ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinq; libros composuit sermone simplici: ut quorum uitam sectabatur, dicẽdo quoq; exprimeret. Asserit se uenisse sub Anaceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, & perseuerasse usq; ad Eleutherium eiusdem urbis episcopum, quia Neceti quondã discipulus fuerat. Præterea aduersum idola disputans, quo primum errore cõcreuissent, subtexuit historiam: ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim: Tumulos mortuis templaq; fecerunt, sicut usq; hodie uidemus: e quibus est Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cuius & gymnasicus agon exercetur in Antino ciuitate, quã ex nomine illius condidit, & prophetas statuit in eius templo. Antinoum autem in delicijs habuisse Hadrianus Cæsar scribitur. Melito Asianus Sardiensis episcopus, librum Imperatori Marco Antonino Vero pro Christiano dogmate dedit. Scripsit

quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; & alia, de quibus ista sunt quæ subijciemus. De Pascha libri duo, de uita prophetarꝝ liber unus, de die dominica liber unus, de fide liber unus, de plasto liber unus, de sensibus liber unus, de anima & corpore liber unus, de baptísmate liber unus, de ueritate liber unus, de generatione Christi liber I. de prophetia sua liber unus, de amore donorum, de philoxenia liber unus, & alius liber q clauis inscribit. De diabolo liber unus, de Apocalypsi Iohã nis liber unus, Exceptorum testimoniorum æglogarum libri sex. Huius elegans & declamatoriũ ingenium Tertullianus in septem libris quos scripsit aduersum ecclesiam pro Montano cauillatur, dicens eum a plerisque nostrorum prophetam putari. Theophilus sextus Antiochenę ecclesię episcopus, sub Imperatore Marco Antonino Vero, librum contra Marcionẽ composuit, qui usq; hodie extat. Feruntur eius & ad Auctolicum quatuor uolumina, & contra hæresim Hermogenis liber unus, & alij breues elegantesq; tractatus, ad ædificationem ecclesię pertinẽtes. Legi sub nomine eius euangelium, & in Prouerbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum uoluminum elegantia non uidentur congruere.

De Apollinari Hieropolis, & Dionysio Corinthi episcopis. Cap. XVIII.

Apollinaris Asiæ Hieropolitanus episcopus, sub Imperat. Marco Antonino Vero floruit, cui insigne uolumen pro fide Christianorum dedit. Extant eius & alij quinq; aduersum gentes libri, & de ueritate duo, & aduersum Cataphrygas, tunc primum cum Prisca & Maximilla insanis uatibus incipiente Montano. Dionysius Corinthiorum ecclesiæ episcopus, tantæ eloquentiæ & industriæ fuit, ut non solum suæ ciuitatis & prouinciꝝ populos, sed & aliarum prouinciarꝝ & urbium epistolis erudiret. E quibus est una ad Lacedæmones, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedienses, quarta ad Erethenses, & ad ecclesiã Amastrinam, & ad reliquas Ponti ecclesias, sexta ad Gnosianos & ad Philetum eiusdem urbis episcopum, septima ad Romanos, una quam scripsit ad Sotcrem episcopum eorum, octaua ad Erisophorã sanctã fœminam. Claruit sub Imperatore Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo. Pinitus Cretensis Gnosiæ urbis episcopus scripsit ad Dionysiũ episcopum Corinthiorum ualde elegantem epistolam, in qua docet non semper lacte populos nutriendos, ne quasi paruuli ab ultimo occupentur die: sed et solido uesci debere cibo, ut in spiritalem proficiant senectutem. Et hic sub Marco Antonino & Lucio Commodo floruit.

De Tatiano Encratitarum hæresiarcha. Cap. XIX.

Tatianus q primũ Oratoriã docẽs, nõ paruã sibi ex arte rhetorica gloriã cõparauit, Iustini martyris sectator fuit, florẽs in ecclesia, q̃diu ab eius latere nõ discessit. Postea uero inflatus eloquẽtię tumore nouã cõdidit hęresim, q̃ Encratitarꝝ dicitur, quã postea Severus auxit, a q̃ eiusdẽ partis hęretici Seueriani usq; hodie appellant. Porro Tatianus infinita scripsit uolumina, e q̃bus unus cõtra gẽtes florẽtissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic sub Imperatore Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo floruit.

Catalogus quorundam orthodoxorum, qui contra Marcionistarum hæresim libros ædiderunt. Cap. XX.

PHilippus episcopus Cretensis idem urbis Gnostinę, cuius Dionysius in epistola sua meminit, quã scripsit ad eiusdẽ ciuitatis ecclesiã, prędlarꝝ aduersum Marcionẽ ædidit librũ, qui tpibus Marci Antonini Veri, & Lucij Aurelij Cõmodi claruit. Musanus nõ ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub Imperatore Marco Antonino Vero confecit librũ ad quosdã fratres, q de ecclesia ad Encratitarum hęresim declinauerãt. Modestus & ipse, qui sub Imperatore Marco Anto. Vero, & Lucio Aurelio eodẽ modo aduersum Marcionem scripsit librum, qui usq; hodie pseuerat. Ferunt̃ sub nomine eius & alia multa, sed ab eruditis quasi repudiantur. Tardesanes in Mesopotamia clarus habitus est. Qui primum Valentini sectator, deinde confutator, nouã hæresim condidit. Ardens eius ingenium, in Syrorꝝ lingua disertissimus & uehemẽs dialecticus fuit. Scripsit infinita aduersus oẽs pene hęreticos, qui ætate eius pullulauerant. In quibus clarissimus ille & fortissimus liber est, quem Marco Antonino de fato ædidit, & multa alia sub persecutiõe uolumina, quę sectatores eius de Syriaca lingua uerterunt in Græcam. Si autem tanta uis & fulgor est in interpretatione, quantum putamus in sermone proprio?

Cataphrygarum hæresis quo tempore exorta sit. Cap. XXI.

IGitur sub præfato principe plurimi in Gallia gloriose ob nomen Christi interfecti, quorum usq; in præsentem diem condita libris certamina perseuerant. Qua tempestate etiam pseudopropheta, quę Cataphrygarum hæresis nominatur, accepit exordium, authore Montano & Priscilla insanis uatibus. Quibus etiam diebus Lucius Britannię rex missa ad Eleutherium Romæ episcopum epistola, ut Christianus efficeretur impetrat. Eo itaq; tempore Fronto orator insignis habebatur, qui Marcum Antoninũ prædictum principem latinis literis erudiuit.

De Commodi Imperatoris incommodis gestis, & de his qui sub eo floruerunt doctoribus. Cap. XXII.

LVcius Antoninus Commodus XV. ab Augusto, patri succesſit in regnum, mansitq; in eo annos XIII. aduersus Germanos bellũ feliciter gessit. Cæterum per omnia luxuriæ & obscenitatis dedecore deprauatus, gladiatorijs quoq; armis sæpissime depugnauit, & in amphitheatro feris sese frequenter obiecit. Interfecit etiam q̃plurimos senatores, maxime q̃s animaduertit nobilitate industriaq; excellere. Flagitia regis, pœna urbis insequitur. Nam fulmine Capitoliũ ictũ ex quo facta inflammario, bibliothecã illam maiorꝝ cura studioq; compositam, gdesq; alias iuxta sitas rapaci turbine cõremauit. Deinde aliud incẽdiũ postea Romę exortũ, gdẽ uestę ac palatiũ plurimã q̃urbis partẽ solo coq̃uit

Commodus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commodus cunctis incõmodus in domo Vestiliani strangulatus interisse fertur: hostis generis humani etiam uiuus iudicatur. Hic qualis futurus esset in ipso primordio ostendit. Nam cum in supremis moneretur a parente, attritos iam Barbaros ne permitteret uires recipere: responderat ab incolumi q̃uis paulatim negotia perfici posse, a mortuo nihil. Inter cætera Commodus imperator, Colossi capite sublato, suæ imaginis caput ei iussit imponi. Qui tamen persecutionem in Christianos exerceri nõ censuit. Sub quo pax ecclesijs per omnem terram propagatur: sermo domini ex omni genere hominum ad agnitionem ac pietatem dei summi animas congregabat. Denicq; & in urbe Roma multos ex illis illustribus & prędiuitibus uiris, cũ liberis & coniugibus ac propinquis, atq; omni pariter familia sociauit ad fidem. Sed hoc non æquis oculis ille antiquus saluris humanæ hostis aspexit. Continuo denicq; aggredirur uarijs nostros machinis impugnare, unde plures excitauit hæreticos. Sub quo etiam principe Victor XIIII. Romanæ urbis episcopus, super quæstione Paschæ alia quædam scribens opuscula, rexit ecclesiam annos decem. Irenæus Photini discipulus, qui Lugdunensem regebat ecclesiam in Gallia, a martyribus eiusdem loci ob quasdam ecclesiæ quæstiones legatus Romam, honorificeas super nomine suo ad Eleutherũ episcopũ perfert literas. Postea iam Photino prope nonagenario, ob Christi nomen martyrio coronato, in locum eius substituitur. Constat autẽ Polycarpi (cuius supra mentionem fecimus, sacerdotis & martyris) hunc fuisse discipulum. Scribit quinq; aduersum hæreses libros, & cõtra gentes uolumen breue, & de disciplina aliud, & ad Marcionem fratrem de apostolica prædicatione, & librum uariorum tractatuum, & ad Blastum de schismate, & ad Florinum de monarchia, siue quod deus non sit conditor malorum, & de octaua egregium, in cuius fine significans se apostolicorũ temporum uicinum fuisse, subscribit: Adiuro te qui transscribis istum librũ per dominum nostrum Iesum Christum, & per gloriosum eius aduẽtum, quo iudicaturus est uiuos & mortuos, ut cõferas postq̃ transscripseris, & emẽdes illum ad exemplar unde scripsisti, diligentissime. Hanc quoq; obtestationem similiter transferas ut inuenisti in exemplario. Feruntur eius ad Romanum Victorem episcopum de quæstione Paschæ epistolæ, in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegæ scindere. Siquidem Victor multos Asiæ & Orientis episcopos, qui XIIII. luna cum Iudæis Pascha celebrant, damnandos crediderat. Qua sententia multas ecclesias, quæ a se desciuerant, ad cõcordiam pacis reuocauit. Floruit maxime sub Commodo principe, qui Marco Antonino Vero in imperio successit.

De Heluio Pertinace, & Iuliano eius interfectore. Cap. XXIII.

IGitur post Commodum a Senatu creatus est senex Heluius Pertinax, decimus sextus ab Augusto, quinto mense q̃ regnare cœperat, Iuliani iusperiti scelere in palatio occisus est. Fuit em̃ doctor literaturæ, quę a grãmaticis traduntur, blandus magis q̃ beneficus. Vnde cum græco noĩe Chrestologon

Chrestologon appellauere. Nunq̃ iniuria accepta ad ulciscendum ductus. Amabat simplicitatem communem. Huic mortuo diuini nomen decretum est. Ob cuius laudem ingeminantes ad uocis usq; defectum plausibus acclamauerunt. Pertinace imperante securi uiximus, neminem timuimus, patre pio, patre senatus, patre omnium bonorum. Eo imperante senatu obsecrante, ut uxorem suam Augustam & filium Cæsarem appellaret, contradixit, sufficere testatur, quod ipse regnaret inuitus. Iulianus, interfecto Pertinace, inuasit imperium, sed mox a Seuero, apud Pontem Mauium bello ciuili uictus & interfectus est, mense VII. postq̃ cœperat imperare: ita inter Pertinacem & Iulianum unus annus absumptus est. Idem Iulianus utr nobilis, iuris peritissimus: factiosus & præceps, auidusq; regni.

De Seueri uirtute & gestis. Et quod illo imperante honores non sunt uendiți. Cap. XXIIII.

SEuerus genere Afer, Tripolitanus ab oppido Lepti, qui se ex nomine imperatoris, quem occisum ultus fuerat, Pertinacem appellari uoluit, XVII. ab Augusto: destitutum adeptus imperium, XVII. annis tenuit. Hic natura seuus, multis semper bellis lacessitus: fortissime quidem Rempublicam, sed laboriosissime rexit. Pescennium Nigrum, qui in Aegypto ex Syria ad tyrãnidem spirauerat: apud Cizicũ uicit et interfecit Iudæos & Samaritas rebellare conãtes, ferro uel cõpescuit uel coercuit: Parthos, Arabas, Adiabenosq; superauit. Quinta post Neronẽ persecutione, Christianos excruciauit: plurimiq; sanctorum per diuersas prouincias martyrio coronati sunt. Hanc prophanam in Christianos & ecclesiam dei præsumptionem Seueri, cœlestis ultio uestigio acta subsequitur. Nam cõtinuo rapitur, uel potius retrahitur, in Galliam Seuerus e Syria, ad tertium ciuile bellum. Vnum iam enim Romæ aduersus Iulianum, aliud in Syria contra Pescennium gesserat, tertium Clodius Albinus Iuliani in occidendo Pertinacem socius, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, suscitabat. Quo bello multum utrinq; Romani sanguinis fusum est: Albinus tamen apud Lugdunum oppressus & interfectus est. Seuerus uictor in Britannias defectu pene omnium sociorum trahitur: ubi magnis, grauibusq; prælijs sæpe gestis, receptam partem insulæ, a cæteris indomitis gentibus uallo distinguendam putauit. Itaq; magnum, firmissimumq; uallum crebris insuper turribus cõmunitum, per C.XXX. & duo M. passuum a mari ad mare reduxit: ibiq; apud Eboracũ oppidum morbo obijt. Ferunt de eo annalium scriptores, q; esset oĩm, qui ante eum fuerũt acerrimus ingenio, ac oĩa, quę intẽdisset, in finẽ perurgens, beneuolẽtia quo inclinasset mirabili ac perpetua, ad quærendũ diligens, ad largiendũ liberalis: in amicos, inimicosq; pariter uehemens. Hic nulli in dominatu suo permisit honores uenundari. Latinis literis sufficiẽter instructus, Græci sermonis eruditus, Punica eloquẽtia promptior. Reliqt II. filios, Bassianũ et Gethã, q̃r: Getha hostis publicus iudicatus, interijt. Bassianus Antoninus cognomine, assumpto regno potitus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Aurelio Antonino, & eius actibus. Cap. XXV.

AVrelius Antoninus Bassianus, idemque Caracalla, XVIII. ab Augusto principatum adeptus est, mansitq; in eo annis non plenis VII. Vixit patre asperior. Omnibus autem hominibus libidine intemperantior, qui etiam nouercam suam Iuliam uxorem duxerat. Hic fratrem suum Getham peremit, ob quam causam furore pœnas dedit dirarum infectatione, quæ non immerito ultrices uocantur, a quo post furorem conualuit. Corpore Alexandri Macedonis conspecto, Magnum Alexandrum se iussit appellari: assentantium fallacijs eo perductus, uti truci fronte & ad leuum humerum cõuersa ceruice, quod more Alexandri notauerat, incederet. Qui Caracalla dictus est a ueste talari, qua indui plebem iusserat, ad se salutandum accedentem. Contra Parthos bellum moliens, inter Edissam & Charras, ab hostibus circumuentus, occisus est.

De Ophilo Macrino principe. Cap. XXVI.

POst hunc Bassianum XIX. ab Augusto Ophilus Macrinus, qui præfectus prætorij erat, cum filio Dia Dumeno inuasit imperium. Sed emenso anno continuo apud Archelaidem militari tumultu occisus est. Imperãtibus Seuero & filio eius Antonino, quintam post Neronem in Christianos persecutionem fieri decernentibus, quinam illustres in nostro floruerint dogmate, uel martyrij palmam sint assecuti, quorum memoriam reperire licuit, breuiter adnotare curabo.

De doctoribus, qui sub prædictis principibus floruerunt. Cap. XXVII.

PAnthenus Stoicæ sectæ philosophus, iuxta quandã ueterem in Alexandria consuetudinem, ubi a Marco euangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantæ prudentię & eruditionis in scripturis quam in seculi literatura fuit: ut in Indiam quoq; rogatus ab illius gentis populo, legatus a Demetrio Alexãdrino episcopo mitteretur. Vbi reperit Bartholomęum de duodecim apostolis aduentum Christi iuxta Matthæi Euangelium prædicasse, quod Hebraicis literis scriptum reuertens Alexandriam secum attulit. Huius multi quidem in sancta scriptura extant cõmentarij. Sed multo magis uiua uoce ecclesijs profuit, docuitque sub Seuero principe & Antonino cognomẽto Caracalla. Rhodo genere Asianus a Tatiano, de quo supra diximus, Romæ in scripturis eruditus, edidit plurima præcipueq; aduersum Marcionem opuscula tria, in quibus refert quomodo ipsi quoq; Marcionitæ diserepent, & Appellenis senem hęreticum a se quondam fuisse inuẽtum, & cum eo congressus, multa eum mala docuisse, cõuicit. Demum illum interrogauit de deo quid sentiret, qui dñm quem coleret, ignorare se dixit. Meminit in eodem libro, quem scripsit ad Cœlestionem, Tatiani se Romæ fuisse auditorem. Sed & in Hexameron elegantes tractatus cõposuit, & aduersus Cataphrygas insigne opus, temporibus q; Cõmodi & Seueri floruit. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, Pantheni (de quo supra retulimus) auditor, post eius mortem Alexandrię ecclesiasticam

siasticam scholam tenuit & magister fuit. Feruntur eius insignia uolumina, plenaq; eruditionis & eloquentiæ tam de scripturis diuinis, quam de secularis literaturæ instrumento. E quibus illa sunt, libri VII. aduersum gentes, liber I. pædagogi, libri III. de Pascha, liber I. de ieiunij disceptatione, & alius liber, qui inscribitur: Quinam ille diues sit, qui saluetur. De obtrectatione liber I. de canonibus ecclesiasticis, & aduersus eos, qui Iudæorum sequuntur errorem, liber I. quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo scripsit. Meminit autem in Stromatibus suis uoluminis Tatiani aduersum gentes, de quo supra diximus, & Cassiani cuiusdã chronographiæ. Quod opusculũ inuenire non potui. Nec non de Iudæis Aristobolum quẽdam et Demetrium, et Eupolemum scriptores, aduersum gentes refert: qui in similitudine Iosephi, Mosi & Iudaicæ gentis asserunt. Extat & Alexandri Hierosolymorum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulans eis: In qua ponit insinuans, hæc uobis domini fratres scripta transmisi per Clementẽ beatum presbyterum, uirę illustrem & probatũ, quem uos q̃q; scitis, & nunc plenius cognoscetis. Qui cum uenisset iuxta prudentiam et uisitationem domini, confirmauit & auxit domini ecclesiã. Constat Adamantium eius fuisse discipulum. Floruit autẽ Seueri & Antonini filij eius temporibus. Militiades, cuius Rhodo in opere suo, q̃d aduersum Mõranum, Priscam & Maximillam composuit, meminit: Scripsit contra eosdem uolumen præcipuum, & aduersum gentes, Iudæosq; libros alios, & principibus eiusdem temporis Apologeticum dedit. Apollonius uir disertissimus scripsit aduersum Montanum & Priscam, Maximillamq; insigne & longum uolumen: in quo asserit, Montanum & insanas eius uates periisse suspendio, & multa alia, in quibus de Prisca & Maximilla refert, si negant eas accepisse munera: confiteantur nõ esse prophetas. Si accipiant, & mille hoc testibus approbabo. Sed ex alijs fructibus probãtur prophetę nõ esse. Dic mihi: crinem fucat prophetes? fubio oculos linit prophetes? uestibus ornatur et gemmis prophetat? tabula ludit & tesseris prophetat? Respondeant utrum hæc fieri liceat, an non. Meum est probare, quia fecerunt. Dicit in eodem libro XL. esse annum usq; ad tempus, quo & ipse scribit librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus VI. uoluminibus aduersum ecclesiam æditis, quæ scripsit de extasi, VIII. aduersum Apollonium elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius Cõmodo, Seueroq; principibus. Serapion XI. Cõmodi Imperatoris anno Antiochiæ episcopus ordinatus est. Scripsit epistolam ad Caristium & Pontium, de hæresi Montani, & hæc addidit: Vt autem sciatis falsi huius dogmatis, id est, nouæ prophetię, ab omni mundo insaniam reprobari: misi uobis Apollinaris beatissimi, qui fuit in Hierapoli Asiæ episcopus literas. Ad Domnum quoq;, qui persecutionis tempore ad Iudæos declinauerat, uolumen composuit, & alium quoq; de Euãgelio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rosensem Ciliciæ ecclesiam, quæ in hæresim eius lectione declinauerat. Legũtur & sparsim breues eius epistolæ, authoris uiæ & uitæ congruentes. Apollonius Romanæ urbis senator sub Commodo principe, a seruo proditus, quod Christianus esset, iubente imperatore, ut rationem suæ fidei proderet, insigne uolumen composuit. Quod cum in senatu legit, & nihilominus sententia senatus capite truncatur, uetere apud eos obtinente lege absq; ratione non dimitti Christianos, qui semel ad eorũ iudiciũ protracti essent, Theophilus Cæsareæ Palestinę, quę olim turris Stratonis uocabatur, episcopus: sub Seuero principe aduersum eos, qui XIIII. luna cum Iudæis Pascha celebrabant, cum cæteris episcopis synodicã et ualde utilem cõposuit epistolam. Bachilius Corinthi episcopus, sub eodẽ Seuero principe clarus habitus est, & de Pascha, & oĩm, qui in Asia erant, episcoporũ persona elegantem librum scripsit. Polycrates Ephesiorũ episcopus, cum cęteris episcopis Asię, qui iuxta quandã consuetudinem XIIII. luna cum Iudęis Pascha celebrabãt: scripsit aduersum Victorẽ episcopũ Romanũ epistolã synodicã, in qua docet se apostoli Iohannis & ueterũ authoritatẽ sequi, de qua hæc pauca excerpsimus. Nos igit inuiolabilẽ celebramus diem, neq; addẽtes neq; diminuẽtes. Etenim in Asia elemẽta maxima dormierũt, quæ resurgent in die dñi, quãdo uenturus est de cœlis in maiestate sua, & suscitaturus oẽs sanctos: Philippũ loquor de XII. apostolis, qui dormiuit Hierapoli, & duas filias eius, quæ uirgines senuerunt, et aliam filiã eius, quæ spiritu sancto plena in Epheso occubuit, sed & Iohãnes, qui super pectus dñi recubuit, & pontifex eius fuit, aureã laminam in frõte portans, martyr & doctor in Epheso dormiuit, et Polycarpus episcopus ecclesiasticum sequens canonẽ. Ego quoq; oĩm minimus Polycrates, secũdum doctrinam propinquorũ quos secutus sum: VII. nanq; ex parentibus meis per ordinẽ fuerunt episcopi, & ego VIII. semper Pascha celebraui, quando populus Iudæorũ azyma faciebat. Itaq; fratres LXV. annos ætatis meæ habens in domino, & a multis de toto orbe fratribus eruditus per gratiam omnis scripturæ: non formidabo eos, qui nobis minãtur. Dixerunt enim maiores mei, obedire magis oportet deo quam hominibus. Hæc propterea posui: ut ingenium & authoritatem uiri ex paruo opusculo demonstrarẽ. Floruit Seueri principis tẽporibus. Eadem tempestate qua Narcissus Hierosolymis extiterat: Hiraclitus sub Cõmodi, Seuericq; imperio, in Apostolum cõmentarios plurimos cõposuit. Maximus sub ijsdem principibus famosissimam quæstionẽ insigni uolumine uẽtilauit: unde malum, & quod materia facta sit a deo. Candidus, regnantibus supradictis, in Hexameron pulcherrimos tractatus ædidit. Apio sub Seuero principe, similiter in Hexameron tractatus fecit. Sixtus sub imperatore Seuero librũ de resurrectione scripsit. Arabianus sub eodem principe ædidit quædam opuscula, ad Christianum dogma pertinentia. Iudas de septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissime disputauit, & superiorum seriem temporum

porum usque ad X. Seueri principis annum perduxit. In quo erroris sui arguitur: q̃d aduentum Antichristi circa sua tempora futurũ esse prædixerit. Sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum præsentem mũdi minabatur occasum. Tertullianus presbyter tum demũ primus post Victorẽ et Apollinium Latinorũ ponitur prouinciæ Aphricæ ciuitatis Carthaginensis, patre centurione procõsulari. Hic acris et uehementis ingenij, sub Seuero principe et Antonino Caracalla maxime floruit, multaq; scripsit uolumina, quę quia nota sunt plurimis, prætermittimus. Refert de eo Hieronymus in hũc modum: Vidi ego quendã Paulum Cõcordiæ (quod est oppidum Italiæ) senem, qui se beati Cypriani iam grãdis ętatis notarium fuisse dicebat, cum ipse admodum esset adolescens. Qui cum Romam uenisset, dicere, referreque solitum, nunq̃ Cyprianum absq; Tertulliani lectione unam præteriisse diem: ac q̃ sibi crebro diceret: Da magistrum, Tertullianũ, uidelicet, figrãs cans. Hic usq; ad mediã ætatem presbyter in ecclesia fuit, inuidia postea ac contumelijs clericorum Romanæ ecclesiæ, ad Montani dogma lapsus, in multis libris nouæ prophetiæ meminit. Specialiter autẽ aduersum ecclesiã texuit uolumina, de persecutione, de pudicitia, de ieiunijs, de monogamia, extasi libros VI. & VII. quem aduersum Apollonium cõposuit. Feruorq; uixisse usq; ad decrepitam ætatem, & multa, quæ nõ extant, opuscula condidisse. Adamantius X. Seueri Pertinacis anno, aduersum Christianos persecutione cõmota, Leonide patre Christi martyrio coronato, cum VI. fratribus & matre uidua pauper relinquitur: annos natus circiter X. & VII. Rem autẽ familiarem ob cõfessionem Christi fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ dispersæ ecclesiæ, XVII. ætatis suæ anno opus aggressus, Demetrio eiusdem urbis episcopo, in locum Clemẽtis presbyteri cõfirmatus, per multos annos floruit. Qua tempestate Perpetua & Felicitas, pro Christo passæ sunt, Nonis Martijs apud Carthaginem Aphricæ, in castris bestijs deputatæ. Alexander quoq; ob cõfessionem dominici nominis clarus extitit. Per hęc tempora Narcissus Hierosolymorũ episcopus, insignis ac famosissimus extitit: de quo supra fecimus mentionem. Nos uero unum eius memorabimus, ex quo cæteris quæ de eo narrantur, merito fides possit adhiberi. Accidit aliquando in die solenni uigiliarũ Paschæ, oleum deesse luminaribus. Cumq; id per ministros innotuisset, mœror plebi maximus fuit, sed Narcissus fide fidens, ministris imperat haurire aquam, sibiq; deferri. Cumque detulissent, orauit & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit. Tum repente miro & seculis inaudito genere uirtutis: natura aquæ in olei pinguedinem uersa, splendorem etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autẽ rei a plurimis religiosorũ fratrum ex eodem oleo, quod uersum de aqua fuerat reseruatum est: ita ut per multa tẽpora huius miraculi perse ueraret indiciũ. Animi uero uirtus quanta in eo fuerit, alio nihilominus uno ex eius gestis opere declarabitur. Is nanq; cum inter cætera uirtutum suarũ bona esset ualde constantis animi, & iusti rectiq; indeclinabiliter tenax: quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam homunculi nequam male sibi cõscij, metuentes ne criminum suorum, si arguerentur, nõ possent effugere uindictam: preueniunt factionibus et circumuenire parant eum, cuius iudicium uerebãtur. Concinnant igitur aduersum eum infame satis & noxium crimen. Conueniunt aditores, testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quę obijciebantur cõfirmarent. Quorum unus testis ita si non igni cõsumeretur, uera se dicere testabatur: Alius, ita ne regio morbo corrũperetur. Tertius, ita ne luminibus orbaretur, & q̃uis ne iuramẽtis quidem istis quisq̃ fidelium & deum timẽtium crederet, eo q̃d uita Narcissi & institutio ac pudicitia ab omnibus noscereturipse tamen eorũ, quę mota sunt, indigna ac molestiam nõ ferens, simul & secretã ac philosophicam uitam semper habere desiderãs, subterfugit ecclesiæ multitudinẽ, & in desertis locis atq; agellis secretioribus delitescit annis q̃ plurimis, at nõ ille magnus diuinæ prouidẽtię oculis quieseit in longum, sed in impios ultionẽ per ea ipsa, quæ sibi in periurijs statuerant, maledicta molitur. Primus nanq; ille testis, parua ignis scintilla nocturno tempore domo sua succensa, cum omni genere, omniq; familia flammis ultricibus cõflagratur: alius repente ab imis pedibus usq; ad summũ capitis uertice morbo regio, q̃d fuerat imprecatus, repletur atq; consumitur. Tertius autem priorẽ exitum uidens et oculum diuinum nõ se latuisse perspiciens, prorumpit in medium, et audiẽtibus cunctis sera pœnitentia, uniuersum cõcinnati sceleris ordinẽ pandit. Tantis autẽ lachrymis immanis cõmissi facinora deflet, & in tm̃ die, noctuq; perdurat in fletibus, usquequo luminibus orbaretur. Hi igitur quidẽ figmenti sui, huiusce modi pœnas dederũt. Igitur Narcissus solitariã ac philosophicam ducens uitam, quousq; tres successiones episcoporũ suo rogarẽtur in loco. Narcissus uero cum ità desertum pertisset ac locis semet secretioribus abdidisset, ut ubinam degeret nullus agnoscereturnecessarium uisum est episcopis, ut alium pro ipso ordinarẽt, cui nomen erat Dius. Qui cum paruo tempore præfuisset ecclesiæ, succedit Germanus, & Germano Nigordius, cum ecce subito uelut rediuiuus, cœloq; redditus ex improuiso apparuit Narcissus: & rursus a fratribus ad præsidendũ rogatur ecclesiæ. Multo enim uehementius erga eum amor omniũ fuerat incitatus, uel pro eo quod criminosis innocens cessit, uel quod secretã & philosophicã uitam dilexit: & quod in eo cõpleuit dominus dicens: Mihi uindictam, ego retribuam. Hæc ideo de Narcisso retulimus: quia in quibusdam chronicis, quartus ab eo Hierosolymis alius Narcissus episcopus asseritur, ab ijs nimirum, qui eius reuersionem tribus interpositis, ad pristinam sedem minime perpendunt. Nunc autem, quia multorum sub præclarissimis principibus fecimus mentionem doctorum, & de eorundem actuum gestis, stomacho lassescente, calamoq; deficente, hic finem secundo imponimus libro.

TOMI II. LIBRI II. FINIS.

FRE-

FRECVLPHI EPI-SCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI SECUNDI, LIBER III.

De flagitijs atq; sceleribus pessimi principis M. Aurelij Antonini. Cap. I.

IGITVR HAC TEMPESTATE persecutionum quanti qualesue ecclesiarum extiterint doctores ac robusti pro fide nostra propugnatores, ex parte adnotare curaui: ut miram dei dispensationem cernentes, illius omnipotentiam & circa genus humanum eiusdem clementiam propensius laudare ac gratias agere, pro ut ipse donauerit, satagamus. Quoniam mirabiliter ecclesiam suo redemptam sanguine dilatare dignatus est, dum totus aduersus eam assurgeret mundus. Ab externis terrores, & mortes a nostris: diuersaque schismatum dogmata superbus hostis antiquus non cessabat inferre: dolens dum humanam salutem, suiq; expoliationem & ciectionẽ cerneret. Sed ut magis undique premebatur a perfidis, & ab schismaticis uiris diabolica fraude decepus, eo amplius nobiliter propagabatur & crescendo confortabatur in plurimis Christi ecclesia. Nunc autem tertium inchoantes librum ad cœptum redeamus opus. Marcus Aurelius Antoninus, XX. ab Augusto imperium adeptus tenuit annis IIII. Hic sacerdos Heliogabali templi, nullam sui nisi stuprorum flagitia, totiusque obscenitatis infamen satis memoriam reliquit. Is cum Romam ingenti militum & Senatus expectatione uenisset, probris se omnibus contaminauit: cupiditatem stupri, quam assequi defectu naturæ nondum poterat, in se conuertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalem uirginem, quasi matrimonio iungens suo, abscisisq; genitalibus matri se magnę sacrauit. Hinc Marcellum, qui post Alexander dictus est, consobrinum suum Cęsarem fecit, ipse tumultu militari interfectus est. Huius corpus per urbis uias more canini cadaueris a militibus tractum est: militari cauillo appellanti indomitæ auidæque libidinis eatulam: nouissime cum angustum foramen cloacæ corpus minime reciperet, usque ad Tyberim deductũ in fluuiũ proiectum est: uixit annis XVI.

De Aurelio Alexandro principe. Et quid eo imperante gestum sit. Ac de Origene præcipuo doctore. Cap. II.

AVrelius Alexander, XXI. ab Augusto Senatus ac militum uolũtate imperator creatus: XIII. annis dignę equitatis præconio fuit, matre Mãmea Christiana, quæ Origenẽ presbyterum audire curauit. Nam statim expeditione in Persas facta, Xerxẽ regẽ eorũ maximo bello uictor oppressit. Vlpião usus assessore, summã sui modera-

X iiij tio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem Reipub. exhibuit, sed militari tumultu apud Mogontiã interfectus est. Quo imperante Romæ Thermę, quæ uocant Alexandriæ, factæ sunt & in Nicopoli Actiaca (.i. Epiro) editio, quæ sexta dicit, diuinarę scripturarum in dolio reperta est. Vrbanus Romæ episcopus, multos nobilium ad fidē Christi & martyriū perduxit. Origenes Alexandriæ imo toto orbe clarus habetur. Denicę (tu pręmisi) Mãmea mater Alexãdri eum audire curauit: & ad Antiochiã accitum in summo honore habuit. Igitur ga superius de eodem Origene, qui & Adamãtius: uocabatur, et nũc mentionẽ fecimus latius disseramus. Hic cum iã mediæ ætatis esset, & propter ecclesias Achaiæ, quæ plurimis hæresibus uexabant, sub testimonio ecclesiasticę epistolę eatenus per Palestinã pergeret, a Theotisto & Alexandro Cæsareę & Hierosolymorę episcopis presbyter ordinatus, Demetrij offendit aĩos. Qui tanta aduersus eum debacchatus insania est, ut per totum orbem super noĩe eius scriberet. Constat eum anteq̃ Cęsaream migraret, fuisse Romæ sub Seuerino episcopo, & statim Alexandriam reuersum, Heraclã presbyterum, qui in habitu philosophi perseuerabat, adiutorem sibi fecisse: qui quidem & post Demetrium Alexãdrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autẽ gloriæ fuerit, hinc apparet, q̃d Firmillianus Cęsareæ episcopus, cum omni Cappadocia eum inuitauit & diu tenuit: & postea sub occasione sanctorę locorum Palestinam ueniens, diu ab eo in sanctis scripturis eruditus est. Sed & illud q̃d ad matrem Alexandri Imperatoris religiosam fœminam rogatus uenit Antiochiã, et summo honore habitus est. Et ad Philippum Imperatorẽ, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quę usq; hodie extãt. Quis ignorat, quod tantum habuerit in scripturis sanctis studium, ut Hebręam linguam, cõtra ætatis & gentis suæ naturam ediscceret, & exceptis LXX. interpretibus aliasque editiones in unum congregaret: Aquilę scilicet pontici proselyti, Theodotionis, Bebionei & Symmachi eiusdem dogmatis: qui in Euãgelium quoq; cata Matthæum scribit commentarium: de quo & suum dogma affirmare cõnatur. Prętera V. & VI. editionem, & VII. quas etiam nos de eius bibliotheca habemus, miro labore repperit, & eam cæteris editionibus comparauit, & ut de immortali eius in genio penitus non taceam, quod dialecticam quoq; & Geometriam, Musicam, Grammaticam, atq; Arithmeticam et Rhetoricã, omniaq; philosophorę sectamina didicit, & studiosos quosq; secularium literarę lectatores sui haberet, & interpretaretur eis quotidie: cõcursusq; ad eum mire fecerint. Quos ille propterea recipiebat: ut sub occasione literaturæ secularis in fide Christi eos instituret. Igitur siquis super Adamantij statu scire uelit, quid actũ eidem sit, primum quidẽ de epistolis eius quæ post persecutionẽ ad diuersos missæ sunt: deinde ex VI. Eusebij Cæsariẽlis Ecclesiastię Historię libro, et de eiusdẽ Adamãtij uoluminibus possit liquido cognoscere. Vixit aũt usq; ad Gallum et Volusianũ. i. usq; ad LXIX. ætatis suæ annũ, & mortuus est Tyri, in qua urbe sepultus est. Ferunt de eo quidam, quod

quod pro multa eloquij facultate, peruersa quædam sit conatus astruere eõdens libros, quorę est titulus Peri archon. In quibus præter multa sanæ doctrinæ aduersa etiam hoc de cõmutatione totius rationabilis creaturæ asserit, q̃d non solum impiorę hominum animæ, sed ipse quoq; diabolus post longam purificationẽ renouatus, rediturus sit in suæ originis dignitatẽ, succedentibus sibi semper reuolutionibus de bonis ad mala, & de malis ad bona: qa hęc alternatio nõ possit nõ esse ꝑpetua, ut uicissim & de beatis miseri sint, et miseri sint beati. Tunc etiã Geminus presbyter Antiochenus, et Hippolytus, et Berillus episcopus Arabię, Bostrenus, clari scriptores habebãt.

De Maximino principe persecutore, & de successoribus eius Gordianis patre & nepote. qui paruo interuallo sibimet succedentes interfecti sunt. Cap. III.

MAximinus XXII. imperator ab Augusto, Gothico genere ortus, nulla senatus uolũtate, imperator ab exercitu, postq̃ bellum in Germania prospere gesserat, factus: persecutionẽ in Christianos VI. a Nerone exercuit, sed continuo, hoc est, III. q̃ regnabat anno, a Pupione Aquileię interfectus est, & persecutionis & uitę finẽ fecit. Cum eo etiã filius eius discerptus est, cõclamantibus cunctis militari ioco: Ex pessimo genere ne catulũ quidem habendũ. Qui maxime propter Christianam Alexãdri, cui successerat, & Mammeæ matris eius familiã, persecutionem in sacerdotes & clericos, id est, doctores, uel ꝑcipue propter Origenem ꝑsbyterum miserat. Pariter pecuniosos, insontes, noxiosq; persequitur, cupiditate allectus. Post cuius imperiũ II. Gordiani, pater et filius, principatũ arripiẽtes, unus post unũ interiere. Pari etiã tenore Pupianus & Balbinus regnũ inuadẽtes perempti sunt sub ꝑdicto Maximino, & Antherus Romanę urbis episcopus, martyrio coronatus est. Gordianus Gordiani nepos, XXIII. ab Augusto imperator creatus est, mãsitq; in eo annis VI. Gordianus admodũ puer in Oriẽtẽ ad bellũ Parthicũ profecturus (sicut Eutropius scribit) Iani portas aperuit, quas utrũ post Vespasianũ & Titũ aliqs clauserit, neminẽ scripsisse memini, cũ tamẽ eas ab ipo Vespasiano post annũ apertas Cornelius Tacitus prodat. Igit Gordianus ingentibus ꝑlijs aduersum Parthos prospere gestis, fuorę fraude haud lõge a solo Romano interfectus est (ut quidã ferũt) factiõe Philippi ꝑfecti ꝑtorij. Huicq; Gordiano milites tumulũ ędificãt, q Eufrati imminet: ossibus eius Romã reuectis.

Quo tempore Iulius Aphricanus claruerit. Cap. IIII.

QVa tẽpestate Iulius Aphricanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habebat. Qui in Chronicis quę scripsit, refert se Alexandriam properare Eraclę opinione celeberrima prouocatum, quem & in diuinis & in philosophicis studijs atq; omni Græcorum doctrina instructissimum fama loqueretur. Quibus diebus Origenes in Cæsarea Palestinæ Theodorum cognomento Gregorium, & Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos episcopos, diuina philosophia imbuit.

De Philippis, patre & filio imperatoribus Christianis primis. Cap. V.

Philip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHilippus, XXIIII. ab Augusto imperator creatus, Philippum filium suum consortem regni fecit: manſitq; in eo annis VII. Hic primus oīm prēteritorū Chīanus fuit. Ac post III. imperij eius annū, milleſimus a conditione Romæ annus impletus eſt: ita magnificis ludis auguſtiſſimus oīm præteritorū fuit, ut innumerabiles beſtiæ in circo magno interfectę: ludiq; in cāpo Martio theatrales, III. diebus ac noctibus populo peruigilante celebrati, & agon M. annorū actus: hic natalis annus Chriſtiano Imperatore celebratus eſt. Nec dubium eſt, quin Philippus huius tantę deuotionis gratiam & honorem ad Chriſtum & eccleſiam retulerit, quando uel aſcenſum fuiſſe in Capitoliū uel immolatas hoſtias ex more, nullus author oſtendit. Ambo tamen, q̄uis diuerſis locis: tumultu militari & Decij fraude interfecti ſunt. Quibus diebus Origenes aduerſus quendam Celſum Epicurę philoſophum, qui contra nos libros conſcripſerat, VIII. uoluminibus reſpondit. Qui, ut breuiter dicā, in tm̄ ſcribendi ſeculus fuit: ut Hieronymus q̄dam loco V. milia librorū eius ſe legiſſe meminerit.

De Decio perſecutore Chriſtianorum Cap. VI.

DEcius XXV. ab Auguſto, occiſis Philippis inuaſit Imperium, tenuitq; anno I. & menſibus III. qui belli Ciuilis incentor & repreſſor fuit idem continuo. In quo ſe etiam ob hoc Philippū interfeciſſe docuit: ad perſequendos interficiendoſq; Chriſtianos, VII. poſt Neronem, feralia diſperſit edicta: plurimoſq; ſanctorū ad coronas Chriſti, de ſuis cruciatibus miſit. De qua perſecutione Euſebius refert, in libro VI. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, & martyrum teſtantur plurimæ res geſtæ paſſionum actiones. In quą Fabianus in urbe Roma martyrio conſummatus eſt. Alexander Hieroſolymorum epiſcopus, apud Cęſaream palęſtinæ, & Antiochiæ Babylas interficiuntur. Hæc autem perſecutio, ut Dionyſius Alexandriæ epiſcopus refert, non ex præcepto Imperatoris ſumpſit exordium, ſed anno integro (ut ait) principalia præuenit edicta miniſter dæmonum qui dicebatur in ciuitate noſtra diuinus, ſuperſtitioſum contra nos exagitans uulgus. Nam Decius filium ſuum Cæſarem fecit, uiris actibus uirtutibuſq; inſtructus: placidus & cōmunis domi, in armis promptiſſimus. Sed quia perſecutionem contra Chriſtianos exercuit: hanc recepit mercedem in ſolo barbarico, inter confuſas turbas gurgite paludis ſubmerſus eſt: ita ut nec cadauer eius potuerit inueniri: filius uero eius bello extinctus eſt, Getis contra eum dimicantibus.

De Gallo & Velusiano. Et quid geſtum ſit imperantibus illis, tam in doctoribus q̄ in cæteris cauſis memoria dignis. Cap. VII.

GAllus Hoſtilianus XXVI. ab Auguſto regnū adeptus, uixit II. annis cum Voluſiano filio in imperio. Exeritur ultio uiolati noīs Chriſtiani: et uſquequo ad profligendas eccleſias edicta Decij cucurrerunt, eatenus incredibilium morborū peſtis extenditur, nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus, fuit, quæ non illa generali

rali peſtilentia corrupta, atq; uaſtata ſit. Teſtis eſt liber Cypriani beati, de hac mortalitate conſcriptus: & ut refert Dionyſius, etiam hac ſola pernicie inſignes Gallus & Voluſianus dum contra Aemilianum nouis rebus ſtudentem, bellum Ciuile moliuntur, occiſi ſunt. Aemilianus tamen III. menſe inuaſæ tyrannidis extinctus eſt. At ne Gallus quidem malum Decij aut uidere potuit aut cauere, ſed in eundem lapidem offenſionis impegit. Cuius cum regnum floreret in initio, & cuncta ei ex ſententia cederent, ſanctos uiros qui pro pace regni eius deo ſummo ſupplicabāt, perſequutus eſt: cum quibus & proſperitatē ſuam fugauit & pacem. Origenes LXX. ętatis anno non ad integrū impleto defunctus eſt, & in urbe Tyri ſepultus, ut prædiximus. Cornelius Romę epiſcopus, rogatus a quadā matrona Lucina corpora apoſtolorū de tumbis leuauit noctu, & poſuit Pauli quidem uia Oſtienſi, ubi decollatus eſt: Petri autem iuxta locū, ubi crucifixus eſt intra corpora ſanctorū epiſcoporū in templo Apollinis in mōte aureo in Vatica no palatij Neroniani, III. Cal. Iulij, ſub principibus prędictis, Cornelius martyrio coronatus eſt. Extant ad eum Cypriani epiſtolæ. Qua tēpeſtate Novatus preſbyter Cypriani Romā ueniens, Nouatianū & cæteros confeſſores ſibi ſociat, eo q̄d Cornelius pœnitētes apoſtatas recepiſſet. Elatione quadam Nouatus tumidus, ſpem penitus eis ſalutis adimebat: eriā ſi digne pœnituiſſent. Ex quo & princeps hæreſeos extitit Nouatianorū, qui ab eccleſia ſeparati ſuperbo noīe ſemetipſos catharos. i. mundos appellarunt. Ob quā rem concilīū ſacerdotale celeberrimū in urbe Roma congregatum eſt epiſcoporū quidem LX. numero: preſbyterorū quoq; totidē, cum diaconibus plurimis. Prętereā etiā per ſingulas quaſq; prouincias, de hac re magna deliberatione habita, decretis ſignificat, quid facto opus eſſet. Statuit ergo, Novatum q̄dem, cum his qui eum mentis elatione tumidū ſequerent, quiq; ad inhumanam iſtam, & nihil fraternæ charitatis ſeruātem ſententiā declinauerunt, alienū eſſe ab eccleſia: eos uero qui lapſi in certamine fuerant, fraterna miſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Dionyſius mirabilis Alexandriæ doctor, & multorū librorū conditor, qui hoc tempore floruit: de lapſis refert, in hunc modum, refutans Nouati errorem: Iſti igit diuini martyres, qui cum Chriſto in cœleſtibus ſedent, & regni eius participes atq; iudicij, qui cum ipſo de lapſis fratribus iudicant: iſti, inquit, ipſi ſuſceperunt lapſos ad pœnitētiam, conuerſionemq; eorū non reſpuerūt, ſcientes q̄ deus noſter, cuius ipſi erant martyres, non uult omnino mortem morientis, ſed conuerſionē eius & pœnitētiam quærit. Si ergo iſti receperunt q̄ſdam, & in eccleſia ſtatuerūt, in oratione quoq; eis et in cibo cōmunicauerunt: quid nos facere uultis fratres? Quid nobis agēdum putatis? Nōne ſequi nos eorū ſentētias, et iudicium conuenit? Pariter etiam Cornelius hanc ueſaniam refutauit ualidiſſimis aſſertionibus. Cyprianus quoq; qui de lapſis atq; pœnitentibus multa conſcripſit, in tātum pœnitētes recipiendos aſſeruit: ut etiam ſi in ultimo uitę termino, errata ſua ingemiſcendo defleuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint,de ſalute eoꝝ non eſſe deſperandum. Qui ſub prefatis principibus flo ruerint doctores,& ſcribendo agonizandoq; enituerint,quamuis quorun dam iam fecerimus mentionem,breuiter tamen eorum actus, memoria di nos,repetendo adnotare curabimus. Ammonius uir diſertus & ualde eruditus in philoſophia,eodem tempore Alexandriæ clarus habitus eſt. Qui inter multa ingenij ſui & præclara monumenta etiam de conſonantia Moſi & IESV opus elegans compoſuit, & Euangelicos canones excogitauit: quos poſtea ſecutus eſt Euſebius Cæſarienſis. Hunc falſo accuſat Porphyrius,quod ex Chriſtiano Ethnicus fuerit:cum conſtet eum uſque ad extremam uitam Chriſtianum perſeueraſſe. Ambroſius primus Marcioneus, deinde ab Adamantio correctus, eccleſiæ diaconus, & confeſſionis dominicæ gloria inſignis fuit. Cui cum Protheotiſto preſbytero, liber ab Adamantio de martyrio ſcribit̃. Huius induſtriꝫ ſumptu & inſtantia adhuc inſignita Adamantius dictauit uolumina: ſed et ipſe quippe ut uir nobilis elegantis ingenij fuit, ſicuti eius ad Adamantium epiſtolæ inditio ſunt. Obijt aũt ante mortem Adamãtij:& in hoc a pleriſq; reprehenditur, q̃d uir locuples amici ſui ſenis & pauperis non recordatus eſt. Triphon Adamãtij auditor ad quẽ nonnullę eius extant epiſtolæ,in ſcripturis diſertiſſimus fuit. Quod quidem multa eius ſparſim oſtendunt opuſcula:ſed precipue liber quem compoſuit de uacca rufa in Deuteronomio:& de aromatibus,columba & turture,quæ ab Abraham ponuntur in Geneſi. Minutius Felix Roma inſignis cauſidicus ſcripſit dialogum Chriſtianis & Ethnicis,qui Octauus inſcribitur. Sed alius ſub nomine eius fertur de fato, uel contra Mathematicos:qui cum ſit & ipſe diſerti hominis,non mihi uidetur cum ſuperioris libro ſtilo conuenire. Meminit huius Minutij & Lactantius in libris ſuis. Caius diſputationem aduerſus Proculum Montani ſectatorem ualde inſigne uolumen cõdidit:arguens eum temeritatis ſuper noua prophetia defendenda, & in eodem uolumine epiſtolas quoq; Pauli XIII. tantum enumerans, XIIII. autem quæ fertur ad Hebrẽos dicit non eius eſſe, ſed apud Romanos quaſi Pauli habet̃. Berillus Arabiæ poſtremus epiſcopus, cum aliquãto tempore religioſe rexiſſet eccleſiam,ad extremum lapſus in hæreſim quæ Chriſtum ante incarnationem fuiſſe negat, ab Adamantio correctus, ſcripſit uaria opuſcula,& maxime epiſtolas, in quibus Adamantio gratias agit,ſed & Adamantij ad eum literę ſunt. Extat & dialogus Adamantij & Berilli,in quibus hæreſis coarguitur. Claruit autem ſub Alexandro Mammeæ filio,& Maximino & Gordiano: qui ei in imperium ſucceſſerunt.

De doctoribus aliqt orthodoxis,qui ſub Gallo & Veluſiano floruerũt. Cap. VIII.

HIppolytus cuiuſdam eccleſiæ epiſcopus (nomẽ quippe urbis ſcire nõ potui)in enarratione Paſchæ & temporꝫ canone,quem ſcribit uſq; ad Lannũ Alexãdri imperatoris perduxit, XVI. annorꝫ circulum, quem Greci cyclũ uocãt, reperit,et Euſebius qui ſuper eodem Paſcha X. & IX. annorꝫ circulum compoſuit, hac occaſione ſcribit: Aedi-

Aedidit nonnullos in ſcripturis commentarios,e quibus hæc reperi:In Hexameron,in Exodum,& in Canticũ canticorum,in Geneſim,in Zachariã, de Pſalmis,& in Iſaiam,de Daniele,de Apocalypſi,de Prouerbijs,de Eccleſiaſte,de Saule,& pythoniſſa,de Antichriſto,de reſurrectione,& contra Marcionem,de Paſcha & aduerſus omnes hæreſes,& de laude domini ſaluatoris,de qua præſente Adamantio ſe loqui in eccleſia ſignificat. In huius æmulatione Ambroſius, quem de Marcionis hæreſi ad ueram fidem correctum diximus, cohortatus eſt Adamantium in ſcripturis commentarios ſcribere,præbens ei ſeptem & amplius notarios, eorumq; expenſas & librariorum parem numerum: quodq; his maius eſt,incredibili ſtudio quotidie ab eo opus exigens. Vnde & in quadam epiſtola eum Adamantinum uocat. Alexander epiſcopus Cappadociæ cum deſiderio ſanctorum locorum Hieroſolymam pergeret, & Narciſſus epiſcopus eiuſdem urbis iam ſenex regeret eccleſiam,tunc Narciſſo & multis clericorum eius reuelatum eſt,Alexandrum altera die mane intrare epiſcopum, qui adiutor epiſcopalis uel ſacerdotalis cathedræ eſſe deberet. Itaq; re ita completa ut prædicta fuerat,cunctis Paleſtinæ epiſcopis in unum congregatis,annitente quoque ipſo uel maxime Narciſſo Hieroſolymitanæ eccleſiæ epiſcopo,cum eo gubernaculum ſuſcepit. Hic in fine cuiuſdam epiſtolæ,quam ſcripſit ad Adamantium,& pro Adamantio,ita ſuper pace eccleſiæ ait: Salutat uos Narciſſus ſenex. Qui ante me tenuit hunc epiſcopalem locum, & nunc mecum eundem orationibus regit,annos natus circiter CXVI. & uos mecũ precatur,ut unum idemq; ſapiatis. Scripſit & aliam ad Antiochenſes epiſtolam per Clementem presbyterum Alexandrię,de quo ſupra diximus,necnõ & ad Adamantium & pro Adamantio contra Demetrium,& quod iuxta teſtimonium bonum Adamantium presbyterum conſtituerit:ſed & alię eius ad diuerſos feruntur epiſtolæ. Septima autem perſecutione ſub Decio,quo tempore Babilas Antiochiæ paſſus eſt, ductus Cæſaream & clauſus carcere,ob confeſſionem Chriſti martyrio coronatur. Iulius Aphricanus,cuius quinq; de temporibus extant uolumina, ſub Imperatore Marco Aurelio Antonino,qui Macrino ſucceſſerat,fuit: qui legationẽ ſuſceperat a principe,ut Emaus in Iudæa reſtauraretur,quæ deinceps Nicopolis nominata eſt. Huius eſt epiſtola ad Adamantium ſuper quæſtione Suſannæ,eo quod dicat eam in Hebraico fabulam haberi, nec conuenire cum Hebraico: contra quam epiſtolam doctam ſcripſit Adamantius. Extat eius ad Ariſtidem altera epiſtola,in qua ſuper diſſonantia, quæ uidetur eſſe in genealogia ſaluatoris apud Lucam,pleniſſime diſputauit. Geminus Antiochenæ eccleſiæ presbyter, pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, florens ſub Alexandro principe, & epiſcopus urbis ſuæ Sebenno, eo uel maxime tempore,quo Heraclas Alexandrinæ eccleſiæ pontifex ordinatus eſt. Igitur ab Auguſto XXVII. Valerianus in Rhetia ab exercitu Imperator creator eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De gestis Valeriani & Gallieni principum, & qui doctores vel martyres ea tempestate extiterint. Cap. IX.

ROmæ autem filius eius Gallienus Augustus a senatu appellatus est, mansitq; in Imperio, q̃uis infeliciter, undiq; coartantibus malis, annis XV. Itaq; mirandum est de Valeriano, quomodo supra cæteros qui ante se fuerunt, hic & humanus & benignus extiterit in famulos dei, ita ut in initijs multo etiã illis benignior uideretur, q̃ nomine saltem Christiani dicebantur. Intantum uerebatur seruos domini, ut omnis domus eius esset ecclesia dei. Deprauatus autem est & a ueritate dejectus per quendam doctorem pessimum, magistrum & principem Aegyptiorum magorum, ut iustos & sanctos uiros persequi & interimi iuberet, tanquam qui aduersarentur magicis artibus, quibus seipsum subdiderat. Erant enim reuera, & sunt etiam nunc, qui possunt uirture meritorum suorum restinguere fallacias dęmoniorum. Ergo respirãte paulisper supra solium, iugi & graui pestilentia generi humano, prouocat pœnam suã obliuiosa malitia. Impietas enim flagella quidem excruciata sentit, sed a quo flagellatur obdurata non sentit. Valerianus siquidem mox ut arripuit Imperium, octauus a Nerone, adegit per tormenta Christianos ad idololatriam abnegantesq; interfici iussit, fuso per omnem Romani regni latitudinẽ sanctorum sanguine. Valerianus ilico nefarij author edicti, a Sapore Persarũ rege captus, luminibus effossis, Imperator populi Romani ignominiosissime apud Persas in seruitute consenuit: hanc infamis officij continuã, donec uixit, damnationem sortitus, ut ipse acliuis humi regem semper ascensurę in equum, non manu sua, sed dorso attolleret. Et Gallienus quidem tã claro dei iudicio territus, tanq̃ miseri collegæ permotus exemplo, pacem ecclesijs trepida satisfactione restituit. Sed non compensat iniuriæ ultionisque mensuram unius impij, q̃uis perpetua ac supra modum abominanda captiuitas, contra tot milia excruciata sanctorum iustorumq; sanguis ad dominum clamans, in eadem sese terra ubi fusus est, uindicari rogat. Non enim de solo constitutore præcepti iusto supplicium iudicio flagitabatur: sed etiã executores, delatores, accusatores, spectatores ac iudices, postremo omnes qui iniustissimæ crudelitati, citata uoluntate assentiebantur (quia dominus secretorum cognitor est) quorum maxima per omnes prouincias pars hominum uersabatur, eadem ultionis plaga corripi iustum erat. Soluuntur repente undique permissu DEI ob hoc circumpositæ relictæq; gentes, laxatisq; habenis, in omnes Romanorum fines inuehuntur: Germani alpibus, Rhetia, totaq; Italia penetrata, Rauennam usque perueniunt. Alamanni Gallias peruagantes etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum inundatione delentur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuũ auferitur: Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur, Germani ulteriores abrasa potiuntur Hispania. Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriamque corradunt. Extant adhuc per diuersas prouincias

prouincias in magnarum urbium ruinis paruę & pauperes ædes, signa miseriarum et nominum indicia seruantes: ex quibus (ait Orosius) in Hispania Terraconem ad consolationem miseriæ recentis ostendimus. Et ne quid forte Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret, conspirant intrinsecus tyranni. Consurgunt bella ciuilia, funditur ubique plurimus sanguis Romanorum, Romanis Barbarisq; sæuientibus. Sed cito ira dei in misericordiã uertitur, & cœptæ ultionis maior forma, quam pœna in mensuram plenitudinis reputatur. Igitur primus Genuus qui purpuram Imperij sumpserat, apud Mirsam occiditur: Posthumius in Gallia inuasit tyrannidẽ, multo quidem reipublicæ commodo. Nam per decem annos ingenti uirtute ac moderatione usus, & dominãtes hostes expulit, & perditas prouincias in pristinam faciem reformauit, seditione tamẽ militum interfectus est. Emẽlianus apud Mogontiam, cum res nouas moliretur, oppressus est. Post mortem Posthumij Marius quidem inuasit Imperium, sed continuo interfectus est. Deinde Victorinus a Gallis ultro creatus, & post paululum occisus est. Huic successit Tetricus, qui tunc Aquitanici præsidatus administrabat officium, multas seditiones militum pertulit. At uero in Oriente per Odenatum quendam collecta agresti manu, uicti repulsiq; Persę defensa Syria recepta Mesopotamia est, & usq; ad Thesiphontem rusticani Syriæ cum Odenato suo uincendo uenerunt. Gallienus autem cum rempublicam deseruisset, ac Mediolani libidinibus inseruiret, occisus est. Qua tempestate Cyprianus Afer primũ gloriose rhetoricam docuit, & inde suadẽte presbytero Cęcilio, a quo & cognomentũ sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit, ac post non multum temporis allectus in presbyterum, etiam episcopus Carthaginensis constitutus. Huius ingenium superfluum iudicem texere, cum sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano & Gallieno principibus, persecutione octaua, eo die quo & Cornelius, sed non eodem anno. Pontius Diacon Cypriani usq; ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens, egregiũ uolumen uitæ & passionis Cypriani ædidit. Theodorus, qui & Gregorius postea appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus, admodum adolescẽs, ob studiũ græcarum & latinarę literarum de Cappadocia ad Berithum, et inde Cæsaream Palestinæ transijt, iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorũ cum egregiam indolem uidisset Adamantius, cohortatus est eos ad philosophiam. In qua paulatim eos erudiens, ad Christi fidem subintroduxit, sui quoq; sectatores reddidit. Quinquennio itaq; eruditi ab eo, remittuntur ad patrem. E quibus Theodorus proficiscens, panagyricum & eucharistias scripsit ad Adamantium: & conuocata grandi frequentia, ipso quoq; Adamantio præsente recitauit, qui usq; hodie extat. Scripsitque in Ecclesiasten, breue quidẽ, sed ualde utile uolumen. Et aliæ eius uulgo feruntur epistolæ. Sed præcipue signa atq; miracula, quę episcopus Neocæsareæ Ponti cum multa ecclesiarę gloria perpetrauit. Ex qbus est, quod cũ ecclesiæ faciendæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

locus non sufficeret, propter imminentem rupem & fluminis crepidinem, precibus montem mouit, & spacio sum ædificantibus reddidit locum. Qui etiam prælia & mortes uirorę furentesq; germanos ira sedauit. Stagnum quoddam erat situm in regionibus Ponti piscibus refertum, ex quorę captura prædiuites reditus prę stabant. Quæ possessio duobus fratribus sorte hæreditatis euenit, sed cupiditas huius rei fraterna uiolauit iura. Quos B. Gregorius ad horam stagni exitialis paterno conuocauit affectu, aitq; ad eos: Ego iam uos per uirtutem domini omni certamine cruentæ contentionis absoluã. Et cum hæc dixisset, in conspectu omnium uirgam quã tenebat ad primas littoris undas defigit, & ipse positis genibus palmas tẽdit ad cœlum, atq; excelso supplicat deo. Simul ut ille orando finem fecit, statim se unda subducens, & cursu uelociter fugiens, a conspectu superno iussa discedere, abyssis suis redditur, & arentem campum germanis iam concordibus dereliquit. Dionysius de quo supra mentionẽ fecimus, Alexandrinæ urbis episcopus, sub Heracla scholam presbyter tenuit, & Adamantij uelut insignissimus auditor fuit. Hic in Cypriani Aphricani synodi dogma consentiens, de hæreticis rebaptisandis plurimas ad diuersos misit epistolas, quæ usq; hodie extant. Sed & ad Fabiũ Antiochenę ecclesię episcopum, scripsit de pœnitentia, & ad Romanos per Hippolytũ, alterã ad Sixtum, qui Stephano successerat, & ad Philemonem, & ad Dionysium Romanę ecclesiæ presbyterę, & ad eundẽ Dionysium postea Romæ episcopum, & ad Nouatianum, causantẽ q; inuitus Romæ episcopus ordinatus esset, cuius epistolæ hoc exordium est: Dionysius Nouatiano fratri salutem: Si inuitus ut dicis ordinatus es, probabis, cum uolens recesseris. Est eius ad Dionysiũ & Didymum altera epistola, & de Pascha plurima declamatorie conscripta. Est & ad Alexandrinã ecclesiã de exilio, & ad Heraclam in Aegypto episcopum, & alia de mortalitate & de sabbato ad Heruiã. Nam & alia de persecutione Decij, & duo libri aduersum Nepotem episcopum, qui mille annorę corporale regnum suis scriptis asseruit, in quibus & de Apocalypsi Iohãnis diligentissime disputat. Aduersum Sabelliũ & Hermamonem Beronicis episcopum, & ad Theleſphorę & ad Eufran IIII. libri, & ad Dionysium Romanę urbis episcopũ, & ad Laodicenses de pœnitentia, item & canones de pœnitentia & de ordine delictorę, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Eufranonẽ, ad Basilidem quoq; multæ epistolę, in quarũ una asserit se etiã in Ecclesiasten cœpisse scribere commentarios, & aduersum Paulum Samosatenum, ante paucos dies q̃ morereť, insignis eius fertur epistola. Moritur XII. Gallieni anno. Nouatianus Romanæ urbis presbyter aduersum Cornelĩ cathedram sacerdotalem conatus est inuadere. Nouatianorę, quod græce dicitur catharos, dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentes. Huius author Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem de Pascha, de sabbato, de circumcisione, de sacerdote, de cibis Iudaicis,, de instantia, de Attalo, & alia multa, & de trinitate grande

de uolumen. Aequalitatem sibi ac similitudinẽ epitomẽ operis Tertulliani faciens: quod plurimi nescientes, Cypriani æstimant esse.

De Claudio & Quintillo Imperatoribus. Cap. X.

CLaudius XXVIII. uoluntate Senatus sumpsit imperiũ, statimq; Gothos iam per annos XV. Illyricum Macedoniamq; uastãtes bello adortus incredibili strage deleuit. Cui a Senatu cypeus aureus in curia & in Capitolio statua æque aurea decreta est. Sed continuo apud Syrmium, priusq̃ biennium in Imperio expleret, morbo correptus interijt. Claudio mortuo Quintillius frater eius ab exercitu Imperator electus, uir quidem unicæ moderationis, & solus fratri præferendus, XVII. die Imperij interfectus est. Quibus diebus in Alexandria Bruchiũ, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem destruitur.

De Aureliani triumphis, atq; persecutionibus Christianorum, & qui sub eo floruerint. Cap. XI.

AVrelianus, XXIX. Imperium adeptus, V. annis & VI. mensibus tenuit, uir industria militari excellentissimus. Expeditione in Danubium suscepta, Gothos magnis prælijs profugauit, ditionemq; Romanam antiquis terminis restituit. Inde in Orientem conuersus, Zenobiamq; occiso Odenato marito suo, Syriam receptam sibi uendicauit: magis prælij terrore, q̃ prælio in potestatem redegit. Thetricum in Gallia minime sufficientem sustinere seditiones militum suorũ, scribentemq; etiam, eripe me his inuicte malis, ac per hunc proditorem exercitus sui sine labore superauit. Sic Oriẽtis & Aquilonis receptor, magna gloria triumphauit, urbem Romam muris firmioribus cinxit. Nouissime cũ persecutionem aduersus Christianos agi nouus a Nerone decerneret, fulmẽ ante eum magno pauore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere occisus est (ut fertur) fraude serui sui, qui ad quosdam militares uiros amicos ipsius nomina pertulit adnotata, falso manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, a quibus interemptus est. Hunc ferunt excellentius aliquid egisse Alexandro magno uel Cæsare dictatore. Nam Romanum orbem triennio ab inuasoribus receptauit, cum Alexãder annis XIII. per uictorias ingentes ad Indiam peruenerit, & C. Cæsar decennio subegerit Gallos, aduersum ciues quadriennio congressus. Sub quo in urbe Roma monetarij rebellauerunt, quos Aurelianus uictos ultima crudelitate compescuit. Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gemmisq; & aurata omni ueste (quæ adhuc fere incognita Romanis moribus uisebatur) usus est. Itaque fuit sæuus & sanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij sororis interfector. Cuius tempore persecutionis beatissima Columba uirgo, apud Senones Galliarum metropolim ciuitatem martyrio coronata est. Igitur Aurelianum Romæ triumphantem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thetricus & Zenobia præcesserunt. E quibus Thetricus corrector postea Lucaniæ fuit, decernente eum Aureliano eleganti loco sublimius habendū, regere aliquam Italiæ partem, q̄ trans Alpes regnare. Et Zenobia in urbe summo honore consenuit, a qua hodieq; Romæ Zenobiæ familia nuncupatur. Aurelianus templum soli ædificat, & Agon solis ab Aureliano instituus. Huius tpibus Malchion disertissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe Rhetoricam florentissime docuit, conuersum Paulum Samosatenum, qui Antiochenæ ecclesiæ episcopus dogma Artemonis instaurauerat, excipientibus notarijs disputauit, qui Dialogus usq; hodie extat. Sed & alia grandis epistola, ex persona synodica ab eo scripta, ad Dionysium & Maximum Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio & Aureliano principibus. Euthicianus Romæ episcopus tunc martyrio coronatus, in cimeterio Calixti sepelitur, qui & ipse CCC. XIII. martyres manu sua sepeliuit.

De Tacito & Probo Imperatoribus. Cap. XII.

TAcitus post Aurelianum suscepit Imperium, uir egregius moribus, Qui ducentesimo imperij die apud Tharsim febri moritur. Huic successit Florianus. Sed cum magna pars exercitus equitū Probum militiæ peritum legisset, Florianus dierum LX. quasi per ludū imperio usus, incisis a semetipso uenis, effuso sanguine cōsumptus est. Probus genitus patre agresti, hortorę studio Dalmati nomine XXXI. regnum sortitus obtinuit annis VI. mensibus IIII. Gallias iamdudū a Barbaris occupatas, per multa & grauia prælia deletis tandem hostibus, ad perfectum liberauit. Bella deinde ciuilia equidem plurimo sanguine duo gessit, unum in Oriente, quo Saturninum qui ad restaurationē Antiochenę ciuitatis fuerat missus, tyrannide subnixum oppressit & cepit. Aliud quo Proculum & Bonnosum apud Agrippinam magnis prælijs superatos interfecit, Iuneas, Gallos & Pannonios habere prmisit. Opere militari Almā montem apud Syrmium & aureum apud Mæsiam superiorem uineis conseuit, & prouincialibus colendos dedit. Hic Syrmij in turri ferrata occidit. Quibus diebus insana Manichæorę hæresis exorta, a Persa quodam, qui Manes uocabatur, authore. Quorum impietates & sacrilegia ac turpitudines explicare in hoc opere longum est. Archilaus episcopus Mesopotamię librum disputationis suæ, quem composuit aduersum Manichæum exeūtem de Persida, Syro sermone composuit. Qui translatus in Græcam linguam habetur a multis. Claruit sub Imperatore eodem Probo.

De Caro & filio eius Carino principibus, & qui eo tempore clari haberentur. Cap. XIII.

CArus Narbonensis XXXII. suscepit Imperiū, ac biennio tenuit. Qui cum filios suos Carinum & Numerianum consortes regni effecisset, & post bellum Parthicū ac regiones Parthorę uastatas, duas

duas nobilissimas Parthorum urbes Cochem & Thesiphontem cepisset, super Tygridem in castris fulmine ictus interijt. NVMERIANVS, qui cum patre fuerat, dum oculorum dolore correptus, in uehiculo ueheretur: impulsore Apro, qui socer eius fuerat, per insidias occisus est. Cum dolo occultaretur ipsius mors, quousque Aper inuaderet imperium: fœtore cadaueris scelus est proditum. Hinc Sabinus Iulianus inuadens imperium, a Carino in campis Veronensibus occiditur. Hic Carinus omnibus sese sceleribus inquinauit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit, matrimonia nobilium corrupit: condiscipulis quoque, qui eum in auditorio uerbi fatigatione taxauerāt, pernicios fuit. Ad extremum trucidatur eius præcipue tribuni dextera, cuius dicebatur cōiugem polluisse. Anatholius Alexandrinus Laodicei Syriæ episcopus, sub Probo Caroque Imperatoribus floruit: mirāe doctrinæ uir, in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Cuius ingenij magnitudo de uolumine quod super Paschа composuit: ac decem libris Arithmeticæ institutionis, quos uix intelligere possumus, declaratur. Victorinus Pictauiensis episcopus non æque Latinæ ut Græcæ linguæ distinctionem nouerat: unde opera eius grandia uidētur sensibus, uiliora compositicne uerborum. Sunt autem eius commentarij in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Isaiam, in Ezechiel, & in Habacuc, in Ecclesiasten, in Canticum Canticorum, in Apocalypsim Iohannis, aduersum omnes hæreses, & multa alia, ad extremum martyrio coronatus est. Pamphilus presbyter Eusebij Cæsariensis episcopi Neacæsarææ, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrans, ut maximam partem Adamātij uoluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. De quo Hieronymus ait: Sed in duodecim prophetas XX. quoq; Adamantij uolumina manu eius exarata reperi: quę tanto amore amplexus seruo gaudeoque, ut CHRISTI opes habere me credam. Si enim lætitia est unam epistolam habere martyris: quanto magis tot milia uersuum, quæ mihi uidentur suo sanguine signasse uestigia? Scripsit antequam Eusebius scriberet Apologeticum pro Adamantio, & passus est Cæsarææ Palestinæ sub persecttione Maximini. Pierius ecclesiæ Alexandrinæ presbyter, sub Caro & Diocletiano principibus, eo tempore quo eandem ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime populos docuit: & in tantam sermonum diuersorumque tractatuum, qui usque hodie extant, uenit elegantiam, ut Adamantius iunior uocaretur. Constat hunc mire appetitorem uoluntariæ paupertatis, scientissimumque Dialecticæ artis: post persecutionem omne uitæ suæ tempus ROMAE fuisse conuersatum. Huius est longissimus tractatus de propheta Oseæ: quem in uigilijs PASCHAE habitum, ipse simplici sermone demonstrat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Diocletiano principe,& Maximiano,& cæteris Cęsaribus,quos ipse creauerat:& de eorum prælijs,& persecutionibus Christianorum Cap. XIIII.

DIocletianus tricesimus tertius ab Augusto, Dalmata Anuli senatoris libertus,matre pariter atq; oppido nomine Dioclea. Quorum uocabulis donec imperiū sumeret, Diocles appellatus: ubi orbis Romani potentiam cœpit, Graium nomen in Romanum morem conuertit. Imperauit annis XX. statimq; ut potestatis copiam habuit, Aprum interfectorem Numeriani, manu sua interfecit. Carinum deinde, quem Carus Cæsarem in Dalmatia reliquerat, flagitiose uiuentem difficillimo bello & maximo labore superauit. Dehinc cum in Gallia Amādus et Helianus collecta rusticorum manu, quos Vacandas uocabāt, pernicioſos tumultus excitassent, Maximianum cognomento Herculium Cæsarem fecit. Quem misit in Gallias: qui facile agrestium hominum imperitam & cōfusam manum militari uirtute compescuit. Deinde Carausius quidam genere infimus, sed consilio & manu promptus, cum ad obseruanda Oceani littora, quæ tunc Franci & Saxones infestabant, positus, plus in perniciem q̄ in prouectum reipublicæ ageret: ereptam prædonibus prædam, nulla ex parte restituendo dominis, sed soli sibi uendicando, accendens suspitionem, quia ipsos quoq; hostes, ad incursandos fines artifici negligētia permitteret, quamobrem a Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britannias occupauit. Igitur per oēs Romani imperij fines, subitarum turbationum fragores concrepuerunt: Carausio in Britannia rebellante, Achilleo in Aegypto: cum & Aphricam Quinquentiani infestarent, Narseus etiam rex Persarum, Orientē bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus, Maximianum Herculium ex Cęsare fecit Augustum. Constantiū uero & Maximianum Galerium Cæsares legit, Constantius Maximiani Herculij prignam Theodoram accepit uxorem. Ex qua sex filios fratres Constantini sustulit. Constantinum uero filium, ex Helena habuit concubina. Carausius Britannia sibi per septem annos fortissime uendicata ac retenta: tandem fraude Adlecti socij sui interfectus est. Adlectus postea ereptam Carausio insulam, per triennium tenuit: quem Asclepiodotus præfectus prætorio presit, Britanniamq; post X. annos recepit. Constantius uero Cæsar in Gallia primo bello ab Alamannis profligato exercitu suo uix ipse subreptus est: secundo autem secuta est satis secunda uictoria. Nam paucis horis XL. milia Alamannorum cæsa feruntur. At Maximianus Augustus Quinquentianos in Aphrica domuit. Porro autem Diocletianus Achilleū obsessum, per octo menses, apud Alexādriam cepit & interfecit. Sed immoderata uictoria usus, Alexandriam direptioni dedit: Aegyptum totam proscriptionibus cædibusq; fœdauit. Præterea Galerius Maximianus cum duobus iam prælijs aduersus Narseum conflixisset: tertio inter Gallinicum & Charras congressus, & uictus, amissis copijs ad DIOCLETIANVM refugit:

gir. A quo arrogantissime exceptus: ita ut per aliquot milia passuum purpuratus ante uehiculum eius cucurrisse referatur. Veruntamen hac contumelia confusus ad uirtutem usus est ea, per quam detrita rubigine aciem mētis exacuit. Itaque mox per Illyricum & Mesiam, undique copias contraxit. Statimque in hostem reuersus, Narseum magnis consilijs uiribusque superauit, extinctis Persarum copijs. Ipsoque Narseo in fugam uerso VIII. castra eius inuasit: uxores, sorores, liberosque cepit: immensam uim gazæ Persicæ diripuit, captiuos quam plurimos Persarum nobilium abduxit. Reuersus in Mesopotamiam, a Diocletiano plurimo honore susceptus est. Postea per eosdem duces strennue aduersus Carpas Basternasque pugnatum est. Sarmatas deinde uicerunt: quorum copiosissimam captiuam multitudinem, per Romanorum dispersere præsidia. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in occidente, uastari ecclesias affligi interficique Christianos, decimo post Neronem loco præceperunt: quæ persecutionibus fere anteactis, diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos incendijs ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus martyrum incessabiliter acta est. Sequitur terræmotus in Syria: ex qua apud Tyrum & Sidonem passim labentibus rectis, multa milia hominum prostrata sunt. Secundo persecutionis anno, Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, ut simul purpuram imperiumque deponerent: ac iunioribus in rempublicam substitutis, ipsi in priuato otio consenescerent. Itaque sub una die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum potestatem imperij simul cultumque deposuerunt. Igitur Diocletianus in proprijs agris consenuit. Qui dum ab Herculio atque Galerio, ad recipiendum imperium rogaretur: tanquam pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit: Vtinam Salonæ possetis uisere holera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum negotium iudicaretis. Tandem Constantinum ac Licinium ueritus, quasi partibus Maximini & Maxentij fauissent, per formidinem ueneno hausto interijt.

De Galerio & Constantio, qui orbem Romanum primi diuiserunt & de multis principibus, qui illis diebus scaturientes ebullierunt & perierunt. Et qui doctores ea tempestate, vel martyres extiterint. Cap. XV.

GAlerius & Constantius Augusti primi Romanorum imperium in duas partes diuiserunt: Galerius Maximianus Illyricum, Asiam,& Orientem: Constantius Italiam, Aphricam,& Gallias obtinuit. Sed Constantius uir tranquillissimus, Gallia tantum Hispaniaque contentus. Et dum persecutiones diuersas ecclesiæ in alio terrarum orbe paterentur: solus Constantius CONSTANTINI pater, licenter Christianis in sua consistere religione concessit. Denique tale aliquod eum miraculum & memoria dignum egisse cognouimus. Is enim probare uolēs q̄sdā in suo palatio Christianos, si boni & solidi essent uiri, euocās

Universidad de Deusto
Biblioteca

euocans uniuersos præcepit dicens: ut siquidem uenirent ad sacrificandum & eius colerent deos, circa eum essent, & in suo cingulo permanerent: si uero refugerent, egrederentur de palatio, gratias agẽtes quod minime punirentur. Cumq; in utroq; apparuissent, alij quidem religionis desertores, alij uero diuina præsentibus præponentes: facta deliberatione, ijs amicis & consiliarijs uti decreuit, qui in melioribus fideles constantesq; permansérant. Alios uero uelut effœminatos auersatus expulit a suo colloquio: credens nunquam eos circa principẽ deuotos fore, qui fuerunt dei sui sic paratissimi proditores. Et ideo adhuc superstite Constantio, non uidebatur contra legem quempiam esse Christianum, apud eos qui intra Italiam Galliasq; & Britãniam, & qui circa Pirenæum habitabant montem, usq; ad Oceanum Hesperium. Galerius porro duos Cæsares legit Maximinum, quem in Oriente constituit: & Seuerum, cui permisit Italiam, ipse in Illyrico constitutus. Cõstantius uero Augustus summæ mansuetudinis & ciuilitatis in Britannia obijt Eboraci, XVI. imperij sui anno. Attamen ecclesiarum deuastatio, usque ad septimum Constantini annum, Christianorumq; sanguinis effusio feruere per diuersa loca non cessat. Igitur hec persecutio tam crudelis & crebra flagrabat: ut intra unum mensem XVII. milia martyrum pro Christo passi inueniuntur. Nam & oceani limbum transgresso Albanum, Aaron, et Iulium Britanniæ, cum alijs pluribus uiris ac fœminis, felici cruore damnauit. Passus est hac tempestate Pamphilus presbyter Eusebij Cęsariensis episcopi Neocæsarius: cuius uitam ipse tribus libris comprehendit: de quo superius mentionem fecimus. Tertio anno persecutionis, quo & Constantius obijt, Maximinus & Seuerus a Galerio Maximiano Cæsares facti. E quibus Maximinus maleficia & stupra sua Chrianorũ pſecutiõibus accumulat. Passus est ea tempestate Petrus Alexandriæ episcopus cum pluribus Aegypti episcopis. Lucianus quoq;, uir moribus & continentia & eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter: passus est, & Timotheus Romæ X. Calend. Iulij. Quibus diebus quę in orbe Romano (ut paulisper superiora repetamus) gesta sunt propter innoxium Christianorum sanguinem fusum, uno quidem pene tempore Imperatoribus creatis, replicare curabo. Igitur Constantius Constantini pater, atq; Armentarius, Cæsares Augusti appellantur: creatis Cæsaribus Seuero per Italiam, Maximino Galerij sororis filio per Orientem: eodemq; tempore Cõstantinus Cæsar efficitur. Maxẽtius Imperator in uilla sex milibus ab urbe dissita, in itinere Lauicano. Dehinc Licinius Augustus efficitur, pariq; modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit. Simili modo Valens Imperator creatur. Quorum exitus iste fuit: Seuerus Cęsar ab Herculio Maximiano Romæ ad tres tabernas extinguitur, funusq; eius Gallieni sepulchro infertur: quod urbe abest p Appiam milibus nouem. Galerius Maximianus, cõsumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculius a Constãtino apud Massiliam obsessus, deinde

de captus, pœnas dedit mortis: postremo fractis laqueo ceruicibus, Alexander a Constantini exercitu iugulatur. Maxentius dum aduersus Constantinum congreditur, muluium pontem nauigijs compositum ab latere ingredi festinans, lapsu equi in profundum demersus est: uoratumq; limo ponderę thoracis corpus uix repertũ. Maximinus apud Tharsum morte simplici periit: Valens a Licinio morte mulctatur. Igitur tempore prædictorum principum, qui doctores seu martyres extiterint, ex plurimis paucorum memoriam replicare curabo. Lucianus ergo uir disertissimus, Antiochenæ ecclesiæ presbyter: tanto scripturarum studio laborauit, ut usq; nunc quædam exemplaria scripturarum Luciana nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli, & breues ad nonnullos epistolæ. Passus Nicomediæ ob confessionem CHRISTI, sub persecutione Maximini, sepultusque Heliopoli Bethaniæ. Phileas de urbe Aegypti, quæ uocatur Thymius, nobili genere, & non paruis opibus: suscepto episcopatu elegantissimum librum de martyrum laude composuit. Et disputatione authorum habita, aduersum iudicem qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur: eodem in Aegypto persecutionis authore, quo Lucianus Nicomediæ. Arnobius sub Diocletiano principe apud Aphricam florentissimæ Rhetoricam docuit: scripsitque contra gentes uolumina, q̃ uulgo extant. Firmianus qui & Lactantius, Arnobij discipulus, cuius sub Diocletiano principe, accitu eum Flabuo grammatico de medicinalibus uersus compositi extant: Nicomediæ Rhetoricam docuit: ac pæneuria discipulorum inde in Græciam, uidelicet ad scribendum, se contulit. Habemus eius comatum Symposium, quod adolescentulus scholis scripsit, de Aphrica usq; Nicomediã hexametris scriptum uersibus. Et alium librum qui inscribitur grammaticus & pulcherrimus. De ira dei, & Institutionũ diuinarũ, aduersus gentes libri VII. Aequalitatum et Epitomũ eiusdem operis lib. I. & ad Asclepiadem II. de persecutione lib. I. ad Probum epistolarũ lib. IIII. ad Seuerũ epistolarũ II. lib. ad Demetrium auditorem suum epistolarũ lib. II. ad eũdem de officio dei uel formatione hoĩs lib. I. Hic in extrema senectute magister Cæsaris Crispi filij Cõstantini in Gallia fuit: qui postea a patre (ut fertur) interfectus est. Igitur Eusebio referente, hæc persecutio sub Diocletiano & reliquis principibus eiusdem temporis ab ipsis militibus exordium cœpit: & uelut ex parua scintilla, pene totũ Romanũ inflãmauit orbem, maxime Aegyptum, Aphricã, & Mauritaniam: dum inter se diligẽtius perquirerẽt Christianos, reptos autem immolare cogebant: nolẽtes, militia & uita priuabant. Inter q̃s Nicomedię Augusto Cęsare assistẽte, Dorotheus cubiculo regis p̃positus, et socius eius Gorgonius, q pene oẽs cubicularios sibi subiectos doctrina et fide efficerant Christianos, cum uiderent cõstantiam Petri cuiusdam nobilissimi uiri, q iniquas leges cõtra Christianos promulgatas publice rapuerat atq; minutatim discerpserat: quã ob causam omnia tormentorũ gña coram Augusto pertulerat: nouissime in craticula positus super pruinas in fide lætus exhalat

Universidad de Deusto
Biblioteca

halat. Tunc prædicti aiunt: Cur Imperator punis in Petro mentis sententiam, quæ in nobis omnibus uiget? Vt quid in illo crimen ducitur, quod a nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus, & unanimis eademq; sententia. Quos ille cum in medio nihilominus uenire iussisset: similibus pœnæ, ut priores, supplicijs affectos, ad ultimum laqueo appēsos necari iussit. Tunc & Anthymus ipsius urbis episcopus, in domini nostri Iesu Christi cōfessione perdurans, martyrij gloriā capitis obtruncatione suscepit. Hunc autem tanquam uere bonum pastorem, uiam martyrij præeūtem, uniuersa pene gregis sui multitudo prosequitur. Itaq; explicari non ualet, quāta dei sanctis martyribus excogitabantur tormenta ea tempestate: seu quanta sanctorum milia nouis & inauditis cruciatuum tormentis interempta sint: quibus Eusebius Cæsariensis episcopus, ecclesiasticæ scriptor historiæ, dum interesset, quæ in ueritate comperit & cernendo conspexit, octauo historiarū & nono libris partim manifestare studuit.

Qualiter Constantinus ad Imperium euectus sit, & quos Imperatores persequentes Christianos oppresserit. Cap. XVI.

COnstantinus tricesimusquartus gubernacula imperij, a Constantio patre suscepit: quæ uno & XXX. annis felicissime tenuit. Igit mortuo (ut dixi) Constantio in Britannia, Constantinus Imperator creatus primus Imperatorum Christianus, excepto Philippo qui Christianus annis admodum paucissimis, ad hoc tantum constitutus fuisse mihi uisus est: ut millesimus Romæ annus Christo potius quam idolis dicaretur. A Constantino autem omnes semper Christiani Imperatores usque in hodiernum diem creati sunt: excepto Iuliano, quē impia (ut aiunt) machinantē exitiabilis uita deseruit. Igitur Crispo & Cōstantino Cæsaribus atque consulibus, Romanæ quidem ecclesiæ Syluestrius præsidebat: Alexandrinæ Alexander: & Hierosolymorum Macharius: Antiochiæ uero, quæ est apud Orontem, post Romanum nondū quisquam fuerat ordinatus, persecutionibus scilicet prohibentibus. Non longo post tempore hi qui Nicęæ collecti erant, eloquentiam eius admirantes, Eustachium dignū approbauerunt, qui sedi apostolicæ præsideret, & cum esset episcopus uicinæ Beroæ, eum in Antiochiam transtulerunt. Tunc ergo Christiani orientales quidem usq; ad terminos Aegypti circa Lespiam commorantes, non præsumebāt aperte in ecclesias conuenire, cum Licinius fauorem, quem in eos habuerat, permutasset: sed neq; per Occidentem Helladici, uel Macedones, & Illyrici licenter in religione durabāt, propter Constantinū qui princeps erat in his partibus Romanorum. Huic em̄ uiro plura postea prouenisse percepimus, quibus flexus est Christianorum dogma uenerari: præcipue tamen propter signum, quod ei diuinitus est ostensum. Et quoniam ad hæc uenimus, paulo latius aliquid referamus. Cū Diocletianus & Maximianus Herculius, priuatam elegissent uitam, & Maximinus Galerius, qui cum eis imperauerat, tenens Italiam duos Cæsares fecisset, Maximinum in Oriente, & in Italia Seue-

Seuerum. Tunc Constantinus in Britannia patre mortuo ordinatus Imperator, primo anno ducentesimæ primæ Olympiadis, XXVII. die Iulij mēsis, Romæ uero a prætorianis militibus Maxentius, Maximiani Herculij filius, institutē Imperator. Hic eius pater imperandi cupiditate noluit filium regno priuare: quod facere nequiuit. Porro Seuerus Romæ contra Maxentium ueniens, militum proditione peremptus est. Proinde Maxentius Romæ uelut tyrannus habebatur, adulteria impudenter exercens, & earum uiros occidens. Quem uolens Constantinus opprimere & Romanos a cladibus liberare, cogitabat quem in bello deum haberet auxilio, sciens nihil prodesse deos quos Diocletianus uenerabatur: & quia potius eius pater paganorum contempta religione feliciter aduixisset. In his igitur solicitudinibus constitutus, in somno uidit signum crucis cœlo splendide collocatum, mirantiq; uisionem astiterunt angeli dicentes: O Constantine in hoc uince. Fertur autem & ipsum Christum apparuisse ei, signumq; monstrasse crucis, ac præcepisse ut figuram similem faceret: & in prælijs auxilium hoc haberet, quo uictoriæ iura conquireret. Eusebius itaq; Pamphili cum iureiurando ipso Imperatore dicente audisse refert, quia circa meridiem declināte iam sole, crucis signū ex lumine factū, & scripturā cōsertā ei dicentē: in hoc uince, uidisset ipse & milites qui cum eo tunc essent. Pergenti nanq; aliquando cū exercitu per iter: hoc, inquit, ei miraculum est ostensum. Dumq; cogitaret quid esset, nox superuenit: & dormienti Christus apparuit cum signo quod uidit in cœlo: iussitq; ut fieret eius signi figuratio, quæ foret auxilium in cōgressibus præliorum. Igitur ut præmissa quadam ex parte & aliquoties memorata iterum repetamus, Galerius occiso Seuero, Licinium Imperatorē creauit. Cumque persecutionem a Diocletiano et Maximiano missam, ipse atrocioribus edictis accumulasset, ac postquam per annos X. ex omni genere hominum exhausit prouincias: putrefacto introrsum pectore, & uitalib. dissolutus, cum ultra horrorem humanæ miseriæ etiam uermes eructaret, atq; medici ultra iam fœtorem non ferentes, crebro iussu eius occiderentur: a quodam medico cōstantiam ex desperatione sumente increpitus, iram dei esse pœnam suam, atq; ideo a medicis non posse curari: edictis late missis, Christianos de exilijs reuocauit: ipse autem cruciatus non sustinens, uim uitæ suæ intulit. Ita respublica tunc sub nouis quatuor principibus fuit. Constantino & Maxētio filijs Augustorum, Licinio autem & Maximiano hominibus nouis: Cōstantinus pacem ecclesijs post X. annos, quibus a persecutoribus uexabantur, indulsit. Deinde inter Constantinum et Maxentium bellum ciuile exortum est. Qua necessitate compulsus Constantinus, quem haberet adiutorem deum in prælijs imminentibus, mente solicita pertractabat. Vnde & signa cœlitus ei ostēsa sunt, quæ superius memorauimus. Igitur Maxentius sæpe multis prælijs fatigatus: ultimo ad pontem Miluium uictus, & interemptus est. Maximinus persecutionis Christianorum incentor, executorq; infestissimus, apud Tharsum, dum ciuile bellum contra Licinium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciniũ disponeret, interijt. Licinius repẽtina rabie suscitatus, oẽs Christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellũ inter ipsum Liciniũ et Cõstantinũ exferbuit. Sed Cõstantinus Liciniũ sororis suæ uirum, in Pannonijs primũ uicit, deinde apud Cibalas oppressit. Vniuersaq; Græcia potitus, Liciniũ crebris bellis terra mariq; assurgentẽ & repressum, tandem ad deditionem coegit. Sed Herculij Maximiani socer sui motus exemplo, ne iterum deposita tam purpuram in perniciem reipublicæ sumeret, priuatũ iussit occidi. Quã uis omnibus iam ministris nefarię persecutionis exemptis, hunc quoque inquantum exercere potuit persecutorem digna punitio flagitaret. Constantini filij Crispus & Constantinus, & Licinius adolescens Licinij Augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos, Cæsares creati sunt.

De vesania Arrij, & de synodo in Nicæa congregata, & quid in ea gestum sit. Cap. XVII.

HIS diebus Arrius Alexandrinæ urbis presbyter, a ueritate fidei catholicæ deuians, exitiabile plurimis dogma constituit. Qui simul ut primum Alexandriæ, uel notus uel notatus, inter confusos uulgi sectatores, insectatoresq; factus est: ab Alexãdro eiusdem tunc urbis episcopo pulsus ecclesia est, cum quo homines quos in errorem seduxerat, etiam in seditionem excitauerat. Qua de re apud Nicęam urbem Bithiniæ conuentus trecentorum X. & VIII. episcoporum factus est: per quos Arrianum dogma exitiabile & miserum esse euidentissime deprehensum, palam proditum ac reprobatum est. Vndecunque ad eundem conuentum Syros, simul & Cylicas Phœnicasque & Arabes, atque Palestinos inter hos & Aegyptios, Thebæos, Libyos, nec non & eos qui ex Mesopotamia oriuntur: etiam Persas ad concilium uenisse constat. Verum nec Scytha defuit. Ex eorum choro Pontusque & Asia, Phrygia & Pamphilia: uiros probatissimos præbuerunt. Aderant Thraces, & Macedones, Achiui, & Epirotæ, & his quoque interius habitantes. Ipse aut Hispanorũ ualde famosus Osius unus aderat, & simul plurimis affidebat. Talemque solus a secundo unus Imperator Cõstantinus Christo coronam uinculo pacis exornans, suo saluatori de uictoria inimicorum & hostium deo debitem dedicauit. Itaque maximam domum præparauit, in regalibus Imperator sedens: & subsellia in ea poni præcipiens, quæ sufficerent ordini sacerdotum. Ita decentem præparans eis honorem: inuitauit ingredi, & de præsentibus habere consilium. Introiuit autem & ipse princeps ultimus cum paucis, laude dignam sui magnitudinem habens: & mirabilem speciem, mirabilioremque gerẽs dignitatem pudoris in fronte. Minore uero sede quam alijs posita in medio eorum sedit: primo tamen petens, hoc sibi episcoporũ iussione cõcedi. Tunc cum eo resedit sacratissimus ille chorus. Etenim cum ex omnibus pene locis episcopi conuenissent, & (ut fieri solet) diuersis ex causis

causis inter se quædam iurgia detulissent, interpellabatur frequenter a singulis, offerebantur libelli, culpæ proferebantur: & magis ad hæc quam ad id, pro quo uentum fuerat, animos dabant. At ille uidens, quod per huiusmodi iurgia causa summi negotij frustraretur: diem certam statuit, qua unusquisque episcoporum si quid querimoniæ habere uideretur, deferret. Et cum resedisset, suscepit a singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur, aperiens, ait ad episcopos: Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit de nobis quoque iudicandi: & ideo nos a uobis recte iudicamur, uos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod dei solius inter uos expectate iudicium: & uestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum referuentur examen. Vos etenim nõbis a deo dati estis dij, et conueniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus steterit in congregatione deorum, in medio autem deos discernit. Et ideo his omissis: illa quæ ad fidem dei pertinent, absq; ulla animorum dissensione distinguite. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret ulli hominum simulatio sacerdotum, sed ecclesiasticum omnes unanimes, ad quod uenerant, negocium agere follerter inuigilarent. Igitur uenerabili huic cõcilio ex paucorum memoria conijci potest quam magni interfuerint deo amabiles uiri, qui leges ecclesiasticas, quos canones uocamus, sanxerint: & peruersum dogma Arrij cum ipso authore anathematizantes damnauerunt. Fuit præterea in illo cõcilio Paphnutius homo dei ex Aegypti partibus episcopus confessor: ex illis quos Maximianus dextris oculis effossis & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta uirtutum inerat gratia: ut signa per eũ non minus quam dudum per apostolos fierent: nam & dæmones tantũ uerbo fugabat, & ægrotos sola oratiõe curabat: sed & cæcis dicitur uisum reddidisse, & paralyticos ad stabilitatem corporum reuocasse. Quem Constãtinus in tanta ueneratione & affectu habuit, ut sæpius cum intra palatiũ euocatum complecteretur: & illum oculum, qui in confessione fidei fuerat euulsus, auidioribus osculis demulceret. Ex eorum numero, & si quid adhuc eminẽtius fuisse dicitur, etiam Spiridion episcopus Cyprius, uir unus ex ordine prophetarum. Hic pastor ouium, etiam in episcopatu positus permansit. Quadam uero nocte cum ad caulas fures uenissent, & manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent, extendissent: inuisibilibus quibusdã uinculis astricti, usque ad lucem uelut traditi tortoribus permanserunt. Cũ uero oues ducturus ad pascua, matutinus se ageret senior: uidit iuuenes absque humanis uinculis caulis pendere districtos. Cumque causam noxæ cõperisset, absoluit sermõe, quos meritis uinxerat: & ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit, o iuuenes unum uobis arietem, ne sine causa uenisse uideamini: quem melius prece, quam furto quæsisse cõuenerat. Tradũt de eo etiam illud factum mirabile, filiam habuit Hyrenem nomine: quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei cum bene ministrasset, uirgo defuncta est. Post eius obitum uenit quidam dicens se ei quoddam depositum commendasse, rem gestam ignorauerat pater: perquisitum in tota domo, nusquam quod poscebatur, inuentum est. Persistebat ille qui commendauerat & fletu ac lachrymis perurgebat: uitæ quoq; suæ illaturum se esse exitium, nisi commendata reciperet, testabatur: Permotus lachrymis eius senex, ad sepulchrum filiæ properat, atq; eam nomine clamitat. Tunc illa de sepulchro quid uis, ait, pater? Commendatum, inquit, illius ubi posuisti? At illa locū designans: illic, ait, inuenies defossum. Regressus ad domum, rem sicut filia de sepulchro responderat, repertam tradidit reposcenti. Sed & multa alia eius gesta referuntur mirabilia: quæ recentium tunc ore omnium celebrabantur. Talis igitur in illis adhuc temporibus per multi uiri in ecclesijs domini refulgebant: ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed et Athanasius eodem tempore Alexandri diaconus Alexandrini episcopi aderat consilijs, senem quam plurimis iuuans. Interfuit etiam magnus Eustachius, Antiochenæ sortitus ecclesiæ præsulatum: meritis ac uirtutibus insignis. Pariterque Eusebius Pamphili Cæsariensis ecclesiæ pontifex: qui tempore persecutionis nobiliter in fide perdurauit, & multorum illustrium opusculorum scriptor fuit sagacissimus. Præterea & alij plures uiri probatissimi ibi affuerunt: quorum ingenia sapientiæ & animorum uirtutes, tam & principi quam in reliquis dignitatibus claruerūt. Ergo qui per singula scire uoluerit, quæ in hoc gesta sunt concilio: omissis aliorum opusculis ecclesiastici causam Eusebij Cæsariensis historiā perlegat, q̄ a Rufino in nostrum interpretata est eloquium: nec non trium uirorum illustrium historias, Sozemeni, Socratis, & Theodorici. Actus uero & uitam huius principis Constantini qui scire plenius desiderat, Eusebij prædicti opuscula de hoq tātum negotio perlegat. Nos uero ad opus compendij cœptum stilum scribendo reuocemus.

De Helena Constantini matre: & qualiter crucem dominicam inuenit. Cap. XVIII.

PER idem tempus Helena Constantini mater, fœmina incomparabilis fide, religione animi ac magnificentia singulari: cuius uero Constantinus & esset filius & crederetur: diuinis ammonita uisionibus Hierosolymam petit, atque ibi locum, in quo sacro sanctum corpus Christi patibulo affixum pependerat, ab incolis perquirit. Qui idcirco adinueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulachrum in eo Veneris fuerat defixum: ut si quis Christianorum in loco Christum adorare uoluisset, Venerem uideretur adorare: & ob hoc infrequēs & pene obliuiōi datus fuerat locus. Sed cū (ut supra diximus) religiosa fœmina peraasset ad locū cœlesti iudicio designatum cūcta ex eo profana & polluta deturbans in altū purgatis ruderibus, tres cōfuso ordine reperit cruces. Sed obtur-

obturbabat reperti muneris lætitiam uniuscuiusque crucis indiscreta propri etas. Aderat quidem & titulus ille qui Græcis & Latinis atque Hebraicis literis a Pilato fuerat conscriptus: sed ne ipse quidem satis euidenter domini ei prodebat signa patibuli. Hinc iam inhumanæ ambiguitatis, incerto: diuinum flagitat testimonium. Accidit in ea urbe primaria quandam loci illius fœminam graui ægritudine confectam seminecem iacere. Macharius per idem tempus illius episcopus erat. Is ubi cunctantem reginam, atque omnes pariter qui aderant, uidet: Afferte huc, inquit, omnes quæ repertæ sunt cruces, & quæ sit quæ portauerit dominum CHRISTVM, nunc nobis adaperiet deus. Et ingressus cum regina pariter & populis ad eam quæ decūbebat, defixis genibus huiuscemodi ad deum precem profudit: Tu domine per unigenitum filium tuum salutem generi humano per passionē cruce conferre dignatus es: & nunc in nouissimis temporibus aspirasti in cor de ancillæ tuæ, perquirere lignum beatum, in quo salus nostra pepēdit: ostē de euidenter, ex his tribus quæ crux fuerit ad dominicam gloriam, uel quæ extiterint ad seruile supplicium: ut hæc mulier quæ semiuiua decumbit, statim ut eam lignum salutare contigerit, a mortis ianuis reuocetur ad uitam. Et cum hæc dixisset, adhibuit primo unam ex tribus, & nihil profuit: adhibuit secundam, & nec sic quidem aliquid actum est. Vt uero tertiam admouit, repente adapertis oculis mulier consurrexit: & stabilitate uirium recepta, alacrior multo quam cum sana esset, tota domo discurrere & magnificare domini potentiam cœpit. Sic euidenti indicio regina uoti compos effecta: templum mirificū in eo loco, in quo crucem repererat regia ambitione construxit. Clauos quoque quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium: ex quibus ille frenos composuit, quibus uteretur ad bellum: & ex alijs galeam nihilominus belli usibus aptam fertur armasse. Ligni uero ipsius salutaris partem detulit filio: partem uero thecis argenteis conditam dereliquit in loco: quæ etiam nunc ad memoriam sollicita ueneratione seruatur. Filius uero eius Constantinus in honorem matris ciuitatē condidit: quā ex nomine illius Helenapolim nuncupauit.

Quo tempore populi Hyberorum & Armeniorum conuersi sint ad fidem Christi. Cap. XIX.

QVA tempestate quidā philosophus Merobius noīe exterio rē Indiam lustrādo dum peragraret, (quæ longo tractu ab interio re distat, quæ diuersis linguis & nationibus habita est, quam uelut longe remoram nullus apostolicæ prædicationis uomer imprefserat) a Barbaris captus atque interemptus est. Duo quidam pueri, q̄s in liberalibus instituerat disciplinis: Barbarorum miseratione reseruati & ad regem perducti: quos ut comperit industrios ac nobiles, ualde dilexit. Ex quibus Frumentio, quem perspicaciorem deprehenderat, rationes suas scriniaque commisit: Edesium uero sibi pincernam fecit: qui postmodum in ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno honore habiti sunt, uiuente rege: & in maiore post illius obitum cum filio eius, quem hæredem reliquerat regni. In tm̃ uero sublimati sunt: ut ecclesias fabricarent ibi, & conuenticula Christianorum per loca diuersa celebrarent. Qui cū ad Romanū orbem reuerterent̃ et suos uisitarent propinquos, & quæ acciderant episcopis narrarent suis: tunc Athanasius nuper Alexandriæ episcopus constitutus, Frumentium ad officium prædicationis delegit, & ad Indiam remisit: per quem gratia domini coruscante, uirtutes apostolicæ patratæ sunt plurimæ, & infinitæ Barbarorꝝ multitudines ad Christianismum conuersæ, ex quo in India exteriore fidei semina pullularunt. Eodem etiam tempore apud gentem Hyberorum, quæ sub axe aquilonico degebat, quædam ualde religiosa Christiana habebatur captiua: cuius meritis instantia uigiliarum, ieiuniorum atq; orationum quam plures emituerūt uirtutes: adeo denique ut regina eiusdem populi, quæ graui infirmitate uexabatur, & curatione medicorum desperata, ad cubiculū eiusdem peregrinæ descenderet, & in cilicio eiusdem cubaret. Cuius precibus percepta sanitate, ad propria remeauit. Qua occasione rex eiusdem gentis in Christū credidit, & templum mirabile condidit: qui etiam ad Cōstantinum Imperatorem legatos direxit, per exhortationem peregrinæ prædictæ, ut episcopos ad se dirigeret: qui pariter se & populum suum sacra religione informarēt. Qua petitione comperta Imperator gauisus est, & quod poposcerat ab eo Hyberorum rex impetrauit. Eodem tempore, ut præmisi, & Indorum gentes, & Hyberorum Christiani dogmatis rudimenta susceperunt, sed etiam Armenios tunc primum comperimus Christianos effectos. Aiunt enim Tyridatem regem tunc gentis illius ex quodam mirabili signo dei, quod circa eius domum euenit Christianum fuisse factū: & omnes simul eius ditioni subiectos, una preceptione iussisse, ut similiter deo colla summitterent. Vnde & ad cæteros confines Christianum dogma transiuit, & multitudine dilatatū est.

De solicitudine pij principis Cōstantini, quam non solum de sibi subiectis, sed etiam de externis habuit pro fide Christi. Cap. XX.

APud Persas autem initium Christianitatis tunc estimo celebratū, dum quidam eorum occasione cōmertij ad Osrænos & ad Armenios uenientes (ut assolent) sanctis illic colloquerētur uiris, & uirtutes eorum experirentur. Cumq; ipe procedente creseerēt, et ecclesias & sacerdotes pariter ceteroscq; ministros iā haberēt, hoc factū non mediocriter cōtristabat magos, qui religionem Persarꝝ ueluti quedā sacerdotalis tribus p̄ successionē gnis ab initio cōmissa habere nosc̄ūt. Afficiebat em̃ etiā Iudæos, naturaliter q̃dammō Chr̃iani dogmatis inimicos. Quapropter accusauerūt apud Saporē tūc regē Simeonē archiep̄m Seleucię et Thesiphōtis ciuitatū in Persida regaliū: tāq̃ amicus eēt Cæsari Romanorꝝ, eiusq; Persarꝝ negotia depalaret. Quāobrē Persarꝝ rex nō solū Simeonē teneri fecit, sed & reliqs̄ sui regni ep̄os uiros deo dignos, et in uincula cōp̄ci, & cæteros

ros bonæ uitę testimonio presbyteros, diaconos, monachos, sacrascq; uirgines & reliq uulgi innumeras multitudines, et ex suo palatio una cū pedagogo ac nutritore suo q̃ plures sibi charos atq; familiares diuersis mortib. tradidit pro Christi dogmate, dū nollēt solē dei creaturam adorare pro deo. Fertur enim eorum qui tunc martyrio coronati sunt, sub hac persecutione uirorum ac feminarum fuisse milia quasi sedecim in regno Saporis, magis Iudaiscq; ad hoc piaculum regem concitantibus. Igitur dum hæc apud Persidam calamitas Christianorum pio principi nota fieret Constantino, dum esset solicitus pro uera religione, scripsit ad regem Persarum per Legatos, qui tunc aderant, monita pietatis: rogans ut cultores dei apud eū digno honore potirentur. Itaq; ut in ea continetur epistola, quam pro fide nostra ad eundem direxit, multa terrendo posuit infausta persecutoribus huius dogmatis euenisse, qua de re & Valerianum Romanorum Imperatorē suum quidem antecessorem a Persis esse captū, & cum maximo dedecore interemptum senuisse, quia Christianos diuersis mortibus affici decreuerat. Hęc igitur optimus Imperator pietate decoratus egit, curam non solum subiectorꝝ habens, sed etiam eorū qui sub alieno gubernaculo regebantur. Quapropter & ipse diuina protectiōe potius est & Europam uniuersam atq; Lybiam, super has etiam maximam Asiæ partem tenens, non solum subiectos habebat deuotos: sed etiam Barbarorꝝ alij quidem sponte seruiebant, alij deuicti ubiq; triumphi uidebantur, & uictor cernebatur hominibus Imperator. Qui cum tres habuisset filios, eos Cæsares nuncupauit, & singulos eorum per decenos annos Imperij sui principes esse constituit, id est, primum quidem filium sui nominis Constantinum Hesperiarum partium in decennali suo fecit habere principatum: secundum uero aui nomine nuncupatum Constantinum, in uicenalibus suis Cæsarem in Oriente cōstituit: iuniorem uero Constātem in suis tricenalibus ordinauit. Qui cum in Nicomedia degeret, languore grauatus, nec ignorans huius uitæ incertum, gratiam sacri baptismatis est adeptus. Distulerat enim usq; ad illud tempus, in Iordane fluuio hoc promereri desiderans. Porro autem tres filios imperij reliquit hæredes, & Athanasium magnū reuerti præcepit in Alexandriam, licet Eusebius præsens esset, & niteretur contraria suadere. Ita facto testamento, tribus filijs constitutis hæredibus, defunctus est. Vixit itaq; annis septuaginta quinq;, regnauit triginta & unum. Igitur inter hæc latent causæ, cur tantus uir uindicem gladium, & destinatam in impios punitionem, etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium sororis filium interfecit, ut aiunt. De his etiam, qui sub eo scribendo monumenta posteris reliquerunt, non silebo.

De diuersis doctoribus sub Constantino Imperatore florentibus. Cap. XXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARECVLPHI EPISCOPI LEXOVIENSIS

ARnobius Rhetor in Aphrica clarus habebatur, qui & prius sub Diocletiano principe: qui cum Siccæ ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc ethnicus ad credulitatẽ somnijs compelleret, neq; ab episcopo impetraret fidem, quam semper impugnauerat elucubrauit aduersum pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem uelut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit. Firmianus, q & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flabo grammatico, cuius de medicina libri uersu compositi extant, Nicomediæ Rhetoricam docuit: ac penuria discipulorũ illinc in Græciam, uidelicet ad scribendum se contulit. Habemus eius commatũ symphosium, qd adolescentulus scholis scripsit Aphricæ, & Hodeporicũ de Aphrica usque ad Nicomediam hexametris scriptum uersibus, & alium librum qui inscribitur grammaticus & pulcherrimus de ira dei, & institutionũ diuinarũ aduersum gentes lib. VII. & Epomen eiusdem operis lib. I. & ad Asclepiadem lib. II. de persecutione lib. I. ad Probum epistolarũ lib. IIII. ad Seuerũ epistolarũ libri duo, ad Demetrianũ auditorẽ suũ epistolarũ lib. tres, & ad eundem de officio dei uel formatione hominis liber unus. Hic in extrema senectute magister Cæsaris Crispi filij Constantini in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est. Eusebius Cæsareę Palestinæ episcopus in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecę diuinæ cũ Pamphilo martyre diligẽtissimus perquisitigator, æ didit infinita uolumina, de quibus hæc sunt, Libri XX. consonantiæ diaphonias, Ecclesiasticæ historiæ libri X. Chronicorũ canonum omnimodam historiam, & de authoribus eorum, & de euangeliorum tractatu, & in Isaiam libri X. & contra Porphyriũ qui eodem tempore scribebat in Sicilia (ut quidam putant) libri XXV. pro Adamantio libri sex, de uita Pamphili libri tres, de martyrib. & alia opuscula, & in CL. psalmos eruditissimos commentarios & multa alia. Floruit maxime sub Constentino Imperatore & Constantio, & ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus est. Rhetitius Heduorũ. i. Augustudunensis episcopus, sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Gallia. Leguntur eius commentarij in Canticum canticorũ, & aliud grande uolumen aduersus Nouatianũ: nec præter hæc quicquam operis eius repperi. Methodius olim Lyciæ, postea Tyri episcopus, nitidi compositiq; sermonis, aduersus Porphyrium confecit librum commiatũ & symphosium X. uirginum, & de resurrectione opus egregium contra Adamantiũ, & aduersus eundem de pythonissa, & in Genesim quoq;, & in Canticum canticorũ cõmentarios, & multa alia quæ uulgo lectantur. Ad extremum nouissimæ persecutionis, siue (ut alij affirmant) sub Decio & Valeriano in Calchide Græciæ martyrio coronatus est. Iuuencus nobilissimi generis Hispanus presbyter, quatuor euangelia hexametris uersibus pene ad uerbum transferens quatuor libros composuit, & nonnulla eodem metro ad sacramẽtorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe. Eustatius genere Pamphilus, primum Beree Syriæ, deinde Antiochiæ rexit ecclesiam, & aduersus Arrianum dogma multum componens, sub Constantino principe pulsus est Traianopolim in exilium Thraciarũ, ubi & cõditus est. Extant eius uolumina de anima aduersus Adamantium, & infinitæ epistolæ, quas enumerare longum est. Marcellus Ancyranus episcopus sub Constantino & Constantio principibus floruit, multaq; diuersarũ materiarũ scripsit uolumina, & maxime aduersum Arrianos. Feruntur contra hunc Aristei & Apollinaris libri, Sabellianę eum hæreseos arguentes. Sed & Hilarius in septimo aduersum Arrium libro nominis eius quasi hæretici meminit. Porro ille defendit se nõ esse dogmatis cuius accusatur, communionẽ Julij & Athanasij Romanæ urbis & Alexandrinæ Pontificum meruit. Eusebius Emissenus elegantis & rhetoriei ingenij, innumerabiles, qui ad plausum populi pertineãt, confecit libros, magisq; historiam secutus. Ab his qui declamatoria uolunt studiosissime leguntur. E quibus uel præcipui sunt aduersus Iudæos & gentes & Nouatianos, & ad Galatas lib. X. & in euangelium homiliæ breues, sed plurimæ. Floruit autem temporibus Constantini Imperatoris, sub quo & mortuus, Antiochiæ sepultus est. Quo etiam tempore Porphyrius misso ad Constantium insigni uolumine, de exilio liberatur. Tunc etiam Alexandriæ XIX. ordinatur episcopus Athanasius, illis equidem diebus Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antoniũ literas mittit, de quibus in subsequentibus, opitulante deo, latius dicemus. Tunc etiam Nazarci rhetoris filia in eloquentia patri coæquatur, & Tyberianus uir disertus, præfectus prætorio Gallias regit. Eustatius autem Constantinopolitanus presbyter agnoscitur, cuius industria in Hierosolymis martyrium constructũ est. Peterea sub Constantino non solum hi quorum memoriam fecimus, sapientia & uirtutibus claruerũt, sed et plures alij qs sub silentio præterimus. Igitur Constantinus Traianũ herbã parietariam ob titulos multis ędibus inscriptos appellare solitus est. Hic pontem in Danubio construxit, habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodissimus tamen multis rebus fuit, calumnias sedare, legibus seueriissimus, nutrire artes bonas: precipue studia literarum, legere, ipse conscribere, meditari, audire legationes & querimonias prouincias sagaciter studuit. Et dum multas gentes diuersis prælijs subegisset, urbem nominis sui Romanorum regum uel solus, uel primus instituit. Quæ sola expers idolorum ad hoc breuissimo tempore, condita a CHRISTIANO Imperatore prouecta est, ut sola Romæ tot seculis miserijsq; prouectæ forma & potentia merito possit equari. Tum deinde primus Constantinus iusto ordine & pio uertit edictũ. Siquidem statuit citra ullam hominum cædem paganorũ templa claudi. Et in hoc domini nostri IESV CHRISSTI laudanda atq; miranda

Universidad de Deusto
Biblioteca

miranda est omnipotentia: ut quando uoluit, mox unius religiosi principis edicto omnium regum & Imperatorum potentissimorum, & retro seculis fortium ac sapientum industria fana ac mirabiliter idolorum fabricata templa, clausa nullo resistēte cultore pene per omnem orbē, & ad nihilum sunt redacta. His itaq; gestis prospere tertio finem decreui imponere libro.

TOMI II. LIBRI III. FINIS.

FRECVLPHI EPISCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORVM Tomi Secundi, Liber IIII.

Quomodo post mortem Constantij ad tres eius filios orbis Romanus peruenerit, & quas partes unusquisq; obtinuerit. Cap. I.

INTEREA RESPVBLICA FORtuitis casibus urgebat. Vnde quędā summatim ac breuiter pstringere, nō esse incongruū arbitramur. Igitur q̄a ædificatore Constātinopolitanæ ciuitatis moriēte, tres eius filij Imperiū suscepērunt, in præcedentibus est enarratū. Sciendū aūt quia cum istis imperauit consobrinus eorū nomine Dalmatius, uocabulum patris habens, qui dum paululum imperasset, a militibus interemptus est, non iubente Constantio ut occideretur, nec tamen prohibente. Ita ad tres partes orbis Romani redacta dominatio est, Constantinum & Constantium ac Constantem filios Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Constantinus iunior cuncta trans Alpes, Constātius a freto Pontidis Asiam atq; Orientem, Constans Illyricum Italiamq; & Aphricā Dalmatius Thraciam Macedoniāq; & Achaiam. Interim ob Italię Aphricæq; ius dissentire, statim Constantinus & Constans cœperunt. Constantinus latrocinij specie dum incautus fœdecq; temulentus in aliena irruit, a ducibus Constantis obtruncatus est, proiectusq; in fluuium, cui nomen Alla est, non longe ab Aquileia.

Qualiter per quendam presbyterum hæretici Arriani ad familiaritatem Constantini peruenerunt. Cap. II.

INtera maligna semper aduersum deum uerum diaboli infectatio, quæ ab initio mundi usque nunc a syncero fidei religionisque tramite effusis errorum nebulis lubrica hominum corda perturbat. Postquam CHRISTIANIS Imperatoribus summam regiæ potestatis in meliora

meliora uertentibus, ecclesiam Christi zelo idololatriæ persequi destitit, aliud machinamentum, quo per eosdem Christianos imperatores ecclesiā uexaret inuenit. Fit igitur Arrio noui erroris authori, cæterisq; discipulis ipsius ad familiaritatem Constantij imperatoris promptus aditus & facilis uia, & hoc ita euenisse contigit. Posteaq; religiosi principis mater Helena, summis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce discessit, Constantia tunc Licinij derelicta fratris Augusti solatijs utebatur. Huic accidit presbyterum quendam uenire in notitiam, latenter partibus Arriani fauentem: sed is primo nihil omnino de his apud sororem principis aperiret. Vbi uero multa familiaritas copiam tribuit, paulatim cœpit sermonē aspergere, inuidiam dicens Arrio generatam, & pro simultatibus priuatis, episcopum suum rem contentiose exagitasse, æmulationis stimulo cōfixum, q̄ Arrius apud plebem satis charus haberetur. Hęc atq; huiuscemodi alia frequentius suggerens, animos Constantiæ suos effecit. Quæ cum diem obitura uisitaretur a Constantio fratre, atq; ab eo blande religioseq; compellaretur, extremā dicitur ab eo gratiā popposciſſe, ut presbyterę in familiaritatē recipe-ret, & quæ sibi ab eo pro spe & salute suggererētur, audiret. Se quidē iam ex luce discedentem nihil curare, pro fratris uero statu esse solicitā, ne forte pro innocentum pœnis regni sui patereť excidiū. Quibus ille monitis a sorore susceptis, & fidelem pro se germanæ solicitudinē credens, accommodauit aurem presbytero. Constantio uero de hac luce discedente, liberis de successione Romani orbis testamentū hæredibus scriptum dum non adessent, dicitur secreto presbyterū, quem a sorore commendatū supradiximus euocasse, atq; sub sacramanto tradidisse quod scripserat, dum ex occasione prædicta eius familiaritate potiretur: contestans ne ulli, nisi Constantio cū uenisset, in manus traderet. Cui etiam q̄ eunuchi qui erant in palatio fauebant, arte indicio de Imperatoris morte impresso usq; ad Constantij præsentiam, multis noua tentantibus oppressis, restitutę integręq; mansere. Cū uero Constantius affuisset, depositū presbyter illi restituit. Cuius beneficij gratia Imperator regni cupidus ita ei deuinctus est, ut qui imperare cunctis ambierit, ab illo sibi imperari æquanimiter pateretur. Ex quo deuincto sibi Imperatore, cœpit de Arrij restitutione suggerere, & nolentes acquiescere sacerdotes, ut cogeret persuadere. Tunc Eusebiū Nicomediæ episcopum, partibus Arrij fauentem, cæteroscq; eius socios Imperatori familiarissimos effecit, annitentibus sibi eunuchis Palatinis, quorum animos diabolica fraude sibi deuinxerat. Athanasium uero catholicæ ecclesiæ defensorem falsis criminationibus infectantes, adeo ut princeps Constantius uellet eū sæpius interimere, nisi pia dei prouidentia ad restaurationē ecclesię suę eundē protegeret ac reseruaret. Igitur quibus mirabiliter modis sępius sit ereptus de manibus animā illius quęrentiū, Ecclesiastica quę dicit Tripartita narrat historia. Ipse etiā qui passus, ordinatim in suis refert opusculis, nec non & Rufinus prædicti temporis Ecclesiasticæ historiæ scriptor.

De diuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De diuersis Synodis, in quibus catholica Nicæni concilij decreta Arriani subuertere nisi sunt. Cap. III.

ITaq; peruersi dogmatis fautores Eusebius Niomediensis, cum cæteris satellitibus ecclesiæ dei hostibus, nactus tempus opportunum, paulatim callide decreta Nicæni concilij catholica subuertere nitentes, apud Antiochiam primum sub occasione dedicationis templi, ibidem a patre Augustorum mirabiliter inchoati, & a Constantio consummati, conuenerunt quasi nonaginta Orientalium episcopi. Vbi contra fidem catholicam Nicæni concilij non tam manifeste, sicut in reliquis, sanxerunt Concilijs. Deinde procedente tempore diuersa celebrantes Concilia, fidem Nicæni concilij de una dei patris & filij substantia abolere cupientes, ipso Imperatore eis annitente: cuius & præsentia debacchantes, hæc aliquoties agebant. Sed dū pōst mortem Constantis synodum Mediolani Constantius fieri decreuisset, in qua Orientales atq; Occidentales episcopos in uesania Arriana concordes faceret, ad effectum perducere nequiuit. Vnde & apud Arimenum conuenire præcepit Occidentales, apud Tyrum uero Orientales. In quibus synodis Homousiani nequaq̄ Arrianis communicantes, ea de re cæteris in locis diuersa celebrantes Concilia, turbulentiorē contra catholicos generarunt tempestatem. Constantius uero hortatu perfidorum nunc blanditijs, nunc minis instās, nec sic ad unanimitatem eos perducere potuit episcopos: sed frustratus est suis conatibus, & maiores hinc inde in ecclesijs emergebāt discordiæ. Insistentibus autem Arrianis ad tantam peruenit dementiā Constantius, ut quosdam in deo gradus crederet, in sinum eius, dū in deo deos quærit, rangq̄ per Scudo Tyrum inducitur. Peruerso igitur zelo potestas armatur illusa, & sub nomine pietatis uis persecutionis agitat, de noua nominis electione contenditur, ut Arrianorum potius ecclesiæ, q̄ catholicorum sint.

De persecutione Athanasij, aliorum catholicorūq; episcoporū. Cap. IIII.

ERgo efferatus rex instinctu Arrianorum, primum Athanasium persequitur. Qui cum quereretur ad pœnam, a Maximino Treuirorum episcopo, qui tūc satis clarus habebatur, honorifice susceptus est. Paulum uero successorem Alexandri Constantinopoleos episcopum, uirum laude dignum, in exilium detrudi iussit, & in locum eius Macedonium crudelem hæreticum subrogauit. Sed dum Hermogenes magister militiæ regis imperio & Arrianorum factione Paulum deportare conaretur in exilium, Constantinopolim a populo tractus catholico, interemptus est. Paulus autem præfecti Philippi fraude circumuētus, postmodum in exilium est trusus, & ibi ab eodem strangulatus, quia fautor Macedonij atq; Arrianorum erat. Hinc iam Liberius Romanæ sedis episcopus exilio damnat, qui noluit hæreticis communicare, & in damnationem Athanasij subscribere. Sed dum Romam Constantius ueniret, matronarum nobilium Romanorum pro eo satisfactionem suscipiens, ad propriam

propriam eum reuocauit sedem. Tamen quibusdā suspectus fuit, q̄d tædio exilij superatus, subscripserit. Cognouerat etiā, quod Felicis illius successoris, clerus & populus urbis cōmunionem uelut hæretici declinarent: eiusq; solēnijs nequaq̄ interessent. Ea quoq; tempestate Eusebius Vercellensis et Hilarius Pictauiensis, cæteriq; religiosi ac catholici episcopi & presbyteri per diuersa mittuntur exilia. Hinc uarijs afflictionum modis nō suæ partis Arriani omnes persequunt episcopos: assensu pbente eis principe. Fiūt intestina bella, ecclesiarum deprædationes: diuersæ conditionis, ætatis & sexus hominum multis in locis clades & mortes. Quas persecutiones nefandas sequitur terræmotus horribilis, qui plurimas orientes solo strauit, sed ista in hoc compendioso sufficiant opere.

De prælijs Constantis contra Parthos & Francos, ac de morte ipsius, vbi tunc Franci habitauerint. Cap. V.

NVnc autē ad cœptum historiæ reuertamur seriem. Igit Cōstans aduersus Persas & Saporē, qui Mesopotamiā uastauerat, IX. p̄lijs parę prospere decertauit: nouissime seditione atq; intempestiua militū noctu adoriri pugnā coactus, patratā pene uictoriā insuper uictus amisit. Igitur uario euētu aduersum Francos a Cōstante pugnatur. Demum Frāci a Cōstante perdomiti, & pax cum eis facta est. Porro beatus Hieronymus in uita Hilarionis facit memoriam de Francis, ubi tunc habitarent. Dicit em̄: Nancq; Candidatus Constantij imperatoris Rutilius coma & candore corporis indicans prouinciā inter Saxones & Alamannos: gens eius non tam lata q̄ ualida, apud historicos Germania nunc Francia dicitur. Igitur post cum se intolerandis uitijs dedisset Constans, ac pene prouincialium fauorem militum compararet, Magnentij dolis in oppido, cui Helena nomen est, proximo Hispaniæ, interfectus est.

De tyrannide Magnentij atque Nepotiani, & de eorum interfectoribus. Cap. VI.

MAgnentius em̄ apud Augustudunū arripuit imperium, q̄d cōtinuo per Galliā, Aphricā, Italiāq; porrexit. In Illyrico autē Vetranionem ætate grandæuū, imperatorē sibi milites creauerūt: uirę natura simplicē, cunctisq; iucundū, sed qui ne prima quidē unq̄ literarę elementa didicisset. Itaq; cum primas literas, literarumq; syllabas imperator senex interdū inuitus meditaret, a Cōstantio, qui tunc in Magnentium ultione fratris accensus bellum parabat, deponere iussus imperiū: abijciens cum literis purpuras, cōtentusq; priuatis, palatiū simul, scholamque dimisit. Nepotianus deinde Romæ Cōstantini sororis filius gladiatorū manu fretus inuasit imperiū, qui deinde cum improbus ac per hoc inuisus cunctis esset, a Magnētianis ducibus oppressus est. Sequit bellum illud horribile inter Cōstantium, Magnētiumq; apud Mursam urbē gestū, in q̄ multa Romanorę uiriū profligatio, etiā in posterę nocuit. In q̄ bello pene nunq̄ amplius Romanę cōsumptę sunt uires, totiusq; imperij fortuna pessundata. Magnētius tamē uictus aufugit, ac nō multo post apud Lugdunū

Universidad de Deusto
Biblioteca

propria se manu interfecit, Decētius quoq; frater eiusdem, quem Cæsarem Gallis præfecerat, apud Senonas laqueo uitam finiuit.

De Gallo Cæsare facto à Constantio, ac maturius interfecto. Et de Iuliani Galli fratris prælijs contra Germanos & Francos. Et qualiter inuasit imperium, Cap. VII.

COntinuo Constantius Gallum patrui filium Cæsarē legit, quem rursus crudeliter ac tyrannice agentē, paulo postq̄ crearet, occidit. Syluanū quoq; per Gallias rebus nouis inhiantē, mature circumuenīēdum, opprimēdumq; curauit. Igitur Syluano interfecto, Iulianum patruelē suum Galli fratrē Cæsarem creatū, misit ad Gallias. Itaq; Iulianus Cæsar euersas, oppressasq; ab hostibus Gallias strenuissime in integrum restituit. Iste in campis argentarijs apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias deleuit. Stabant acerui montium similes, fluebat cruor fluminum in modum. Captus rex nobilis Nodomarius: fusi oēs optimates eius, redditus limes Romanæ possessioni, ac postmodum cum Alamanis dimicans, potentissimum eorū regem Badomarium cepit. His elatus successibus fastigiū usurpauit Augusti: & mox Italiam, Illyricumq; peruadens, Constantium Parthicis prælijs occupatum regni parte priuauit. Hinc Cōstantius urgere legationibus, ut in statum, nomenq; pristinum reuertatur, monuit. Iulianus mādatis mollioribus refert, se sub nomine Celsi imperij multo officiosius pariturum. Cōstantius Iuliani scelere compertо, dimissa expeditione Parthorum, dum ad ciuile bellum reuertitur, in itinere inter Ciliciam, Cappadociamque defunctus est. Ita ille, qui discissa pace & unitate fidei catholicæ, Christianos aduersus Christianos armans, ciuili (ut ita dicam) bello ecclesiæ membra dilacerauerat, totum inquieti temporis imperij molestissimum spacium uitæ suæ bellis ciuilibus etiam propinquos et consanguineos excitatis, exercuit, exegit, expendit. Imperauit autem annos uigintiquatuor, menses quinq; cum fratribus Cōstantino atq; Constante. Quibus mortuis, Magnentio, cæterisque tyrannis extinctis, gubernacula totius orbis Romani eius ditioni submissa sunt.

Memoria nobilium scriptorum ac mirabilium patratorum, qui eo tempore claruerunt. Cap. VIII.

QVO imperante claruerunt uiri eruditi, quorum scribendo extant monumenta: Antonius monachus, cuius uitam Athanasius episcopus Alexandrinæ ecclesiæ insigni uolumine prosecutus est. Misit Aegyptiacæ ad diuersa monasteria, apostolico sensu, sermoneq; epistolas septem, quæ in Greçam linguam translatę sunt: quarum præcipua est ad Arsetas. Floruit præcipue Constantino, & filijs eius regnantibus. Qui de Paulo quodam Thebeo, miræ beatitudinis uiro ad se ueniētibus plurima referebat, cuius exitum HIERONYMVS breui libello explicuit. Basilius Ancyranus episcopus artis medicinæ, scripsit contra Marcellum de uirginitate librum, & nonnulla alia: & sub rege CONSTANTIO Macedoniæ partis cum Eustasio Sebasteno fuit.

fuit. Theodorus Heracliæ Thraciarę episcopus fuit, elegantis, apertiq; sermonis, & magis historicæ intelligentiæ, ædidit librū sub Cōstantio principe, & cōmentarios in Matthæū, & in Iohannē, & in Apostolū, & in Psalterium. Triphilus Cypriledēsis siue Leocotheon episcopus eloquētissimus suæ ætatis, & sub rege Cōstantio celeberrimus fuit. Leguntur in Cāticum Canticorę cōmentarij eius, & multa alia cōposuisse ferunt, quæ in nostras manus minime peruenerūt. Donatus, a q̄ Donatiani p Aphricā sub Cōstantio & Cōstantio principibus, asserens a nostris scripturas in persecutione ethnicis traditas, totā pene Aphricā, & maxime Numidiā sua persuasione decepit. Extāt eius multa ad suā hæresim pertinentia, de spiritu sancto liber Arriano dogmati cōgruens. Asterius Arrianæ philosophus factionis, scripsit regnante Cōstantio in epistolā ad Romanos, & in Euāgelia, & in Psalmos cōmentarios, & multa alia, quę a suæ partis hominibus studiose legūtur. Lucifer Caralitanus episcopus, cum Pancratio & Hilario Romanæ ecclesiæ clericis, a Constantio imperatore sub Liberio episcopo pro fide in exilium pulsus, cum nollet sub noīe Athanasij Nicænam dānare fidem, & in Palestinā relegatus, miræ cōstantiæ animi, & pparatus ad martyriū contra Cōstantium imperatorē scripsit librum, eiq; legēdum misit, ac nō multo post sub Iuliano principe reuersus est Caralis, Valentiniano regnante, obijt. Eusebius natione Sardus, & ex lectore urbis Romę Vercellensis episcopus, ob confessionē fidei a Cōstantio principe Scythopolim et inde Cappadociā relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiā suam reuersus, ędidit in Psalmos cōmentarios Eusebij Cæsariensis, q̄s de Græco in Latinū uerterat: & mortuus est sub Valētiniano & Valente regnantibus. Fortunatus natione Apher, Aquileiensis episcopus, imperāte Cōstantio, in Euāgelio titulis ordinatis breui sermone ac rustico scripsit cōmentarios: et in hoc habet detestabilis, q̄d Liberiū Romanæ urbis episcopū pro fide in hoc tēpore ad exilium pergentē primus solicitauit & fregit: & ad subscriptionē eum here seos cōpulit. Acatius, quem qa luscus erat, Auoni, oaron nuncupabant, Cęsariensis in Palestina episcopus, lib. in Ecclesiasten, X. & VII. uolumina: et multos p̄terea, diuersosq; tractatus cōposuit. In tm̄ autem sub Cōstantio imperatore claruit: ut in Liberij locum Romæ Felicē episcopum cōstituerit. Serapion Thimeus episcopus, q ob elegantiā ingenij cognomen scholastici meruit, charus Antonio monacho: ædidit aduersum Manichęum egregium librū, & de Psalmorę titulis alium, & ad diuersos utiles epistolas: & sub Cōstantio principe inclytus fuit. Qua etiā tēpestate Iacobus Iusibenus episcopus, q multis claruit mirabilibus, fuit. Inter cętera per eū patrata miracula, dū Nisibin uastata Mesopotamia a Sapore Persarę rege ciuitas obsideret, cum ingētibus copijs diebus LXX. ac deinceps, murus impetu fluminis, quem exercitus interpositis cataractis artificiose suspenderat, atque inundare retro coegerat. Quibus sublatis, uim non sufferens, corruit murus: ipsum uero murum sacris orationibus suis uir dei nocte interposita ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

integrum reſtauravit. Sapora die ſequenti, dum per alueum fluminis atque murorꝫ ruinam ciuitatem inuadere ſe crederet, uidens murꝫ cum repugnaculis reſtitutum: quem cum ſibi aſſiſtentibus non ſolum reſtauratio muri terruit, ſed etiam alia uiſio perturbauit. Vidit enī ſtantem ſupra murꝫ quendam imperiali ſchemate circumamictum, & tam purpura quam diademate reſplēdere. Arbitratus autem eſſe Romanorꝫ imperatorem, mortem minatus eſt eis, qui nuntiauerant non eum illic eſſe præſentem. Quibus affirmantibus uera ſe dixiſſe, & Conſtantium Antiochiæ commorari, ex uultu quem uidebat, agnouit eorꝫ uerba eſſe ueracia, & ait: deum bella gerere pro Romanis. Attamen talibus ſignis cognitis, ab obſidione minime recedebat. Igitur prædictus epiſcopus hortatu obſeſſorꝫ ad murum accedens, ut Perſarum caſtra aſpiciendo malediceret: Quibus aliam non intulit maledictionem, niſi cyniphes & culices in eos ut immitteret dñs, ut per parua animalia ſupernā uirtutem potuiſſent agnoſcere. Cuius orationem tantæ nebulæ ſubſecutæ cyniphum & culicum, replentes caſtra Perſarꝫ, ut elephantes & equi uim non ferentes, earꝫ acies perturbarent & caſtra cōfunderent, atq; in diuerſa diſcurrendo deſerta peterent. Talibus rex potentiſſimus cum innumerabili exercitu perterritus, obſidione ſoluta receſſit cōfuſus. Hic nanq; Iacobus unus ex eorꝫ numero fuit confeſſorꝫ, qui ſub Maximiano perſecutore claruerunt, & qui in Nicæna ſynodo Arrianum dogma damnauerunt. Scripſit enim XX. & VI. libros Syro ſermone, id eſt, aduerſus omnes hæreſes, de charitate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectione erga proximum, de reſurrectione, de uita poſt mortem, de humilitate, de pœnitentia, de ſatiſfactione, de uirginitate, de ſenſu animæ, de circunciſione, de actione benedictionis, quod in Iſaia legitur, non exterminatus botrus: de Chriſto, quod filius dei ſit conſubſtantialis patri, de caſtitate, contra gentes, de cōſtructione tabernaculi, de gentium conuerſatione, de regno Perſarꝫ, de perſecutione Chriſtianorꝫ: compoſuit & chronicon minoris quidem Græcorꝫ curioſitatis, ſed maioris fidutiæ: quia diuinarꝫ tantum ſcripturarꝫ authoritate conſtructum, comprimit ora eorꝫ, qui præſumptuoſa ſuſpitione de aduentu Chriſti domini noſtri inaniter philoſophantur. Moritur hic uir Conſtantij temporibus, & iuxta præceptum patris eius Conſtantini, in ara muri Niſibin ſepelitur, ob cuſtodiam uidelicet ciuitatis: quod ſecundum fidem Conſtantini euenit. Nam poſt multos annos ingreſſus Iulianus Niſibin, & uelut gloriæ ſepulti intuidens, uel fidei Cōſtantij, cuius ob id domum perſequebatur, iuſſit efferri de ciuitate ſancti corpus, & poſt paucos menſes conſulendæ licet Reipublicæ Iouinianus imperator, qui Iuliano ſucceſſerat tradidit Barbaris ciuitatem. Hinc Sapora Perſarꝫ rex Chriſtianos perſequitur. Cōſtantio igitur imperante, ut ad ordinem hiſtoriæ redeamus: Gallus Cæſar Iudæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum inuaſerant, oppreſſit: cæſis multis hominū milibus, uſq; ad innoxiam ætatem, & ciuitates eorꝫ, Dio Cæſaream, Tyberiadem, & Dioſpolim, plurimaq; oppida

pida igni tradidit: nōnulli nobilium Antiochię a Gallo interfecti. Tytianus tunc uir eloquens, pfecturam prętorio apud Gallias amminiſtrabat. Victorinus Rhetor & Donatus grāmaticus pceptores Hieronymi Romæ inſignes habētur: e quibus Victorinus etiā ſtatuā in foro Traiani meruit. Quibus diebus reliquiæ apoſtoli Timothei Cōſtantinopolim inuectæ. Cōſtantio uero Romam ingreſſo, oſſa Andreæ apoſtoli, & Lucæ euangeliſtæ a Conſtantinopolitanis miro fauore ſunt ſuſcepta. Hilarius itaq; cum apud Conſtantinopolim librum pro ſe Conſtantio porrexiſſet, ad Gallias redit, qui reuerſus Ariminenſis perfidiæ dolos in Gallia damnat.

Qualiter Iulianus à Chriſtianiſmo ad idololatriam ſit conuerſus, ac iuſtas demum luit pœnas. Cap. IX.

IVlianus cōperta morte Conſtantij, imperij ſummā ſolus obtinuit anno uno & mēſibus octo: Chriſtianā religionem arte potius, q̄ poteſtate inſectatus. Vt negaret fides Chri, & idolorꝫ cultus ſuſciperetur, honoribus magis prouocare, q̄ tormentis cogere ſtuduit. Aperto tamen pcepit edicto, ne qs Chrianus docendorꝫ liberalium ſtudiorꝫ profeſſor eſſet. Sed tm ſicut a maioribus cōpertum habemus, oēs ubiq; propemodum pcepti cōditiones amplexati, officium q̄ fidem deſerere maluerunt. Multi etiam Chriano rꝫ tunc honores ambiendo ſpōte corruerunt. Hic nanq; Iulianus, qui dum fuerat Chriſtianus, & poſtea proditor eſt effectus, dum eſſet iuuencu lus, tōſus monaſticā ſimulabat uitā, & latenter quidē exercebat in philoſophia, in manifeſto autē ſacros Chriſtianorꝫ legebat libros. Denicq; in eccleſia Nicomedię lector eſt cōſtitutus, et ſub hoc habitu furorē declinauit imperatoris. Hęc quidē pro timore faciebat, qa uerebat Conſtantiū imperatorem, qui fratrē eius Gallū occiderat, & ſe ſuſpectū apud eum nouerat. Legebat itaq; apud paganorꝫ philoſophos, quorꝫ inſtinctu cœpit imperialia ſceptra deſiderare. Quamobrē diſcurrens uniuerſam Helladā uates quęrebat, reſpōſa reddentes, cōſulens ſi ad imperiū peruenire t, inuenitq; uirꝫ, qui ei deſiderata ſe dicere fateret. Is eum perducēs ad quendā idolorꝫ locum, & intromittens in adytū, ſeductores dæmones euocauit. Quibus ſolēniter apparentibus, terrore cōpellitur Iulianus in fronte ſua crucis formare ſignaculum. Tunc dæmones trophæi dñici figuram reſpicientes, & ſuæ recordati deuictionis, repente diſparuerūt. Quod agnoſcens magus, cœpit culpare Iulianum. At ille & terrorē ſignificauit, & crucis ſe dixit obſtupuiſſe uirtutē, eo q̄d uidentes hoc ſignū dęmones, euanuerunt. Porro magus: non hoc ſuſpiceris, inquit, o bone uir, quia timuerint, ſicut ais, ſed abominati hoc ſignū potius abſceſſerunt. Et ita capiens miſerum, odio repleuit Chriſtiani ſignaculi Iulianum. Poſt hæc igitur imperator euocauit Iulianum, & conſtituit Cæſarem, danſque ei coniugem Conſtantiam ſororem ſuam, contra Barbaros eum deſtinauit ad Gallias, ut in ſuperioribus diximus. Igitur Iulianus ut ſolus obtinuit principatum primum uelut arguens perperam geſta Conſtantij, epiſcopos iubet de exilijs relaxari: poſt uero aduerſum noſtros

Universidad de Deusto
Biblioteca

tota nocendi arte consurgit. Qui cum astutus atque callidus esset deceptor, Iudæos ob Christianorum odium Hierosolymam undique conuenire iubens, & ex publico eis expensas largiri præcipiens, ut templum reædificarent, & ibi hostias legales immolarent: ut sic falsam Christianismum abolere posset. Sed mira dispensatione maxima pars Iudæorum, qui illuc conuenerant, terræmotu perempta, reliqui uero flammis ultricibus exusti. Qui autem superfuerũt, signum etiã crucis tam in cœlo quam et in uniuscuiusq; ueste cernentes, quod si nolentes, nequaquam ex eis delere poterant. Itaque inuiti compulsi sunt CHRISTVM dei filium fateri, quibus signis territi discesserunt. Igitur imperator dudum studens paganitatem in omni sua ditione dilatare, grauiter ferebat: uidens Christianos potius approbari: arbitratus est statum exuita bona & conuersatione Christianitatis consistere: studuit ubique templa paganorum constructione & ordine Christianæ religionis ornare, sedibus atque processionibus, paganorumque dogmatibus atq; monitionibus lectores suę superstitionis instituit ad instar clericorum, ut horas certas & dies & orationes solenniter obseruarent, præcipiens pariter habere curam, uiros philosophari scientes, habitaculis peregrinorum & pauperum, aliacq; prouidentia circa egenos exhibita paganorum religioni componere, & pietatis habere nomen. Si quis autem sponte uel inuitus peccaret, secundum traditionem Christianorum instituit, ut post pœnitentiam mediocrem sustinerent correctionem. Hæc itaq; faciens imperator ad destructionem Christianorum, neq; suadere subiectis prævaluit, & aperte uim inferre palam erubuit. Habens itaq; Iulianus plurimum uanæ gloriæ uitium cunctos ante se principes lacerauit in oratione, quam de Cæsaribus scripsit: & ipse post Iulium imperatorem primus in senatu, quæ commentatus fuerat, recitauit. Hac ergo arrogantia motus, etiam contra Christianos conscripsit libros. Vt ergo cocos atq; tonsores expelleret de palatio, opus philosophi non tamen imperatoris egit: Vt autem detraheret atq; lacerare, nec philosophi nec principis fuit. Qui post omnia contra Christianos argumenta diaboli ac suæ calliditatis per Romanum orbem disposita, nimis gloriæ cupidus (illum em̃ uanitas flagrantior pernicerat) bellum aduersum Parthos parãs, cum Romanas uires cõtractas undiq; ad destinatam secum traheret traditionem, Christianorum sanguinem dijs suis uouit, palam persecuturus ecclesias, si uictoriam potuisset adipisci. Nam et amphitheatrum Hierosolymis extrui iussit, in quo reuersus a Parthis, episcopos, monachos omnesq; eius loci sanctos, bestijs etiam arte quadam sęuioribus obijceret, spectaretque laniandos. Itaq; postquam a Thesiphonte castra mouit, dolo cuiusdã transfugæ in deserta perductus, cum ui sitis et ardore solis atq; insuper labore arenarum confectus periret exercitus: Imperator tanto rerum periculo anxius, dum per uasta deserti incautius euagatus a suorum erraret agminibus, ab obuio quodam hostium equite, conto ilia ictus, interijt. Qui accepto lætali uulnere, sanguinem proprium spargens in aera, clamauit: VICI

VICISTI GALILAEE, VICISTI. Solitus quippe erat Christianos uocare Galilæos. Sic misericors deus impia cõsilia impij mortem dissoluit: quia deum authorem omnium sponte deseruit, nefarijs cõfisus artibus magicis suæ lenitatis petulantia, quasi omnibus audacior cunctos anteiret, meritas luit pœnas. Nõ enim decet Imperatorem audacia alijs præferri, sed moderatione & salubribus cõsilijs. Cuius salus propria cum semper ad securitatem omnium, in bello maxime, conseruanda est.

De pędagogo Christiano & Iuliano Saba, qui impij Iuliani Cęsaris apud Persidem prædixerunt perditionem. Cap. X.

QVA etiam tempestate in Antiochia uir quidam optimus pædagogus adolescentium habitabat, eratq; illic famosissimus sophista Libanius impius, expectansq; Iuliani uictoriam, habẽs præ oculis eius minas. Interrogauit ergo pædagogum, quasi nostram deridẽdo religionem: Nunc, inquit, fabri filius quid putas agit? At ille quod post paululum contigit, impletus gratia diuina prædixit. Respondit em̃: O sophista: creator oĩm, quem tu fabri filium nominasti, locellum sepulturæ Iuliano componit. Post paucos enim dies mors illius nuntiatur erronei, & in locello positus, est aduectus, minarumq; timor euacuatus est. Tunc etenim Iulianus religiosissimus cognomento Saba, cum illius impij minas audisset, continuo ingemiscendo ac flendo elementi domino supplicans subito lachrymarum eius fluuius restitit, fuitque alacritate completus & eius uultus exhilaratus. Hanc animi permutationem eius ministri respicientes, rogauerunt ut eis causam repentini gaudij patefaceret. Tunc ille dixit: Ferus sacræ uineæ deuastator pœnas exactus est uastationis suæ, iacetque mortuus, terroribus, miniscq; frustratus. Hæc agnoscentes omnes exultauerunt, deoque hymnos gratificos obtulerunt. Postea uero a nuntijs est cõpertum, eandem fuisse diem simul & horam necis Iuliani, quam ille sacratissimus senior cognouit atque prædixit.

Qualiter Iouianus à militibus imperator creatus, exercitum reduxit à Persida. Cap. XI.

MIlites igitur in maximam æstuationem uenientes, omissa omni dilatione, altera die Iouiano insulas imperatoris imponunt. Erat enim uir fortis & nobilis, & illo tempore millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege proposuit: ut aut sacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere, quam imperatoris præceptionibus impijs obedire. Hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitatem inter uiros militares habebat. Qui cum uiolenter a militibus ad imperium traherentur, clamabat dicens: non se uelle paganis hominibus imperare, cum ipse Christianus existeret. Cumque uox omnium communiter proclamasset dicentium se quoque esse Christianos, suscepit imperium. Cogitabat itaque IOVIANVS de communi salute, & quomodo posset de medio hostium illęsum exercitum liberare, nec indiguit grandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

consilio,sed seminibus pietatis utilissimum uindemiauit fructum. Repente nanq; suam prouidentiam deus ostendit, et fluctuationem eius ad portum tranquillitatis adduxit. Dum enim huius angustiam Persarum rex agnos uisset: missa legatione petiuit pacem. Deinde cibaria militibus destinauit, & forum uenaliū eis præparari in deserto precepit: celebratisq; fœderibus exercitum reduxit incolumem. Quæ pacta quātum ad gloriam Romano rum turpia, sed tempori necessario congruebant. Amissa nanque Syria & tradita Persis Nisibin Mesopotamiæ ciuitate, discessit. Hæc itaq; nuntia Christianos confortauerunt, Paganis intulerunt luctum. Porro milites in cautum Iuliani feruorem ualde culpabant: causamq; damni finiū Romano rum ei potius inferebāt, quod a Persa quasi proditore seductus, naues quæ per fluuium frumenta deueherent, incendit: & famem militibus irrogauit. Fefellit eum itaq; superbia, iactātia, sophisticis inflatum disciplinis: quibus gloriabatur superstitiosus idolorum cultor, dicendo, felicia fore tempora, quibus ipse rerum potiretur imperio. Sed ubi Iouianus in XX. & IX. annos pace cōposita ad Romanum regressus est solum, clariorq; lux nostro se orbi ex orientis partibus aborta diffudit: Rempublicam quasi post nimias procellas omni moderatiōe aggreditur reparare: ecclesiarum uero cu ram non in secundis habere: nec tamen incaute, ut Constantius egerat, sed la psu prædecessoris ammonitus. Primum hoc conscripsit, ut episcopi de exi lio remearent, & ecclesias eis reddendas esse professus est, qui expositam in Nicæa fidem inuiolabiliter seruauerunt.

De reuocatione Athanasij. Et qualiter illius consilijs usus ecclesiastica tra ctauit negotia Iouinianus. Cap. XII.

HInc honorificis & officiosissimis literis Athanasium requirit: ab ipso formam fidei & ecclesiarum disponendarum suscepit mo dum. Athanasius autem perfectam diuinorum dogmatum disci plinam remisit expositam, apostolicis dogmatibus congruentem quibus Imperator instructus hæreticorum euitaret prauissimas callidita tes, & ecclesijs redderet pacē catholicis. Igitur post paruum interuallū ma gnus Athanasius deo amabilem Imperatorem uidere desiderās, uenit Anti ochiam & principem, de quibus oportebat, edocuit. Quidam aiunt, quod eum ipse magis euocauerit Imperator, ut quæ necessaria pro religione & re cta fide uidebantur, exponeret: disponēsq; ut decebat causas ecclesiæ de re uersione cogitabat. Porro Athanasium amicum sibi maximum factum de stinauit in Aegyptum, ut sicut ei uideretur, causas ecclesiarū populosq; di sponeret: interminans derogatoribus dignas correptiones, quoniam noue rat immerito per iniquas calumnias multa Athanasium incommoda pas sum. Verum Imperator propositum hoc habebat, ut blandimentis & suā sione uerborum, discordantium contentiones abscinderet: dicens nulli qui dem se q̄modocunq; credentium fore molestum, eos tamen diligere, & ni mis honorare, qui Niceni Concilij decreta ecclesiasticæ unitati seruarent, in qui-

bus unitas continetur ecclesiastica. Sed hęc tam pia, tam lęta principia mors immatura corripuit. Qui dum ad Illyricum rediens per Galatiam iter agit, Constantinopolim accelerans: Dadastenæ moritur, XVIII. mense, quam imperare cœperat, XXXVIII. ætatis anno.

De Valentiniano à militibus Imperatore facto. Et quid illo regnante dignum memoria contigerit. Cap. XIII.

POstq̄ Valentinianus apud Nicæam consensu militum Imperator creatus est, mansit in eo annis XI. Qui cum Christianus integra fide sacramentum militiæ gereret, & sub Iuliano Augusto tribunus scutariorę iussus ab Imperatore sacrilego, aut immolare idolis aut militia cedere: fideliter sciens & gratiora esse dei iudicia & meliora promissa, spōte discessit. Ita parua interiecta mora Iuliano interfecto ac mox Iouiano mortuo, qui pro nomine CHRISTI amiserat tribunatum, retribuente CHRISTO in locum persecutoris sui, accepit imperium. Is enim non modo fortitudine, sed etiam prudentia, temperantia atque iustitia & corporis magnitudine præfulgebat. Sic enim fuit regalis pariter & urbanus, ut dum exercitus tentasset ei alium sociare consortem, ille responderit: Vestrum, inquit, fuit, o milites, Imperatore non existente mihi dare regimen Imperij: uerum ubi hoc ego suscepi, meum iam & non uestrum est, de rebus cogitare communibus. Cuius uerba mirati milites, eius secuti sunt uoluntatem. At ille postea fratrem suum Valentem participem fecit Imperij: Procopium tyrannum plurescq; postea satellites eius occidit. Terræmotus per totum orbem factus, ita quoque turbatum pelagus excussit, ut per uicinas terrarum campestrium partes refuso mari plurimæ insularum urbes concussæ & subrutæ perisse ferantur. VALENS ab Eudoxio episcopo Arriani dogmatis assertore, & baptizatus & persuasus, in sæuissimam hæresim declinauit. Sed malignam infectationem diu texit, nec uoluntati potestatem admiscuit: quo ad uiuentis fratris authoritate compressus est. Contemplabatur enim de eo quantam uim in ulciscenda fide Imperator posset exercere: qui tantam constantiā pro retinenda quondam milites habuisset. Horum anno Imperij tertio: Gratianus Valentiniani filius Imperator est factus. Eodem anno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Præterea ATHANARICVS rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissime persequutus plurimos Barbarorum ob fidem interfectos, ad coronam martyrij sublimauit. Quorum tamen plurimi in Romanum solum, non trepidi uelut ad hostes, sed certi quia ad fratres pro CHRISTI confessione, fugerūt. VALENTINIANVS Saxones gentem in Oceani littoribus, & paludibus inuijs sitam, uirtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus eruptionem magna mole meditantes: in ipsis FRANCORVM finibus oppressit. Burgundionum quoque nouorum hostium nouum nomen, qui plusquam septuaginta milia (ut ferunt) armatorum ripæ Rheni fluminis insede-

Universidad de Deusto
Biblioteca

insederunt. Hos quondam subacta inferiore Germania a Druso & Tyberio adoptiuis filijs Cæsaris, per castra dispositos, in magnam coaluisse gentem: atq; ita etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per militem habitacula constituta, burgos uulgo uocant: eorumq; esse prevalidam & pernicioſam manum, Galli hodieq; testes sunt. Cum quibus præsumpta possessione consistunt, quamuis prouidentia dei Christiani omnes modo facti, catholica fide nostrisq; clericis quibus obedirent receptis, blande, mansuete, innocētiq; uiuunt, non quasi cum subiectis Gallis, sed uete cum fratribus Christianis. Anno autem XI. regni sui Valentianus cum Sarmatæ sese per Pannonias diffudissent, easq; uastarent, bellum in eos parans apud Prigitionem oppidum subita effusione sanguinis, quod Græce apoplexis uocatur, suffocatus & mortuus est.

De filijs Valentiniani, qui post eum regnauerunt partibus occiduis, & de Valente Orientis Augusto. Cap. XIIII.

POst quem Gratianus filius eius occidentis imperium tenuit, Valente patruo in orientis partibus constituto: Valentinianum etiam fratrem suum paruū admodum socium creauit imperij, q̄uis non essent de una matre progeniti. Nam Valentinianus senior dudum laudante Seuera uxore sua, cuius filius Gratianus fuerat, pulchritudinē lustinæ uirginis quam suæ familiaritati unierat & nudam balneis conspicendo adamauerat. Hinc amore cōcepto imperatrix Seuera, uenustatem corporis puellæ marito indicat. Qui confestim sibi eam sociauit in matrimonium, nec tamen priore abiecta legesque propter illas sanciuit, ut omnes uiri qui uoluissent, impune bina matrimonia susciperent. Accepta ergo (ut diximus) Valentinianus Iustina: edidit ex ipsa Valentinianum iuniorem, & filias tres, Iustam, Gratam, & Gallam. Gallam uero postea maior Theodosius Imperator duxit uxorem: ex qua Placidia ei filia noscitur esse progenita. Nam Archadium & Honorium ex Placella priore coniuge, habuisse cognoscitur. Imperantibus prædictis principibus Athanasius Alexandriæ doctrina ac religione uera in pace degens clarus satis habetur: qui sub Constantio ac Iuliano principibus multa pertulerat incommoda pro fide nostra. Feruntur eius aduersum gentes libri II. & contra Valentem & Vrsacium liber I. & de Virginitate liber I. & de persecutionibus Arrianorum plurimi: & de Psalmorum titulis, & in historia Antonij monachi uitam eius continentes epistolæ: & multa alia, quæ enumerare longum est. Hilarius urbis Pictauiorū Aquitanicæ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi de synodo Biterrēsi Phrygiam relegatur, duodecim aduersum Arrianos confecit libros: & alium librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos scripsit: & in Psalterium commentarios, primum uidelicet & secundum, & a quinquagesimo usq; septuagesimū secundum, & a centesimo octauo decimo usque ad extremum. In quo opere imitatus est Adamantium: nonnulla etiam de suo sensu addidit. Est eius & ad Constantinum libellus

lus quem ei uiuenti Constantinopolim porrexit, & alius in Constantium quem post mortē eius scripsit: & liber aduersum Valentem & Vrsacium historiam Ariminensis & Seleucensis synodi continens, & ad p̄fectum Salustium siue contra Dioscor., & liber hymnor. & mysterior. alius, & cōmentarios in Matthæum scripsit, & tractatus in Iob: quos de Græco Adamantij ad sensum transtulit. Est & alius elegans libellus eius cōtra Auxentium: & nōnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum in Cātica Canticor. insigne uolumē: sed a nobis hoc opus ignoratur. Qui ab exilio reuersus uelut splēdidum lumen Gallias irradiauit: cæteraq; prouincias suo sacro dogmate a peste Arriana liberauit. Mortuus est Pictauis, Valentiniano & Valente regnantibus. Titius Bostrenus episcopus, sub Iuliano & Iouiniano atq; Valētiniano principibus fortiter aduersum Manichæos scripsit libros, & nōnulla alia opuscula. Moritur sub Valente.

De Ambrosio & cæteris doctoribus, qui sub principibus prædictis claruerunt. Cap. XV.

INterea siquidem, defuncto apud Mediolanum Auxentio hæreticorum episcopo utriusque partis populi diuersis studijs ferebātur, dissensio grauis & periculosa seditio urbi propriæ maturum parabat exitium, si pars utraq; cum diuersum uellet, nequaquam quod proposuerat obtineret. Ambrosius tunc consulares eiusdem prouinciæ fasces gerebat. Is cum perniciem ciuitatis uideret impendere, pro loco atque officio suo, confestim ecclesiam seditionem populi mitigaturus ingreditur. Cumque inibi multa secundum leges & publicam disciplinā pro quiete & tranquillitate peroraſſet: pugnantis inter se & dissidentis subito clamor & uox una cōsurgit, Ambrosium episcopū postulātium. Baptizari hūc protinus clamatur, erat em̄ catecuminus: & sibi episcopū dari, nec aliter unum populū fore atq; unam fidem, nisi Ambrosius sibi daretur sacerdos. Hoc imperator Valentinianus agnoscens, repente iussit & baptizari, & tanq̄ dignum uirum ordinari pontificem. Nouerat em̄ eius certiorem omni pondere uoluntatem, & totius regulæ secreta subtiliora: arbitratus etiam diuinum in eo esse decretū, dum in eius electione etiam pars cōtraria cōsonaret. Is ergo sacri baptismatis dono potitus, gratiā quoq; suscepit episcopatus. Quo facto hūc hymnum optimus imperator Saluatori & dño obtulisse fert̄, his quippe quæ gerebātur, intererat: Gratias, inq̄t, ago tibi dñe omnipotēs et Saluator noster, q̄m huic uiro ego quidē cōmisi corpora, tu autē aīas, et meā electionē ostēdisti iusti tig cōuenire. Ista de Ambrosio in hoc loco sufficiāt. Qua tēpestate de Gallo græcia Photinus, Marcelli discipulus ordinatus Syrmis episcopus Ebionis hæresim instaurare conatus est, et postea a Valētiniano principe pulsus ecclesia est. Plurima scripsit uolumina, in q̄bus uel p̄cipuus cōtra gentes, & ad Valētinianum lib. I. Optatus Afer, eps Mileuitanus, ex parte catholica scripsit sub Valētiniano et Valēte principibus, aduersum Donatianę partis calūniā lib. VII. in q̄bus asserit crimē Donatianor. in nos falso retorqueri.

Acylius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acylius Seuerus Hiſpanus, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epiſtolarum libri ſcribuntur, compoſuit uolumen quaſi hodœporicum, totius uitæ ſuæ ſtatum continens, tam proſa quam uerſibus: quod uocauit Cintacipoian ſiue petram: & ſub Valentiano principe obijt.

De male geſtis Auguſti Valentis contra Catholicos, & de perſecutione eius. Cap. XVI.

IGitur tempore, quo Valens a fratre Valentiniano ad conſortium imperij eſt aſcitus, apoſtolicis dogmatibus ordinabatur. Cum uero Gothi tranſiſſent Hiſtrum, et Thraciam peragrarent: collecta militia pugnare cogitabat aduerſus eos. Cui placuit, ut non nudus ſacra gratia dimicaret ſed ſancti baptiſmatis munitus armis, & hoc quidem bene placuit & ualde ſapienter. Quod uero poſtea geſſit magnam animi molliciem & proditionem ſignificat ueritatis, ea nanq; infelix paſſus eſt, quæ progenitor Adam. Coniugis enim eſt ſeductus alloquio, & mulieribus uerbis illaqueatus. Illa nanq; primitus Arrianæ fallaciæ captionibus irretita, etiã iſtum ſecum corruere in blaſphemię foueã perſuaſit. Cuius ſeductionis author fuit Eudoxius. Is eñ adhuc Conſtãtinopolitanæ gubernacula tenebat eccleſiæ: non regens ſed ſuam potius mergens nauem. Tunc ergo in ipſo baptiſmatis tempore iureiurrãdo miſerrimũ obligauit: ut & in impietate dogmatis permaneret, & undiq; contraria ſapientes expelleret. Sic igitur ille doctrinam apoſtolicam derelinquens, contrarias partes ſumpſit. Quod uiuẽte fratre timore coactus celauerat, poſt paululum, quæ iurauerat, adimpleuit. Ergo Valens Imperium IIII. annos Valentiniano mortuo tenuit. Qui cum impie ageret, ilico uelut effrenata libertatis audacia legẽ dedit: ut monachi, hoc eſt, Chriſtiani, qui ad unum fidei opus dimiſſa ſeculariũ rerũ, multimoda actione ſe redigunt, ad militiã cogerentur. Vaſtas illas tunc Aegypti ſolitudines arenaſq; diffuſas, quas propter ſitim ac ſterilitatem periculoſiſſimamque ſerpentium abundantiam, couerſatio humana non noſſet: magna abundantium monachorum multitudo compleuerat. Huc tribuni & milites miſſi, qui ſanctos ac uenerabiles milites dei, alio nomine perſecutionis abſtraherent, interfecta ibi agmina multa ſanctorum. Quæ autem per diuerſas ubique prouincias his ſimilibus iuſſis diu aduerſus eccleſias catholicas & rectę fidei populos geſta ſint: ſatis in Eccleſiaſticis hiſtorijs declaratur. Nam & epiſcopos egit in exilium, & preſbyteros ac diaconos & monachos, uſque ad tormenta deduxit, & ignibus tradidit: multaque nefanda & crudelia in eccleſiam dei molitus eſt. Ex diuerſis enim in orbe Romano ſub impio principe, ex alijs ſuffocationibus innumerabilibus tormentis, quibus uinea domini uaſtaretur adinuentis. Quæ hiſtoriographi quorum intentio fuit, ut literis hæc ad futuram poſteritatem porrigerent, comprehendere ad liquidum præ multitudine diuerſarum mortium nequiuerunt. Nos ex multis unum in hoc compendioſo opuſculo inſerere curauimus.

Qualiter Ediſſeni per mulierem filium trahentem ad martyrium furorem declinauerint Valentis. Cap. XVII.

Dicendum quoq; eſt, qđ in Ediſſa Meſopotamiæ geſtum eſſe noſcitur. In hac urbe eſt apoſtoli Thomę baſilica clara nimis pariter & ornata, in qua propter loci reuerentiam collectæ ſæpius celebrantur: quam uolens Imperator inſpicere, & agnoſcens oẽs ſibi odioſos ibidẽ cõuenire, fertur manu percuſſiſſe præfectũ, cur exinde orthodoxos nõ expulerit uniuerſos. Cumq; præfectus iniuriã paſſus inuitus indignationi principis miniſtrare contenderet, nõ eñ uolebat tantis hoſtibus cędes inferre, latenter mandauit ut nullus in illa baſilica remaneret. Sed nemo reſpexit, neq; conſilium neq; terrorẽ eius, oẽs eñ altera die ad locũ orationis pariter confluxerunt. Cumq; præfectus cum multa militũ manu ad baſilicam feſtinaret, ut Imperatoris perficeret iuſſionem, quędã muliercula cũ paupertate degens, filium ſuum manu tractum curſu ad illam baſilicam properans, præfecti interrupit officium. Indignatus uero præfectus mulierem ſibi iuſſit adduci, dixitq; ad eam: O infelix mulier, quo ſic indecẽter curris? At illa: Vbi & alij, inquit, ire feſtinant. Tunc ille: Non audiſti, quia prędfectus illic occiſurus eſt uniuerſos quoſcunq; comperit? Et mulier: Audiui inquit, ideoq; feſtino ut illic inueniar inter eos. Et quo hũc paruulum trahis infantem? Tunc mulier ait: Vt & iſte martyrium ſuſcipere mereatur. Hæc cum audiſſet uir ille concurrentiũ uoluntatem, mox recurrẽs ad principem ſuggeſſit ei, eo q; eſſent oẽs mortẽ pro ſua fide ſuſcipere parati, irrationabile dicẽs, breui tpe tantos occidere. Quo dicto ab ira reuocauit Imperatorẽ. Hoc ergo mõ Ediſſeni furorẽ Impatoris effugiũt. Per idẽ tempus eccleſia uelut pſecutionis igni conflagrãte, purior auri metallo refulgebat. Non eñ in uerbis uniuſcuiuſq; fides, ſed in exilijs & carceribus probabatur: quia nõ honori erat catholicum eſſe, ſed pœnæ.

De ſanctis viris qui tunc floruerũt per Aegyptũ & in cæteris locis. Cap. XVIII.

FLorebat igitur Aegyptus ea tempeſtate, nõ ſolum eruditis in Chriſtiana philoſophia uiris, uerum etiam his qui per uaſtam eremum cõmanentes ſigna & prodigia apoſtolica ſimplicitate uitæ, & cordis ſynceritate faciebãt. Macharius de ſuperiore eremo, aliuſq; Macharius de interiore, Iſidorus in Scythijs, Pampus in Cellulis, Moyſes & Beniamin in Nuria, Scyrion & Helias & Paulus in Apoliote, alius Paulus in Focis, Pæmen & Ioſeph in Piſpiri, qui appellatur mons Antonij. Sed & alios q̃plures huiuſmodi uiros, in Aegypti partibus tũc habitaſſe fideli cõperimus auditu, ut uere cõpleretur Apoſtoli dictum: Quia ubi abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia. Aegyptus eñ præ oĩbus nationibus ſuperſtitioſiſſime diuerſis idolorũ monſtris quondam ſeruierat. Habuit autẽ per idem tempus etiam Meſopotamia uiros nobiles ijſdem ſtudijs pollentes apud Ediſſam & Carram, tum & in cæteris locis: ſed neutra harum infacundior Cappadocia fuit, imo aliquid lætius, quæ Gregorium & Baſiliũ germinauit. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digreſſi ad profitendam Rhetoricam: ſed nutu dei ad diuinam ſunt conuerſi philoſophiam, in qua mirabiliter floruerunt. Tulit igitur &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſa Cappadocia multorum ſanctorum ſegetem ſatis lætam, quorum miracula apoſtolicis actibus congruentia, præ multitudine in hoc opere annotare diſtuli: dum plures propria eruditi uiri condita relinquerent opuſcula, de uitæ merito & conuerſationis eorum ex emplo.

De prælijs in Aphrica per Theodoſium, Theodoſij principis patrem, geſtis, & de prælio in Gallia per Gratianum acto contra Alamanos. Cap. XIX.

INterea in Aphricæ partibus Firmus ſe excitatis Maurorū gentibus regem conſtituens, Aphricam Mauritaniamq; uaſtauit, Cæſareā urbem nobiliſſimam Mauritaniam dolo captam, deinde cædibus incendijsq; completam, Barbaris in prædā dedit. Igitur Comes Theodoſius Theodoſij, qui poſt Imperio præfuit pater, qui illuc fuerat a Valētiniano miſſus, effuſas Mauror; gentes multis prælijs fregit, ipſum Firmum afflictum et oppreſſum coegit ad mortē. Poſt cum experientiſſima prouidentia totam cum Mauritania Aphricam meliorem priſtinis reddidiſſet, nūc Valēte Imperatore quando & alij plures nobiles occiſi, inſtimulante & obrepente inuidia, iuſſus interfici apud Carthaginem, baptizari in remiſſionē peccatorū præoptauit: ac poſtq; ſacramentū Chriſti, q̄d quæſierat, aſſecutus eſt, tunc glorioſam ſeculi uitam etiam de uitæ æternitate ſecurus, percuſſori iugulū ultro præbuit. Gratianus interea Imperator admodū iuuenis, cum inexiſtimabilem multitudinem hoſtium Romanis infuſam finibus cerneret, fretus Chriſti potentia longe impari militum numero ſeſe in hoſtem dedit: continuo apud Argentariam oppidum Galliarum, formidoloſiſſimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plusq; XXX. milia Alamannorum minimo Romanorum detrimento in eo prælio interfecta narrantur.

De Gothis, qui Valentem erroneum principem bello vicerunt, ac demū viuum incenderunt. Cap. XX.

TErtiodecimo aūt anno imperij Valentis, hoc eſt, paruo tpe poſteaq; Valens per totum Orientem eccleſiaſ; lacerationes, ſanctorumq; cædes egerat, radix illa miſeriaſ; copioſiſſimos ſimul fructices germinauit. Siquidem gens Hunor; diu inacceſſis ſecluſa montibus, repentina rabie percita exarſit in Gothos, eosq; paſſim conturbatos ab antiquis ſedibus expulit. Gothi tranſito Danubio fugientes a Valente, ſine ulla fœderis pactione ſuſcepti, ne arma quidē, quo tutius Barbaris crederetur, tradidere Romanis. Deinde propter intolerabilē auaritiā Maximi ducis fame & iniurijs adacti, in arma ſurgentes uicto Valentis exercitu per Thraciam ſeſe miſcentes, ſimul omnia cædibus, incendijs, rapinisq; fuderunt. Valens egreſſus de Antiochia cum ultima infelicis belli ſorte traherēt, ſera pcī Maximi pœnitētia ſtimulatus, epiſcopos cęteroſq; ſanctos reuocari de exilijs imperauit. Itaq; XV. imperij ſui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Gothis, iam tunc excitatione uitriū, rerumq; abundantia inſtructiſſimis, geſſit: ubi primo ſtatim impetu Gothorum, perturbatæ Romanorum equitum turmæ, nuda peditum undiq; deſeruere

deſeruere præſidia. Mox legiones peditum undiq; equitatu hoſtiū cinctæ, ac primum nubibus ſagittarum obrutę, deinde cum amentes metu ſparſim per deuia cogerentur, funditus cæſæ gladijs inſequentium contisq; perierunt. Ipſe Imperator cum ſagitta ſaucius, uerſusq; in fugam, ægre in cuiuſdam uillulæ caſam deportatus lateret: ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubiectus igni conſumptus eſt. Et quo magis teſtimonium punitionis eius & diuinę indignationis terribili poſteris eſſet exemplo, etiam communi caruit ſepultura. Anno uitæ quinquageſimo tali ſorte extinctus eſt. Qui cum fratre regnauit annis XIII. poſt fratrem uero III. Gothi itaque antea per legatos ſupplices popoſcerunt, ut illis epiſcopi, a quibus regulam Chriſtianæ fidei diſcerent, mitterētur: Valens Imperator exitiabili prauitate doctores Arriani dogmatis miſit. Gothi primæ fidei rudimentū, quod acceperę, tenuerūt. Itaq; iuſto iudicio dei, ipſi eum uiuuū incēderūt, qui propter eum etiam mortui uitio erroris arſuri ſunt.

De Didymo & alijs doctoribus illius temporis. Cap. XXI.

QVA tempeſtate Didymus Alexandrinus, captus a parua ętate oculis, & ob id elementor; quoq; ignarus, tantū miraculum ſuis omnibus præbuit, ut Dialecticam quoq; & Geometriam quæ uel maxime uiſu indigēt, uſq; ad perfectum didicerit. Hic plurima nobiliaq; ſcripſit: commentarios in pſalmos omnes, commentarios in euangelium Matthæi, & in Iohannis, & de dogmatibus, & cōtra Arrianos duos libros, & de ſpiritu ſancto lib. unū, quem Hieronymus in latinum uertit, & in Iſaiam X. & VIII. commentarios, & in Oſee commentariorum libros tres, & in Zachariam prophetam libros quinq;, & commētarios in Iob, & infinita alia, quæ digerere proprij iudicij eſt. Effrem Ediſſenæ eccleſiæ diaconus multa Syro ſermone compoſuit opuſcula, & ad tantam uenit claritatem, ut poſt lectionem ſcripturarum diuinarum, publice in eccleſijs quibuſdam eius ſcripta recitarentur. Aedidit de ſpiritu ſancto græcum uolumen, quod quidam de Syriaca lingua uerterat, ex quo acumē ſublimis ingenij eius etiam in translatione manifeſtatur. Diſceſſit ſub Valente principe. Igitur ſub Valente principe tanta eſt orta tempeſtas Conſtā tinopoli, ut miræ magnitudinis decidentes, in modum lapidum, grandines multos hominum interfecerint. Fitq; euidens indignatio domini omnibus propter exilia & perſecutiones ſeruorum dei, ab Imperatore & Arrianis exactas. Quibus diebus Melania nobiliſſima mulierum Romanarum, & Marcellini quondam conſulis filia, unico prętore tunc Vrbano filio derelicto Hieroſolymam nauigauit: ubi tanto uirtutum, præcipueq; humilitatis, miraculo fuit, ut Teclæ nomen acceperit.

De Gratiano, qui de exilijs reuocauit epiſcopos, & Theodoſium conſtituit Imperatorem Orientis. Cap. XXII.

GRatianus, XL. ab Auguſto, poſt mortem Valentis VI. annis Imperiū tenuit, q̄uis iamdudū antea cū patruo Valente, & cū Valentiniano fratre regnaret. Igitur defuncto Valēte, denuo Barbari uſq; ad muros Conſtantinopoleos uenientes, eius ſuburbana uaſtabāt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quapropter ciues quæ inuenissent arma portantes, hostibus ut poterant resistebant. Vxor enī Valentis Imperatoris, noīe Dominica, præmia ex erario publico bene pugnantibus secundū consuetudinem, militibus ministrabat. Quibus Sarracæni prębuere solatia, quę eorę regina noīe Mauia, Romanorum fœderata direxerat. Porro Gratianus Valentiani filius, cum dudum patre defuncto Europę sceptra tenuisset, defuncto etiam Valente sine sobole, Asiæ quoq; Libyæq; regna suscepit: moxq; pietatem quā mente susceperat, operibus demonstrabat, initiaq; sui regni rerum oīm dño dedicauit. Scripsit itaq; legem, pręcipiēs ut expulsi pastores ad sua ouilia remearent, sacræq; basilicæ eis redderentē, qui communionē Damasi sequebantē. Is enī Damasus Romanæ urbis episcopus, laude dignus, uir mirabilis pro apostolicis dogmatibus, cuncta festinus post Liberium gubernacula suscepit ecclesię. Direxit igitur Imperator cum huiusmodi lege etiā Saporē quēdam, tunc nominatissimū militiæ principem: & Arrianę quidē blasphemię prædicatores, ueluti quasdā pestes, diuinis septis iussit expelli: optimis uero pastoribus & sacris ouilibus uniuersa restitui. Hoc ergo in uniuersis prouincijs decreuit obseruari. Gratianus itaq; cum iuniore Valentiniano regno potitus, ab exilio reuocatis oībus lege sanxiuit, ut unaq̄q; religio licēter sacra celebraret: solos uero ab ecclesijs prohibuit Eunominianos, Fotinianos, & Manichæos. Qui cum afflictum ac pene collapsum respub. statum uideret, eadem prouisione qua quondam asseiuerat Nerua Hispanum uirum Traianum, per quem respub. reparata est. Legit & ipse Theodosium atq; Hispanum, uirum restituendę reipublicę necessarium, quem apud Firmiū purpura induit, orientisq; & Thraciæ simul præfecit Imperio.

De Theodosij gestis, & qualiter uenit ad imperij fasces, Cap. XXIII.

ITaq; Theodosius afflictam rempublicā ira dei, reparandā credidit misericordia: omnē fiduciā sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes, formidatasq; cunctis maioribus Alexandro quoque illi Magno (sicut Pompeius Corneliusq; testati sunt) ciuitatas, nnuc aūt extincto Romano exercitu Romanis equis armisq; instructissimas, hoc est, Alanos, Hunos & Gothos incunctanter aggressus, magnis multisq; prælijs uicit, urbem Constantinopolim uictor intrauit, & ne paruā ipsam Romani exercitus manū assidue bellando deterreret, fœdus cum Hathanarico Gothorę rege percussit. Hathanaricus aūt continuo, ut Constantinopolim uenit, diem obijt. Vniuersę Gothorę gentes rege defuncto, aspicientes uirtutē benignitatemq; Theodosij, Romano sese imperio dediderūt. In ijsdem etiam tpibus Persæ qui Iuliano interfecto alijsq; Imperatoribus sępe uictis, nunc etiam Valente in fugam acto, recentissimæ uictoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, ultra Constantinopolim ad Theodosiū misere legatos, pacēq; supplices poposcerent, ictūq; tunc fœdus est, q̄ uniuersus Oriens tranquillissime fruebat. Igitur qualiter Theodosius ad fasces imperij puenerit, paucis expediā dictis. Porro Gratianus Thraciā Barbaros uastare cognoscens, Italia relicta Phœniciā uenit. Ea tempestate Theodosius

dosius tam propter parentū nobilitatem, q̄ pro fortitudine propria, nominatissimus habebatur, & ob hanc causam inuidia iudicū fatigatus in Hispania morabatē, ubi ortus fuerat & nutritus. Cumq; Imperator quid faceret hæsitaret, quippe cum Barbari elati uictoria inexpugnabiles esse uiderentur ducatu Theodosij pugnam credidit terminari. Repente siquidē eum ab Hispanijs euocans, & magistrum militū esse denuncians, cum expeditione ad Barbaros destinauit. At ille side munitus, cōfidenter ad Thracias est profectus. Quo dum uenisset, uidissetq; Barbaros, exercitū ordinauit ad pugnā. Congressione uero facta impetū Barbari nō ferentes, suas acies reliquerunt. Et illi quidem fugiebant, hi uero fortiter sequebātur, immensa cædes tūc facta est Barbarorę. Plurimis igitur interemptis, paucisq; latenter transeunti bus Histrum, mox dux optimus exercitu dispersō per uicinas urbes, ipse uelociter remeauit ad principem, ita ut ipse triumphorę suorę nuncius extitisset: quod tñ nec ipsi Imperatori dum miraretur, factum credibile uidebatē. Inuidi siquidem etiam fugisse eum dicebant. At ille derogantes sibi petijt dirigi, qui uiderent hostiū multitudinem peremptorę. His uerbis Imperator flexus, direxit qui res actas inspicerent, eisq; renunciarent. Conspexit enim insomnis, quia sanctus Meletius Antiochenæ ciuitatis antistes chlamyde eum uestiret imperiali, & corona caput ornaret. Hæc cum nocte uidisset, cuidam retulit amicorum. At ille clarum esse somnium dixit, & nihil ænigmatum, nihil dubium continere. Cumq; pauci omnino transissent dies, qui pro uictoriæ inspectione missi fuerant remearent, peremptaq; hostiū multa milia narrauerunt. Quamobrem lętatus princeps, Theodosium fecit Imperatorem. Interea cum episcopi C. & L. fuissent Constantinopolim cōgregati, præcepit Imperator ut nullus proderet, quis maximus esset ille Meletius: uolebat enī ex memoria sui somnij uirum illum sibimet indicari. Cum ergo oīs illa multitudo pontificū regiam introisset in domum, relictis oībus ad magnum cucurrit Meletiū, & ueluti quidā filius patris amator post multum tempus paterna uisione potitus amplectebatur eum, & simul oscu labatur eum, oculos, labia, pectus, caput, dexteram, quæ eum in somnio coronauerat: insinuauitq; illi, quam uiderat uisionem. Cumq; etiam cæteros congrue salutasset, rogauit tanq̄ patres, ut de rebus præsentibus cogitarent Cumq; Theodosius Barbaros bello superasset, & illi Romanos amicos habere deprecarentē, causa fœderis acceptis obsidibus. Thessalonicā uenit: ubi dum in ægritudinē incurrisset, ab Acoleo eius ciuitatis episcopo baptisatus est, licet a progenitorib. Christianū dogma & fidē Niceni cōcilij sequeretur

De Iustina Imperatrice Arriana, quæ dum Ambrosium in exilium trahere iubebat, ipsa exilium passa est. Cap. XXIIII.

EO siquidem tpe, quo Constantinopoli de synodis agebatē, gerēte curam Theodosio, de unitate fidei & statu ecclesię: talia circa Hesperiam prouenerunt. Maximus de Britannorę partibus contra Romanorę surrexit imperiū, & laboranti Gratiano cōtra Alamānos intulit bellum. In Italia uero puero satis existēte Valentiano, rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

curam Probus exconsul atq; prefectus habebat. Iustina uero Valentiniani mater, cum esset Arriana, uiuo quidē marito ledere nō prævaluit orthodoxos. Eo mortuo & filio ualde iuuenculo, Mediolanum ueniens, Ambrosio episcopo erat infesta, ita ut eum destinari iuberet in exiliū: dumq; de ecclesia iuberetur exire, Ambrosius ait: Ego sponte hoc agam, ne lupis ouium septa contradere uidear, aut blasphemantibus deum. Hic si placet, occide: hoc loco prona mortē suscipio uoluntate. Cumq; populus singulariter diligens Ambrosium resultaret, & trahentibus eum ad exilium ualde resisteret, postius indignata Iustina uocauit tunc Beniuolum quæstorē, iubens ut uolociter proponeret legem, quę fidem prolatā in Arimino confirmaret. Cumq; hoc ille agere declinaret, erat enī orthodoxus, maioribus cingulis eum inuitauit. Beniuolus aūt discingens se, balteum ante pedes Augustæ proiecit dicens: neq; illum honorem, neq; maiorē uelle se pro impietatis habere mercede. Cumq; ille hoc facere oī modis refutasset, inuenti sunt alij, q nequitiæ iussionibus ministrarent. Inter hæc nunciatur, quia Gratianus dolo tyranni Maximi fuisset occisus. Andragatius enī dux Maximi in lectica portatus, ut occideret Gratianū, huiusmodi opinionē misit in uulgus, quia uxor Gratiani suo uiro festinaret occurrere in Lugduno Galliæ ciuitate fluuiū trāseunti. Gratianus aūt credēs coniugem reuera uenire, quā nuper acceperat, nō præcauit eius insidias, & ueluti cæcus in foueam, in manus hostis incurrit. Dum ergo Gratianus uenisset quasi ad uxoris uehiculū, ex improuiso exiliens Angragatius Gratianū callidus interemit. Mortuus est ergo anno imperij XV. uitę XX. & IIII. Hoc itaq; facto, ad presens contra Ambrosium ira Iustinę quieuit. Cumq; audisset Maximus q̄ cōtra Ambrosiū rursus magniloquū prædicatorē ueritatis agerent, scripsit Valētiano, ut bellū q̄d agebatur cōtra ecclesias solueret, monens ut paternā nō amitteret pietatē: adiecitq; etiā minas belli, & nisi quiesceret, ꝙ ba opibus adimpleret. Quā obrem sumens exercitū uenit Mediolanū, ubi tunc ille degebat. Porro Valētianus agnoscens eius inuasionē fugit in Illyricū, experimēto cognoscēs quę mala matris cōsilio sustineret. Iustina uero iusto dei iudicio in uita exilium passa est, q̄d iniuste dei uiro Ambrosio inferre nitebat. Porro Theodosius audiēs quæ a Iustina fuerant gesta, & a tyranno scripta, fugiēti Valentiano rescripsit, nō esse mirandū, si Imperatori quidē terror, tyranno uero potestas accresceret, dum Imperator pietati rebellis extitisset, tyrannus autem ei auxilia commodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus, ille uero armaretur aduersus nudum.

Qualiter Theodosius maximū tyrannū, Gratiani interfectorē interemit. Cap. XXV.

THeodosius. XLI. interfecto per Maximum Gratiano imperium Romani orbis obtinuit, mansitq; in eo annis XL. cum iam in Orientis partibus VI. annis Gratiano uiuente regnasset. Itaq; iustis necessarijsq; causis ad bellum ciuile permotus, cū e duobus Augustis fratribus, & ultionē unius interfecti sanguinis exigeret, & restitutionem miseri alterius exulantis oraret, posuit in deo spem suam, seseq; aduersus Maximū

sus Maximum tyrannū sola fide maior, nam longe minor uniuersi apparatus bellici comparatione proripuit. Aquileię tunc Maximus uictoriæ suæ spectator insederat. Andragatius comes eius summam belli administrabat. Qui cum largissimis militum copijs ipsamq; magnarę copiarū fortitudinē præcellenti consilio omnes incredibiliter Alpium ac fluminū aditus cōmunisset, ineffabili iudicio dei dum nauali expeditione incautum hostem pręuenire & obruere parat, sponte eadem, quæ obstruxerat claustra deseruit: ita Theodosius nemine sciente, ut non dicā regnante, uacuas transmisit Alpes: atq; ad Aquileiam improuisus adueniens, hostem illum magnū Maximū trucem, & ab immanissimis quoq; Germanorę gentibus tributa ac stipendia solo terrore noīs exigentem, sine dolo & sine controuersia clausit, cepit, occidit. Valētinianus recepto Italiæ potiē impio. Itaq; Andragatius comes cognita Maximi nece, p̄cipitē sese de naui in undas dedit et suffocatus est.

Quomodo beato Ambrosio reuelata sunt martyrum corpora Prothasij & Geruasij. Cap. XXVI.

QVA tempestate dum B. Ambrosius insania Iustinæ cæterorę q; Arrianorę afficeretur insidijs, dño reuelante ostensa sunt ei sanctorę Geruasij & Prothasij martyrū corpora, quasi ipsa hora ibidem reposita, miro odore fragrantia. Ad caput itaq; eorum in bellum apposituū inuenit, in quo hæc continebantur: Ego seruus Christi Philippus intra domum meam sanctorę corpora, quæ cum filio meo rapui, sepeliui: q̄rę mater Valeria, pater Vitalis dicti sunt. Quos uno ortu geminos genuerunt: unum Prothasium, alterę Geruasium uocauerunt. Quorę pater Vitalis militās cōsularianus fuit. Ipsi aūt milites Christi effecti, de quibus p fecte dici potest: Isti sunt triūphatores & amici dei, q cōtēnētes iussa principū, meruerūt p̄mia æterna: mō coronāt & accipiūt palmas. Quorū uirtutibus uenerabilis antistes suffultus sapiētia ac uitę honestate insignibusq; exēplis ornatus, Mediolan. eccl'am muniuit, & a peste Arriana Italiā liberauit.

Qualiter Theodosius ab Ambrosio correptus, pœnitendo satisfactionem promeruit. Cap. XXVII.

EOdē quoq; tpe audiuit Ambrosius, quod iussu Theodosij principis in Thessalonica, quę erat ualde populosa, usq; ad VII. milia hominum innocentes pariter cum nocentibus essent interempti, absq; discretione: per milites qui propter ultionē iudicum, quos populus ciuitatis lapidauerat & traxerat, fuerant illuc directi. Quam indignationē iniustā grauiter ferēs Ambrosius, cū princeps Mediolanum uenisset, & solēniter in sacrū uoluisset intrare templū, occurrit foras ad ianuas, et ingredientē his sermonibus a sacri liminis incessu prohibuit: multis increpās eū alijs & hmōi uerbis: Nescis Impator ꝓpetratę a te necis quanta sit magnitudo? Quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? Recede hinc, recede: ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. Accipe uinculum quo nūc ligaris: est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obediens, erat enim diuinis eruditionibus enutritus, & aperte sciens quæ sunt propria sacerdotum, quæ regum: gemens

Universidad de Deusto
Biblioteca

et deflens, ad regalia remeauit. Cūq; VIII. mēsiū cōtinua trā sissinet tpa, pro pinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator aūt lamentationi bus assiduis in palatio residēs, cōtinuas lachrymas incessabiliter expēdebat. Igit humiliter ueniēte Imperatore ad Ambrosiū, deposcendo ut ingredi ec clesiā ei permitteret: taliter cōmunionē promeruit ab eo, ut legē scriberet at que cōfirmaret, quæ decreta furorē euacuarēt, & usq; ad XXX. dies sentē tia necis suspensa maneret, & iudiciū rōnis expectaret. Hanc ammonitionē Imperator aīo libēti suscipiens, & optimā esse cōsidens, legē cōscribi repen te p̄cepit, & propriq; literis manus confirmauit. Quo facto uinculū eius sol uit Ambrosiusq; lex hactenus obseruatur. His & alijs Imperator sacratissi mus a uenerabili episcopo correptionibus illustratus, eum prę omnibus fate batur in ueritate se agnouisse ep̄m. Theodosius em̄ cū Valentiano iuueneu lo in Imperio restituto, Romā senior ueniēs leges multas correxit, addidit, immutauit, & sub suo nomine conscripsit. Quæ autem in ciuitate pernicio sa adhuc superuacua ex consuetudine antiqua conspexit, auferre sanciuit, & quæ rei publicæ supplemento necessaria addere curauit, his prope gestis pa ce composita, Valentinianum in Hesperia derelinquens, cum filio Honorio Constantinopolim remeauit.

De bello quod Theodosius gessit contra Arbogasten & Eugenium tyrannos. Et de actis mirabilibus uxoris illius. Cap. XXVIII.

IGitur Valentinianus iunior regno restitutus extincto Maximo ciusq; fi lio Victore, quē Imperatorem Gallis Maximus reliquerat, ipse in Gal liā transijt: ubi cū trāquilla repub. in pace ageret, apud Viennā dolo Ar bogastis comitis sui corruptis custodibus, ut ferē, strāgulatus, atq; ut uo luntariā sibi cōsciuisse mortē putaretur, laqueo suspensus est. Mortuo Va lēriniano Augusto Arbogastes Eugeniū tyrānū mox creare ausus est, legit que hominem cui titulū Imperatoris imponeret, ipse auctuturus Imperiū: uir barbarus aīo, consilio, manu, audacia, potentiaq; nimius: cōtraxit undiq; in numeras inuictasq; copias uel Romanorū prę sidijs uel auxilijs Barbarorū alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Arbogastes Theodosio paruit, q̄ tātis instructū præsidijs Maximū ipse minimus cepit: & nūc aduersus eun dem Theodosiū collectis Gallorū Francorumq; uiribus exundauit: nixus etiā p̄cipuo cultu deorū magna tm̄ felicitate succubuit. Igitur Eugenius atq; Arbogastes instructas acies campis expedierant, arta Alpium latera atque ineuitabiles transitus præmissis callide insidijs occupauerant: etiam si nu mero ac uiribus impares forent, sola tamen belli dispositione uictores. At uero Theodosius in summis Alpibus constitutus expers cibi ac somni, scie ns quod destitutus suis, nesciens quod clausus alienis, dominum Christum solus solum qui posset omnia corpore humi fusus cœlo fixus orabat. De hinc postquam insomnem noctem precum cōtinuatione transegit, & testes propemodum quas in precium prę sidij cœlestis appenderet lachrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit solus, sciens se esse non solum: signo crucis signum prælio dedit, ac se in bellum etiam si nemo sequeretur, uictor

uictor futurus immisit. Prima salutis uia extitit ambitio, hostilium partium comes, qui cum ignarū Imperatorem circumpositis excepissent insidijs, con uersus ad reuerētiam p̄sentis Augusti, non solum periculo liberauit: uerū etiā instruxit auxilio. At ubi ad cōtigua immiscēdæ pugnæ spacia puētū ē: cōtinuo magnus ille & ineffabilis turbo uētorū in ora hostium ruit. Ferebā tur per aerē spicula missa in hostes, atq; ultra mēsurā humani iactus, p̄ma gnū inane portata nusq̄ propemodū cadere, priusq̄ impingerent, sinebant. Porro aūt turbo continuus ora pectoraq; hostiū nunc illisis grauiter scutis uerberabat, nūc impressis pertinaciter obstructa claudebat, nūc auulsis uio lēter destitura nudabat, nunc oppositis iugiter in terga trudebat. Tela etiam quæ ipsi uehemēter intorserant excepta uenti impetu supinata ac retrorsum coacta ipsos infeliciter configebant. Prospexit sibi humanæ conscientiæ pa uor: nā cōtinuo sese parua suorū manu fusa, uictori Theodosio hostilis pro strauit exercitus. Eugenius captus atq; interfectus est. Arbogastes sua se ma nu perculit. Ira & hic duorū sanguine bellum ciuile restinctū est, absq; illis X. milibus Gothorū quos præmissos a Theodosio Arbagastes delesse fun ditus fertur, quos utiq; perdidisse, lucrū: & uinci, uincere fuit. Theodosius itaq; cōposita tranquillataq; repub. apud Mediolanū constitutus diem obi it: utramq; remp. utrisq; filijs. i. Arcadio & Honorio, relinquens. Corpus eius eodem anno Cōstantinopolim trāslatum atq; sepultū est. Vixit aūt an nis LX. ex quibus XVI imperauit. Cōtigit itaq; ut Ioh. ei remādauerat de euētu belli, ad quod proficiscebatur, cōtra Eugeniū tyrannū, & de eius mor te in Italia futura. Itaq; Iohan. in Thebaida monasticam ducebat uitam, ple nus gratia dei, præscientiā habens futurorū, ad quē destinauit Europiū eu nuchum sibimet fidelissimum, ut aut eum si uellet uenire, deduceret, aut no lētē de euētu belli requireret. At ille Iohan. quidē deducere nō prualuit, sed mādatū retulit eius, quia bello uinceret & perimeret tyrannū, & post uictо riā in Italia moreret. Igitur Theodosius cū ad purpurā regni ꝑueniret, Pla cellā habebat uxorē, q̄ de diuinis legibus cū sæpius ammonebat, seipsam tm̄ pfecte prius erudiēs: nō em̄ regni fastigijs eleuata est, sed potius diuino amo re succēsa. Bnficij nāq; magnitudo maius ei desideriū bnfactoris adhibebat. Repēte nāq; uenit ad purpurā, claudorū atq; debiliū habebat curā: non ser uis, nō alijs ministris utēs, sed per semetipsam agēs & ad eorū habitacula ue niēs, & unicuiq; q̄d haberet ꝑbens. Sic etiā per ecclesiarū xenodochia discur rēs, suis manibus ministrabat infirmis: ollas eorū tergēs, ius gustās offerēs cochlearia, panē frangēs, cibosq; ministrās, calicē diluēs: & alia cūcta faciēs, q̄ seruis & ministris mos est solēniter operari. His aūt q eā de rebus talibus nitebant prohibere, dicebat: Aurū distribuere, opus imperij est. Ego aūt pro ipso imperio hoc opus offero, bona mihi oīa cōferenti. Nam uiro suo sæpe dicebat. Oportet te semp̄ marite cogitare, quid dudū fuisti, quid modo sis. Hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: sed imperium q̄d suscepisti, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis authorem.

De doctoribus, & mirabiliū patratoribus, q̄ sub Theodosio claruerūt. Cap. XXIX.

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

IGitur Theodosio imperante, ex his q in scripturis claruerũt uiri diuinis, Horæ memoriam inserere libuit. Damasus Romanæ urbis epũs, elegans in uersibus cõponendis ingeniũ habuit: multa alia & breuia opuscula heroico metro ędidit, et prope Octogenarius sub Theodosio principe mortuus est. Apollinaris Laodicenus Syriæ epũs, patre Probo, magis grãmaticis in adolescentia operã dedit: & postea in sacras scripturas innumerabilia scribens uolumina, sub Theodosio Imperatore obijt. Extant eius aduersum Porphyriũ XXX. libri, qui inter cętera eius opera uel maxime probantur. Pachianus in Pirenei iugis Barcillonæ epũs, castus eloquentia, & tam uita q̃ sermone clarus: scripsit uaria opuscula, de quibus est certus, & cõtra Nouatianos & sub Theodosio principe iam in ultima senectute mortuus est. Cyrillus Hierosolymæ epũs sæpe pulsus est ecclesia & receptus, ad extremum sub Theodosio principe VII. annis inconcussum episcopatũ tenuit. Extant eius quæ in adolescẽtia cõposuit opuscula. Cuzoius apud Ephesum rhetorem cum Gregorio Nazianzeno epo adolescens, Cæsareæ eruditus est, & eiusdẽ urbis postea epũs plurimo labore corruptã iam bibliothecã Adamãtij & Pamphili in membranis instaurare conatus. Ad extremũ sub Theodosio principe ecclesia pulsus est. Ferunt eius uarij multiplicesq; tractatus, q̃s nosse perfacile est. Grego. Nazianzenus epũs uir eloquẽtissimus ad XXX. milia uersuum oĩa opera sua cõposuitse q̃bus illa sunt de morte fratris Cæsarij, laudes Macchabæorũ, laudes Cypriani, laudes Athanasij, laudes Maximini philosophi post exiliũ reuersi. Quẽ falso noĩe quidã Herona supscribunt, quia & alius lib. uituperationẽ eiusdem Maximini cõtinens: quasi non licuerit eundẽ & laudare & uituperare pro tpe Et lib. hexametro uersu uirginitatis & nuptiarũ contra se dissentiũ: aduersum Eunomiũ lib. II. de spũ sancto lib. I. cõtra Iulianũ Imperatorẽ lib. I. Docendo secutus est Polemonion Carectera, uiuoq; se epm in loco suo ordinãs, rure uitam monachi exercuit, decessit sub Theodosio principe. Lucius post Athanasiũ Arrianæ partis epũs, usq; ad Theodosium principẽ a q̃ & pulsus est, Alexandriæ ecclesiam tenuit. Extãt eius solennes de Pascha epłę & tractatuũ & pauci uariarũ libelli. Ea siquidem tẽpestate plurimi inter epos effulgebãt: nõ solum in philosophica doctrina, q̃ scribendo monumẽta ad nostrã porrexerunt posteritatem, sed et quidã inter eos insignibus uirtutibus claruerũt. Quorũ ex multis triũ tm̃, qui minus apud nos habent noti, laudabiliter facta inserere curaui. Donatus equidẽ Euriæ Heperi, per quẽ prouinciales eius miracula multa testãtur facta: maximum tm̃ est, q̃d de dracone gessit. Is em̃ circa pontem in uia publica iacens, cibum habebat oues, capras, equos, boues, & hoĩes abripiens deuorabat. Ad quam bestiam Donatus, sine gladio, sine quolibet iaculo ueniens, dum illa leuasset caput quasi uoratura uirũ: tunc ille uexillum crucis ante faciem eius digito designans in aere, in os eius expuit. Bestia uero sputum mox in ore suo susc̃ipiens expirauit, quam, sicut fertur, VIII. paria boum in uicinũ campum traxerũt: & misso igni cõbusta est, ne aerẽ fœtore corrũperet. Huius itaque Donati sepultura insignis est, ubi oratoriũ ex eius nomine

noĩe uocitatur: habens fontem aquarũ, quem ipse fertur orationibus inuenisse. Nã dum esset locus inaquosus, & illuc ex itinere aliq̃n uenissẽt, aiunt q̃a fatigatis, q̃ cum eo erant, orasset, & mox aquæ inundatio prorupisset, & ex illo hactenus permanet. Eo tempore Thomitanã & Scythiæ ecclesiã Theothimus gubernabat, uir in philosophia nutritus: cuius uirtutẽ diligẽtes Barbari, trans Histrũ habitantes deum Romanorũ hunc esse prædicabant. Nã cum aliq̃ tempore iter ageret, illius terræ Barbari occurrerũt ei. Et dum qui erant circa eum terrore turbarent, quasi continuo morituri, ex equo descendens, orauit. Porro Barbari neq; eum neq; sequaces eius, nec equos de quibus descẽderant, uidentes permanserũt. Dum igitur crebro transeuntes Scythas naturaliter feroces epulis muneribusq; mansuefaceret, quidam Barbarus arbitratus eum esse locupletem, cœpit insidiari, ut eum caperet, alligaret & traheret. Cum hoc iam pręparasset, & dexterã ad hoc haberet extensam, ut eum iactu laquearet: manus in aere mox ligata, & barbarus ille inuisibilibus uinculis est obstrictus. Tũc alijs pro eo rogãtibus supplicauit deo Theothimus ut Barbarus solueret, q̃ mox precibus eius solutus est. Eo quoq; tẽpore fuit Epiphanius Cypriorũ epũs: ad cuius sepulchrum hactenus dæmones expellũtur. Is em̃ dum substantiã propriam necessitatẽ sustinẽtibus erogasset, & multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret, cõtingit ut pecunijs deficiẽtibus œconomus ecclesiæ murmararet. Quo facto assistens quidã in domo, qua manebat œconomus, sacculum multarũ pecuniarũ dedit: & ita disparuit, ut nec q̃ dedit, nec q̃ misit, agnoscerẽt. Q̃ factũ oẽs diuinum esse iudicauerunt. Aliud quoq; eius libet referre miraculum: Quidã pauperes studentes Epiphaniũ arte deludere, ut eis aliquid daret. Dũ iter ageret unus eorũ, supinũ se prostrauit in terrã, alter stabat quasi mortuũ deflens, nec habens unde eum sepelire potuisset. Epiphanius aũt superueniẽs orauit, ut sub quiete dormiret: & sepulturæ necessaria præbuit, simulq; cõsolatus est flentẽ, dicens: Quiesce a lachrymis fili, non em̃ fletu resuscitari poterit, est em̃ ineuitabile q̃d euenit. Cumq; discessisset Epiphanius cœpit ille pulsare socium ut exurgeret. Et cum hoc semel & secũdo fecisset, dicẽs: Surge hodie tuis laboribus epulemur, & ille penitus nõ sentiret: cognoscens uere mortuũ, cucurrit ad Epiphaniũ flens & petens, ut eius sociũ suscitaret. At ille cõsolatus est, ne ferret grauiter quod euenerat, non tm̃ defunctũ denuo suscitauit. Hoc em̃ credo proinde gestum, ut nõ dei ministri facile deludant. Quibus diebus in Romana Damasus præsidebat ecclesia, in Alexandria Theophilus, Hierosolymis Iohãnes Flauianus, depulsis Arrianorũ episcopis, Antiochenam tenebat sedem: Cõstantinopolitanã Nectarius.

De subuersione templorum, atq; destructione idolorum. Cap. XXX.

IGitur Theodosius decreuerat, ut idolorũ tẽpla subuerterentur, diũ ligneis ignibus traderentur, metallini uero conflarentur. Sed dum hæc in diuersis agerẽtur locis: in Alexandria maxime ubi idolorum inoleuerat superstitio, iuuabãt Theophilum episcopum præfectus Alexandriæ, & dux ordinis militaris, ad exequendam Imperatoris iussionem. Idola siquidem

deorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deorꝝ conflantur ad faciẽdas ollas, & Alexandrinæ eccleſię diuerſas utilitates: cui ab Imperatore donati fuerãt dñi ad expenſas egentiũ. Cũ igitur Theophilus oẽs contriuiſſet deos, unum tm̃modo reliquit Symiæ ſimulachrũ, iubens eum publice proponi atq; ſeruari: ne ſequẽti tpe pagani negarent tales adoraſſe deos. Iamq; templũ Serapis, q̃d in maximo habebatur honore apud Alexãdrinos, euerterãt nõ ſine ingẽti labore: ipſumq; Serapin deũ in fruſta cõcidentes igni tradiderunt: uerendaq; eius aliorꝝq; deorꝝ riſu plena per plateas deportari iuſſerunt. Quibus portentis ignominioſiſſimis pagani cõſuſi, alĳ quidẽ ad ędes Chriſtianorꝝ orta ſeditione ruebãt, ira etiam cõmoti pro aliorꝝ deſtructione templorꝝ, & quod nefanda detegebantur eorꝝ myſteria, dum Metriæ ſacra, ubi homicidia perpetrabãt, inter ęteros ritus ſpurciſſimos publice manifeſta fierent: alĳ quidem ex paganis errores priſtinos abdicantes, ad ueram Chriſtianorum religionem ſe cõtulerunt. Igitur præcedenti libro, ubi pio ſub principe Conſtantino paganorum clauſa ſunt templa, finem impoſuimus. Huic autem terminus ſit in deſtructione deorũ falſorum & in ſubuerſione templorum.

TOMI II. LIBRI IIII. FINIS.

FRECVLPHI EPISCOPI LEXOVIENSIS CHRONICORUM TOMI SECUNDI, LIBER V.

De prouectione Arcadĳ & Honorĳ poſt obitum patris ad Imperiũ: & perſecutione Iohannis epiſcopi Conſtantinop. qui iniuſte damnatus in exilio moritur Cap. I.

DEFVNCTO, VT PRAEMISIMUS, Theodoſio Auguſto maiore, Arcadius & Honorius filĳ eius utrunq; imperium diuiſis tantum ſedibus tenere cœperunt. Qui XLII. poſt Octauianum loco, communiter rempub. adminiſtrauerunt: Arcadius quidem orienti præfuit, Honorius uero admodũ puer partibus occiduis. Igitur milites, qui circa tyrannũ Eugenium profecti fuerant cum principe, poſt eius obitũ, paruo tempore interiecto, reuerſi Cõſtantinopolim ſunt. Dum uero Imperator Arcadius ſecundũ conſuetudinẽ ad portas occurriſſet exercitui remeanti, tũc milites Rufinũ prędecẽtũ Imperatoris peremerũt. Erat em̃ ſuſpectus, quaſi tyrannidẽ poſſet aſſumere. Dicebãt aũt, quia Hunos ipſe in Romanorꝝ prouincias euocaſſet, qui tunc Armeniã & partes Orientis ualde uaſtabant: & Imperatori inſidias tenderet. Caput eius abſciſum cũ dextera manu p Conſtantinopolim ad ludibriũ circumductũ, uxoreque illius in exiliũ ablegata, opes cũctas Eutropius ſpado promeruit. Pauco tẽpore trãſeunte, etiã Nectarius Conſtantinopolitanus epũs defunctus eſt. Quãobrem cõi conſultu placuit

placuit imperatori, ut Iohãnes p̃sbyter de Antiochia, uir mirabilis uitæ conuerſationis, et in diſciplinis philoſophicis p̃cipue eruditus, fieret epũs Cõſtantinopolitanę ſedis. Quod Theophilo Alexãdrino ep̃o nequaq̃ placuit: qm̃ eandẽ ſedem ſuo p̃sbytero ualde dilecto, cõtradere nitebaẽ. Sed p̃ualuit plurimorꝝ ſentẽtia. Iohãnes quidẽ factus epũs, dũ nulli parceret: euenit illi, q̃d in antiq̃ continet prouerbio: Veritas odiũ, & obſequiũ amicos parat. Offendit em̃ cleꝝ ſibi cõmiſſum, pro diuerſis occaſionibus, atq; imperatricẽ, & maxime Theophilũ cum ſuis ſequacibus, a quorꝝ derogationibus ſæpius pulſatus fuerat. In tm̃ em̃ inimicorꝝ p̃ualuerunt apud Arcadiũ principẽ inſidiæ, maxime uxoris, ut pelleret Iohannes in exiliũ. Populus autẽ eum propter ſanctitatis reuerentiã, & eius p̃dicationem, frequenter diligebat. Cuius intercęſſione, hortatu etiã imperatricis, reuocatus eſt ab exilio, ne ſeditio oriret in plebe. Qui reuerſus nec ſic quieuit, intolerabiliorẽ (ſi dici fas eſt) ſe p̃buit æmulis ſuis. Quamobrẽ iterꝝ per coniugẽ excitatus Imperator, cõcilia celebrari iubet cõtra Iohannẽ ep̃m, q̃uis et prius in diuerſis locis machinationes Theophili cõtra eundẽ fierent. Deniq; iterꝝ pulſus in exiliũ, uſq; ad fines Romani imperĳ perducit. Exulans itaq; moriẽ, quem magna pars populi Cõſtantinopolitani ſecuta, et ſi nõ inceſſu pedũ, amore tm̃: ſeorſum collectas fecerunt, & æmulis illius cõmunicare noluerunt, neq; ſucceſſori eius Acatio. Vnde multæ ſeditiones inter alterutros ſunt exortæ, atq; plurimi diuerſa ppeſſi ſunt mala. Inter hæc Innocẽtius Romanus antiſtes, audiẽs de Iohãne & moleſte ferens, uolenſq; generale celebrare cõcilium, ſcripſit Iohanni & clero Cõſtantinopoleos, nõ oportere Iohãni ſucceſſorem dari, nec eius cleꝝ alĳ parere põtifici. Aiunt em̃ Iohãnem, cum in exiliũ duceret, per uiſionẽ cognouiſſe diem, qua moriturus eſſet. Huius igiẽ iniuſtitiæ cauſas abominati ſunt, p̃cipue Europæ põtifices. Ab eorꝝ ſe nanq; ſuſpendere cõmunione, q̃ conſenſerunt in dãnationem eius: pariter oẽs Illyrici eorꝝ pares effecti ſunt. Oriẽtales aũt plurimi q̃dem in iuſtitiã declinauerũt. Corpus tm̃ eccleſiæ diuidere noluerunt. Verꝝ in Oriente illo oĩm doctore terrarꝝ, non prius Occidẽtales epi Aegyptiorꝝ et Orientaliũ, Boſphorenſiũ, atq; Thracenſiũ ſunt amplexi cõmunionem, q̃ illius ſacratiſſimi uiri nomẽ inter p̃deceſſores poneret ep̃os: & Acatiũ quidẽ, qui poſt eũ ordinatus eſt, nullo habuerũt ſermone dignũ. Eo tpe etiã grãdo uehemẽs Cõſtantinopolim et circa eius ſuburbana deſcẽdit. Dicebãt itaq; dei iracundia geſtũ, eo q; ſine iudicio Iohannes fuerat condemnatus. Quibus uerbis fidem dedit mors Auguſtæ, continuo ſubſecuta. Quarta nanq; die poſt grandinem eſt defuncta.

De tyrãnis per dei potentiã extinctis, & rege magno Scythię ſub Arcadio. Cap. II.

GAinas quidẽ genere Celticus, cõſilio Barbarus, ſtudio tyrãnico uehemẽter elatus, eo tẽpore cum eſſet magiſter militum, multos ſuę gentis, multos etiã Romanorꝝ ſub ſuo magiſterio habens, terrorẽ plurimis etiã ipſi principi meditatione tyrannidis inferebat. Eratq; Arrianus. Is cum uellet faſces imperĳ arripere, imperatorẽq; cuperet extinguere, manu ualida ſuorꝝ miſſa, ut regalia noctu incenderent. Barbari uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

angelorꝝ circa palatium præſidia cernentes in ſchemate armatorꝝ militum, infecto negotio reuertunt ad illum. Ille ỹo minime credens illorꝝ aſſertioni bus, dum exercitū a regia urbe diſperſum ſciret, plures miſit ſequenti nocte. Adeuntibus aūt quos miſerat aulā regiam, uiderunt & ipſi undiq; agmina regalia protegentia. Qua uiſione territi receſſerunt. Gainas ỹo hoc cōperto totā urbem igni, ferroq; turbauit, fugienſq; Helleſponto piratico ritu uiue bat. Cōtra quem nauali p̄lio dato, multi Gothorꝝ eius extincti, ipſe q̄q; bel lo cuadens, mox tñ capite plectit. Poſt cuius oppreſſionē Iſauri per montē Tauri diſcurrentes, ingens diſpendium Reipublicæ importarunt. Cōtra q̄s Narbazaicus directus, maius cōtinuo rependit incōmodum. Qua tēpeſta te Roſilus dux Scythiæ tranſiuit Hiſtrum: & cum innumero exercitu uehe menter Thracias populatus eſt, ipſamq; regiam ciuitatem obſidere et ſub uertere minabat. Supernis quē iaculis atq; fulminibus maieſtas diuina p̄cu tiens, & ipſum et omnē ſimul cōcremauit exercitū. Tale aliquid a dño eius cōſolatore etiā Parthico p̄lio geſtum eſt. Nam cū ibi Romanos uacare co gnouiſſent, et ciuitates in cōfinio cōſtitutas debellarēt, paciſq; pacta trāſcen derent, uaſtatis finibus nemo ferebat auxiliū. Imperator nanq; de pace p̄ſu mens, duces et milites ad alia bella direxerat. Tunc ergo imbre uehementiſ ſimo & grādine depoſita, ulterius eos deus accedere nō permiſit, coꝝq; li gauit curſum, ita ut XX. diebus totidē ambulare ſtadia nō ualerent. Duces uenientes et cōgregantes exercitū, primo bello obſidētes urbē, imperatoris uocabulo nominatā, reprobi ſunt inuēti. Cum em̄ plusq̄ XXX. diebus Go roranus rex p̄dictam obſideret ciuitatē, & multa machinamēta cōſtrueret, turres cōtra muros ciuitatis excelſas ædificaret: ſolus Eunomius ſacratiſſi mus eius ciuitatis eps reſtitit, et impetū moliminis eorꝝ, machinaſq; deſtru xit. Et licet duces noſtri hoſtibus bellādo ceſſiſſent, & obſeſſi ciues reſiſtere nō auderent: iſte ſolus orādo ſine uaſtatione reddidit ciuitatem. Nō multo poſt tēpore, q̄ Iohānes defunctus eſt, moriē & Arcadius imperator uir mi tis et quietus, ſed in hoc culpabilē ſe exhibuit, q̄d derogationes nō cuitauit, q̄ odijs excitabantur cōtra miniſtros Chri. Is ergo cū patre quidē Theodoſio XIII. regnauit annis, poſt mortē ỹo patris XIIII. uixit annis XXX. & I.

De doctoribus, qui ſub Arcadio & Honorio ſcribendo claruerunt. Cap. III.

IGitur anteq̄ de cladibus miſeriarꝝ, quæ exigentibus peccatis in partibus Heſperiarꝝ, ſeu Galliarꝝ, atq; Hiſpaniarꝝ, necnon & Aphricæ, ea tēpe ſtate cōtigerunt, dicamus: de illuſtribus uiris, qui adhuc in eccleſijs uelu ti ſydera micātia radiabāt, imperātibus Arcadio atq; eius fratre Hono rio, memoriā facere cēſuimus. Gregorius Beticus Hyberi eps, uſq; ad ex tremā ſenectutē diuerſos mediocri ſermone tractatus cōpoſuit, et de fide ele gātem librū. Fębadius Agenni Galliarꝝ eps, ædidit contra Arrianos librū. Dicunt eius & alia eſſe opuſcula. Epiphanius Cypri Salaminę eps, ſcripſit aduerſum oēs hæreſes libros, & multa alia opuſcula, quę ab eruditis pro pter res, a ſimplicioribus propter ỹba quoq; ignota lectitantur. Diodorus Tharſenſis eps, dum Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extāt eius in Apo-

Apoſtolum cōmentarij, & multa alia de Euſebij magis Emiſſeni characte re pertinētia, cuius cū ſenſum ſecutus ſit, eloquentiā imitari nō potuit, pro pter ignorantiam ſecularium literarꝝ. Eunomius Arrianæ partis Cizicenus ep̄s, in apertā hęreſeos ſuæ prorūpens blaſphemiā, ut q̄d alij tegunt iſte pu blice fatereť, & multa cōtra eccleſiā ſcribere auſus. Reſpōderunt ei Apolli naris, Didymus, Baſilius Cæſariēſis, Gregorius Nazianzenus & Emiſſe nus. Priſcillianus Abilæ ep̄s, q factione Hidati, & Hiracij Treuiris a Ma ximo tyranno cæſus eſt: ædidit multa opuſcula, q a nonnullis Gnoſticæ, id eſt, Baſilidis uel Marci (de q̄bus Irenæus ſcripſit) hæreſeos accuſat, defen dentibus alijs nō ita eum ſenſiſſe, ut arguit. Latronianus Hiſpaniæ provin ciæ uir ualde eruditus & in metrico opere ueteribus cōparandus, cæſus eſt & ipſe Treuiris, cum Priſcilliano, Felicíſſimo, Iuliano, Eucrotia, eiuſdē fa ctionis authoribus. Extāt eius ingenij opera diuerſis metris ædita. Tyberia nus Beticus ſcripſit pro ſuſpicione, qua cū Priſcilliano accuſabat hereſeos, Apologeticū tumenti, cōpoſitoq; ſermone. Sed poſt ſuorꝝ cædem tędio ui ctus exilij, mutauit propoſitū, & iuxta ſanctā ſcripturā, canis reuerſus ad uomitū ſuum, filiā deuotam Chro uirginē matrimonio copulauit. Ambro ſius Mediolanēſis eccleſiæ ep̄s, de q̄ ſupra mentionē fecimus, q multa nobi liter ædidit opuſcula, q̄ quidē propter notitiā aſſidue legentiū reor non eſſe recapitulare neceſſariū, eo tpe defunctus eſt. Ambroſius Alexādrinus audi tor Didymi ſcripſit aduerſus Apollinarē uolumē multorꝝ ỹ ſuum de do gmatibus, & cōmentarios in Iob. Sophronius uir apprime eruditus, laudes Bethlehē adhuc puer, & de ſubuerſione Serapis inſignē librū cōpoſuit. De uirginitate q̄q; ad Euſtochiū, & uita Hilarionis monachi, opuſcula Hiero nymi in Grecū ſermonē elegātiſſime trāſtulit. Hieronymus natus patre Eu ſebio, oppido Stridonis hęc ſcripſit: uitā Pauli monachi, epiſtolarꝝ ad diuer ſos lib. I. ad Heliodorꝝ exhortatoriā & altercationē Luciferiani & Ortho doxi, X. p̄nicon omnimodæ hiſtoriæ in Hieremiā, in Ezechiel Homilias Adamātij XXVIII. quas de Greco in Latinū uertit. De Seraphin et Oſan na, de frugi & luxurioſo filio, de tribus q̄ſtionibus legis ueteris, Homilias in Cātica Canticorꝝ II. Aduerſus Heluidiū unam epiſtolā de Mariæ uirgi nitate p̄petua. Ad Euſtochiū de uirginitate ſeruāda, ad Marcellū epiſtolarꝝ lib. unū, conſolatoriā de morte filiæ ad Paulā. In epiſtolā Pauli apoſtoli ad Galatas, cōmentariorꝝ lib. III. Itē Pauli ad Epheſios in epiſtolā lib. III. In epi ſtolā Pauli ad Titū, lib. I. & in epiſtolā Pauli ad Philemonē, lib. I. in Eccle ſiaſten cōmentarios. Quæſtionū Hebraicarꝝ in Geneſim, lib. I. De ſpū ſan cto Didymi, quē in Latinū trāſtulit, lib. I. In Lucā Homilias XXXVIII. In Pſalmos a decimo uſq; ad XVI. tractatus VII. In captiuū monachū. Vi tam beati Hilarionis, nouū teſtamentum Græcę fidei reddidit. Vetus iuxta Hebraicū tranſtulit, epiſtolarꝝ autē ad Paulā & Euſtochiū, ſcripſit in Mi cheā explanationū lib. II. In Naum lib. I. in Abacuc lib. II. In Sophoniā lib. I. in Aggeū lib. I. Iſaiā utiliter explanādo grādia uolumina ędidit. Hieremiā etiā expoſuit, Danielē q̄q; explanauit, cōmentariū etiā in Matthęū, et alia q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

plura opuscula fecit. Quibus diebus beatissimus confessor Martinus Turonensium episcopus: multis ac præclaris mirabilibus patratis uinculis soluus carnis, migrauit ad dñm. Qui nobilitate generis pollẽs, sub Cõstantio ac Iuliano militauerat. Demũ apud Vvangionũ Galliarũ urbẽ deseruit cingulũ militiæ sub principe Iuliano et se ad Chr̃i cõtulit deuotissimã seruitutem. Cuius uitã et mirabilioꝝ eius actus, Sulpitius Seuerus suo nobilitauit eloquio.

De tyrannide Gildis apud Aphricam Cap. V.

IGitur Arcadius moriẽs Theodosio filio admodũ paruo Orientis imperij summã tradidit. Nunc autẽ ad partes Hesperiarũ uertamus stilum. Cuius Honorius, decedẽte patre Theodosio, imperiũ susceperat admodũ puer. Interea Gildo comes, q̃ initio regni eius Aphricæ p̃erat, simul ut defunctũ Theodosium cõperit, siue (ut quidã ferũt) quadã p̃motus inuidia Aphricã Orientalis imperij partibus iungere molitus est, siue (ut alia tradit opinio) minimã in paruulis spẽ fore arbitratus, p̃sertim eũ absq; his nõ facile antea quisq̃ pusillus in impio relictus, ad maturitatẽ uirilis ætatis euaserit, istiq; propemodũ soli inueniant, qs ob regiã patris ac suã fidẽ et diuisos et destitutos Chr̃i tutela prouexerit, Aphricã exemptã a societate Reipub. sibi usurpare ausus est Gildo gẽtili magis licentia cõtentus, q̃ ambitu regiæ affectationis inflatus. Huic Mascezel frater fuit, q̃ nouarũ rerũ moliones in fratre phorrescens: relictis apud Aphricã militiã duobus filijs adolescentibus in Italiã rediit. Gildo absentiã fratris et p̃sentiã filiorũ eius suspectã habens, adolescẽtes dolo circũuentos, interfecit. Ad hunc iã ut hostẽ bello iusequendum Mascezel frater missus est, quẽ idoneũ procurãdæ Reipub. fore proprię orbitatis recens dolor pollicebat. Igit̃ Mascezel iã inde a Theodosio sciens quãtum in rebus desperatissimis oratio hoĩs p̃ fidẽ Chr̃i a clementia dei impetraret: Caprasiã insulã adijt. Vnde secum sctõs seruos dei alios, qs p̃motos p̃cibus suis sumpsit, cũ his orationibus, ieiunijs, psalmis, diebus, noctesq; continuans, sine bello uictoriã meruit, ac sine cæde uindictã. Ardalio fluminis nomen est, qd fluit inter Teuestem et ad Mercidem ciuitates. Vbi cum parua manu, hoc est, cum V. milibus (ut aiunt) militum contra LXX. milia hostiũ castra metatus, cum iniecta mora excedere loco, oppositasq; præiacentis uallis angustias transgredi uellet, incurrente nocte beatum episcopum Ambrosium Mediolani pauloante defunctum per somnium sibi uidere uisus est: significantem manu, & impacto ad humum terbaculo dicentem: hic, hic, hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit, merito annuntiantis fidem uictoriæ, uerbo locum, numero diem, significari substitit, ac tertio demum die post noctem orationibus, hymnisque peruigilem ab ipsis cœlestium sacramentorum mysterijs in hostem circumfusum processit. Et cum ad eos, qui primi occurrerant, pia pacis uerba iactaret, significæq; quendam insolenter obsistentem, & iam iamque pugnam excitantem gladio percussit in brachium, eumq; manu debilẽ ipso uulnere coegit pronũ inclinare uexillum. Quo uiso reliquæ cohortes deditionẽ iam fieri priore exisitimãtes; certatim sese ad Mascezelẽ signis tradidere cõuersis. Barbari, quorũ magnum

magnã multitudinẽ Gildo ad bellũ eduxerat, defectu militum destituti in diuersa fugerũt. Gildo et ipse fugã molitus, arrepta naui in altũ prouectus est: Deinde reuocatus in Aphricam, post aliquot dies strãgulatus interijt.

De Alarico Gothorũ rege, qui Romã uastauit, & alio rege Gothorũ: qui cum magno exercitu intrans Italiam, cum omnibus copijs perijt. Cap. V.

EA tẽpestate Ragadaisus, oĩm antiquorũ, p̃sentiumq; hostiũ longe immanissimus, repentino impetu totã inuadit Italiã. Nam fuisse in populo eius plus q̃ CC. M. Gothorũ ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudinẽ, indoctamq; uirtutẽ paganus & Scytha erat. Qui (ut mos est Barbaris huiusmodi gẽtibus) omnẽ Romani generis sanguinem dijs suis propinare deuouerãt. Duo tunc Gothorũ populi cum duobus potẽtissimis regibus suis, per Romanas prouincias bacchabantur. Quorũ unus Christianus, propiorq; Romano, & ut res docuit, timore dei mitis in cæde. Is erat Alaricus, qui cum Gothis sub Theodosio militauerat. Quo moriente eius filij imperatores facti: donatiua paterna subtraxerunt, a Gothis, spõte Reipublicæ subiectis. Qua necessitate cõpulsi cõtra Romanos cõspirauere: q̃uis Chr̃iani doluerũt se ab imperatore spretos, regẽ Alaricũ creãt. Relicta Pãnonia, penetrãt Italiã. Honorius qdem Rauennate urbe regia residebat imperator. Cuius uolũtate & iussu properabãt ad Gallias absq; læsione Italiæ, sed Stiliconis facto sequẽtes, nõ solũ Italiã diripiũt, sed et Romã inuadũt. Alius ẏo paganus Barbarus & ẏe Scytha Ragadaisus, q̃ non tm̃ gloriam aut p̃dam quantũ inexaturabili crudelitate ipsam cæde amaret: et hic iam sinu receptus Italiæ Romã e proximo tremẽtẽ terrore quassabat. Assunt Vldin et Sarus Hunorũ et Gothorũ duces p̃sidio Romanorũ. Itaq; pietate dei cõterritum diuinitus Ragadaisum timor in Fesulanos mõtes coegit, CC. M. hoĩm in aspero mõtis iugo cõclusa. Agmina, q̃ bus dudũ angusta uidebat Italia, latẽdi spe in unũ ac p̃ unũ ẏticem truса: ubi esuriẽtes illi tã immanes hostes sitiẽtes, lãguẽtesq; interfecti sunt. Igit̃ rex Ragadaisus solus spẽ fugæ sumẽs, cl̃a suos deseruit, atq; in nostros incidit. A qbus captus et paulisp̃ retentus: ac deinde interfectus est. Tãta ẏo multitudo captiuorũ Gothorũ fuisse perhibet̃, ut uilissimarũ pecudũ more, singulis aureis passim greges hoĩm uenderent̃. Interea comes Stilico, cui summa Hesperiarũ negotia Honorius cõmiserat, et pater Theodosius moriens hoc fieri decreuerat, fastu supbiæ elatus, paruipẽdens q̃d sub imperatore imperabat, Eucheriũ filium suũ imperatorẽ facere deliberãs. Quamobrẽ Alaricũ Gothorũ regẽ pro pace optima et qbuscunq; sedibus suppliciter ac simpliciter orantẽ, occulto fœdere corrupit: publicæ bellũ denuntiãs, ut negata pacis copia ad deterrendã Rempub. excitaret. Qui nõ solũ Gothos, sed et Alanos et Sueuos, Vvãdalos, ijpsos etiã Burgũdiones in arma solicitãs, pulsare Gallias uoluit, sperãs miser sub hac necessitate imperium filio cõtradere, & Barbaras gẽtes tã facile cõprimi posse, q̃ cõmouerat. Itaq; ubi imperatori Honorio, exercituiq; Romano hoc tantorũ sceleruм schema patefactũ est, cõmoto iustissime exercitu occisus est Stilico. Qui ut unum puerũ purpuram

Universidad de Deusto
Biblioteca

indueret, totius generis humani sanguinem dedidit. Occisus et Eucherius. Adest Alaricus, trepidã Romã obsidet, turbat, irrumpit urbẽ: dato ĩ pẽpto, ut si qui ad sctã loca, pcipueq; in sctõr; apstor; Petri et Pauli basilicas cõfugissent, hos imprimis inuiolatos, securosq; esse sinerẽt: tũ deinde quantũ possent pdę inhiãtes, a sanguine tẽperarent. Accidit q̃q; q̃ magis urbis irruptio indignatiõe dei acta, q̃ hostis fortitudine probaret, ut B. Innocentius Romanę urbis epũs, tã q̃ iustus Loth subtractus a Sodomis occulta dei prouidẽtia apud Rauennã urbẽ tũc positus: pctõris populi nõ uideret excidiũ. Discurrẽtibus p urbẽ Barbaris, forte unus Gothor; potẽs et Chr̃ianus, sacrã dei uirginẽ iã ętate prouectã, in quadã ecclesiastica domo reppit. Cũq; ab ea aur;, argentũq; honeste exposceret, illa fideli cõstãtia esse apud se plurimũ, et mox adferendũ spopõdit, ac protulit. Cũq; expositis opibus attoniti Barbar; magnitudine põderis, et pulchritudine, ignota etiã uasor; qualitate intelligeret, uirgo Christi ad Barbar; ait: Hęc Petri apli sacra mysteria sunt: psume, si audes, de facto tu uideris. Ego ga defendere neq̃o, tenere nõ audeo. Barbarus ꝟo ad reuerentiã religionis timore dei et fide uirginis motus, ad Alaricũ hęc p nuntiũ retulit. Qui cõtinuo reportari ad apli basilicã uniuersa, ut erãt, uasa impauit: uirginẽ etiã, simulq; oẽs, q̃ se adiũgerẽt Chr̃ianos, illo cum defensione deduci. Ea domus a sctis sedibus lõgo (ut fert) & medio interiectu urbis aberat. Itaq; magno spectaculo oĩm dispositą p singulos singula, et sup capita elata, palã aurea atq; argẽtea, uasa portant, exercitis undiq; ad defensionẽ gladijs, piã pompã muniẽtes, hymnos deo Romanis Barbarisq; cõcinnentibus publice canit. Igitur in ea irruptione Placidia Theodosij principis filia, Arcadij et Honorij imperator; soror ab Ataulfo Alarici propinq̃ capta atq; in uxorẽ assumpta, quasi eã diuino iudicio uelut speciale pignus obsidem Roma tradiderit: ita iuncta potẽtissimi Barbari regis cõiugio, multo Reipub. cõmodo fuit. Alaricus aũt mira dei dispensatione urbẽ irrupit, atq; uastauit: populumq; q̃ in multis deum offenderat Romanũ, magis terrore q̃ cæde corrupit: post triduum ab urbe discessit. Quo mortuo, Ataulfus q̃ Gothor; rex mox fuerat creatus, et Placidiã sororem imperator; duxerat uxorẽ, cũ cõsultu Honorij Italiã reliquit, et citato gressu ad Gallias tendit, quas diuersæ occuparant gentes Barbaræ.

De diuersis gentibus, quæ se infuderunt per Gallias. Cap. VI.

INterea ante biennũ Romanæ irruptionis excitatæ per Suliconẽ, gẽtes Halanor; (ut dixi) Suebor;, Vvandalor;, multæq; cũ his aliæ Rhenũ trãseunt, Gallias inuadũt, directoq; impetu Pireneum usq; peruenĩũ, cuius obice ad tps repulsę, per circũiacẽtes prouincias refundunt. His p Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus municeps eiusdem insulæ tyrãnus creatur, & occiditur. Huius loco Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis, sine merito uirtutis, eligitur. Qui cõtinuo ut inualit imperium, in Gallias transijt: ibi sæpe a Barbaris incertis fœderibus illusus, detrimẽto magis Reipublicæ fuit. Misit in Hispaniam iudices, quor; occasione Barbari Pirenei custodia prodita, clausturisque patefactis, cunctas

cunctas gentes quæ per Gallias uagabantur, Hispaniarum prouincijs immittunt, ijsdemq; ipsi adiunguntur. Vbi actis aliquandiu magnis cruentisque discursibus, post graues rerum atq; hominum uastationes habita sorte & distributa possessione resederunt.

De tyrannis sub Honorio emergentibus subito, & extinctis. De Constantio & eius fideli consule, quem demum creauit consulem. Cap. VII.

ITaq; Honorius impator uidẽs tot oppositis tyrãnis nihil aduersus Barbaros agi posse, ipsos prius tyrannos deleri iubet, Cõstantio comiti huius belli summã cõmittens. Cõstantius aũt comes in Galliã cũ exercitu profectus, Constantinũ Imperatorẽ apud Arelatẽ ciuitatẽ clausit, cepit, occidit: filiũq; eius Constantẽ Gerõtius apud Viennã interfecit, & in locum eius maximũ quendã substituit: ipse uero Gerõtius a suis militibus occisus Maximus uero exutus purpura, destituq; a militibus Gallicanis, aufugit. Iouinus postea uir Galliar; nobilissimus in tyrannidẽ mox ut assurrexit, cecidit. Sebastianus frater eiusdẽ hoc solũ elegit, ut tyrrãnus morereť. Nã cõtinuo ut creatus, occisus est. Attalus uero inter tyrannos mori delegit. Qui cum Aphricę consulatũ assecutus esset, inde elatus supcilio, Sabinũ domesticũ suũ uirũ ingenio callidũ industriaq; solertẽ & sapientẽ, si animi uires trã q̃llis studijs accõmodauisset, generũ allegit, quẽ pro q̃rundã periculor; suspicione interfecit: atq; aliquãdiu Aphrica ab eó annona extra ordinẽ detẽta, ipse tandẽ cũ immensa certe tẽporibus nr̃is satis incredibili classe nauium Romã cõtendit. Nã habuisse tunc tria milia DCC. naues dicit. Quem numer; ne apud Xerxẽ qdem, pelarum illũ Persar; regẽ, et Alexãd. Magnũ, uel aliũ quenq̃ regũ fuisse, historię ferũt. Is simul cũ agminẽ militũ ad urbẽ pgens littore egressus est, occursu comitis marini territus, et in fugam uersus, arrepta naui solus Carthaginẽ redijt: atq; ibi cõtinuo militari manu interfectus ẽ. Hũc oẽm catalogũ (ut dixi) uel manifestor; tyrãnor;, uel inobediẽtiũ ducũ, optima Honorius Imper. religiõe, et felicitate scire meruit, et magna qdẽ Cõstantius comes industria, et celeritate cõfecit, merito sane, qa in his diebus pcipiente Honorio, et adiuuãte Cõstantio, pax et unitas p uniuersam Aphricã ecclesię catholi. reddita ẽ. Cõstãtius itaq; comes apud Arelatẽ urbẽ Gallię cõsistens, magna rer; industria Gothos a Narbona expulit, atq; abire in Hispan. coegit. Gothor; tũc populis Ataulfus rex perat, q̃ post irruptionẽ urbis ac mortẽ Alarici Placidia (ut dixi) captiua sorore imperatoris in uxorẽ assũpta, Alarico successerat. Is, ut sępe auditũ, atq; ultimo exitu eius probatũ est, satis studiose sectator pacis: militare fideliter Honorio Impat. ac pro defendẽda Romana Rep. impedire uires Gothor; pop; tauit. Qui apud Barcillonẽ Hispanię urbẽ dolo suor; occisus ẽ. Post hũc Segericus rex Gothis creatus, nihilominus a suis interfectus ẽ. Deinde Vallia successit in regnum: qui pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lectissimis obsidionibus pepigit. Placidiam imperatoris sororẽ honorifice apud se honsteq; habitã, fratri reddidit. Quam Honorius Cõstantio, q̃ eam reuocauerat, matrimonio iungẽs, Imperatorẽ apud Rauennã creauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Iohannis tyrannide, & eius matura morte. Cap. VIII.

IGitur Honorius, qui cum fratre Arcadio, XIII. imperauit annis: ac deinceps cum Theodosio iuniore Arcadij fratris filio XVI. humanis rebus excessit. Quo defuncto, Iohannes tyrannus Hesperiarum inuasit imperiū. Cōtra quē Ardaburius a Theodosio imperatore Patritius dirigitur: qui sæpe cōtra Parthos dimicando pugnauerat, ac feliciter uicerat. Sed cum nauigādo Aquileiam tenderet cum exercitu, uentus mox cōtrarius surgens, perturbata classi appulit eum ad hostes. Qui comprehensus a tyranno magnā æstuationem intulit Imperatori. Qui solito more se ad dñi contulit misericordiā, cum precibus & lachrymis pro liberatione patrię & ducis filiolissimi instabat. Quid tūc Imperatoris oratio pręualuit, dicendum reor: Angelus em̄ dei sub schemate pastoris eduxit Asparē Ardaburij filium, & oēs qui cum eo erāt: ac p paludē adiacentē Rauēnę ad loca sperata peruenerunt. Vnde nullus aliqn̄ transisse ferē. Tunc ergo deus inadibilē terrā fecit adibilē. Transeūtes nanq; per siccum paludis aqua non offenderunt, apertasq; inueniētes ciuitatis Rauēnę portas tyrānum quoq; detinuerunt. In ea nanq; ciuitate tyrānus degens, habebat exercitū. Tūc ergo pñssimus imperator reuerentiā, quā circa diuinitatē habebat, ostēdit. Dum em̄ circū spectaret: nuntiatum est ei tyrannū fuisse perēptum. Quā ob rem fecit sermonē in populo dicēs. Venite, si placet, relinquētes hāc uoluptatē, et pergētes ad ecclesiā gratificos deo soluamus hymnos, cuius manus tyrāni pſumptiōibus obuiauit. Quo dicto spectaculo cessante, p mediū circū cunctī cū eo cōcorditer grās agētes, ad ecclesiā cōuenerunt: ita ut tota ciuitas una uideret ecclesia, uenientes ad locū orationis iugi die grās dño retulerūt. Igit occiso tyranno cogitabat Theodosius Imperator, cui deberet Hesperiarę regna cōmittere: tūc Valētinianus erat ualde puer: natus ex matre Placidia eius qdem amita, filia uero maioris Theodosij, Arcadij & Honorij sorore de patre Cōstantio: q ab Honorio impij iura susceperat, paruoq; tpe cū eo regnauerat. Hūc ergo Valentinianū consobrinū suū Cæsarē factū mittit adpartes Italię cum q̄ matrē Placidiā, eicq; uniuersam dispositionē commisit imperij.

De gestis memoria dignis in partibus Orientis sub Imperatore Theodosio. Item de Attico episcopo. Cap. IX.

IGitur Valentiniano apud Rauennā coronā imperij assumente, & partibus occiduis regnāte cum matre, quę sub Theodosij imperio in sceptris orientalibus euenerunt, & memoria habentur digna, aliqua summatim prælibando carpamus. Qua tē pestate Atticus Constātinopolis erat episcopus: uir mirabilis in doctrina, religione, & largitate præcipuus. Cuius inter cætera dum quidā Iudęus iaceret paralyticus, medicorę oīm medelis atq; Iudęorę superstitiosis purgationibus adhibitis, nihil sibi prodesse sensisset: demū cęteris desperatis, ad Christi se cōtulit sanitatē. Hoc uelociter episcopo Attico nuntiat, quem catecuminū factum, & spem Christi promittens, deportare cum lecto precepit ad baptismū. Verę Iudæus paralyticus baptismū uera fide suscipiēs, cum de fonte fuisset leuatus, ęgritudine repētepriua-

priuatus est, & de cætero sanus fuit. Hanc igit curā uirtus Christi etiam eo tpe demōstrauit. Qua causa plurimi Paganorę credētes baptizati sunt. Atticus aūt largus sic erat, ut nō solū pauperibus suarę parrochiarę, sed etiam in uicinis ciuitatibus, multas pecunias pro egentiū cōsolatione trāsmitteret. Calliopio nanq; presbytero ecclesię Nicęnę CCC. aureos direxit, hęc mandās. Hos CCC. solidos expēde sicut uolueris, et maxime illis q petere confundunē, & non eis q propter uentrē magis negotiātur. Ex talibus unā tm̄ rem obserua, ut nutrias indigētes. Is nanq; eidē Calliopio mortē suam lōge ante prędixit, quo dicto non est mētitus. Qui etiā quendā Iudęum baptizauerat, qui m̄ Iudæus turpis lucri gratia, per diuersas hęreses sępius baptizabat, et hac arte pecunias cōgregabat. Postremo ad ecclesiā iterę uenit orthodoxorę. Cui post iciuniorę tēpus præparatur baptisma, & uestis congrua. Cumq; foris fuisset impletus, deducit Iudęus ad baptizandū. Tunc quędā dei uirtus inuisibilis, aquam disparere pcepit. Cūcq; pśentes non cogitantes dei uirtutē, aquā p cuniculū propriū defluxisse suspicarētur: diligēter undique clausum rursum impleuerūt fontem, et denuo deducto Iudęo, aqua disparuit. Tūc sacerdos, qd mali, inqt, fecisti o homo? An certe nescies baptismate iā potius es? Ob hāc rem cum diuersi cōcurrerent, quidā Iudęū recognouit, quem baptizatum ab Attico episcopo ipse susceperat: & hoc modo illius fraus uniuersis apparuit. De Maruthа & Attico episcopis, & de prælijs contra Parthos pro Christianis susceptis. Cap. X.

EO tpe Maruthas Mesopotamenus episcopus insignis habebatur, quē Theodosius Imperator legationis gratia ad Persarę regem direxit. Qui uenięs in Persidē ad Sigerdē regem nimio dolore capitis ex lōgo tpe uexatū inuenit: qui nullis magorę incantationibus, aut sacerdotū suorę purgatiōibus, uel etiā medicorę studijs, curari potuit. Quē uenerabilis epūs sola oratione sanauit & a filio eius molestissimū dęmoniū fugauit. Quā ob rē apud Persas Chrianitas est dilatata, & magorę illius fraudes detectę. Quibus etiam diebus Iudęi habitantes in Creta, sollicitati sunt a q̄dam, q se Mosen legislatorē ē cœlo ad eos denuo missum testabat: monēs ut oēs suas relinquerēt possessiōes atq; pecunias, qm̄ illo ductore p siccū mare, ad repromissionis gaudia puenirent. At illi hac spe capti, oīa contēpserunt sua. Cūcq; uenisset dies quā designauerat seductor ille, deduxit eos ad quandā rupē decliuius incumbentem, iussitq; ut thaumarę schemate semetipsos euoluerēt. Hoc ergo faciebāt priores: & cū uenirēt ad rupes, repēte moriebanē, tam dilacerati acutis rupibus, q̄ in aqua necati. Plures tm̄ mori poterāt, nisi deo prouidēte qdam uiri Chriani superuenissent piscatores, atq; negotiatores: qui alios cum necarent, eripiētes recreauerunt. Qui aūt cuaserant cum uoluissent illum perimere seductorē, repente disparuit: quē dæmoniū suspicati sunt fuisse. Pro hac itaq; passione multi tunc Cretensiū Iudęorę ad Christianā conuersi sunt fidem. Igit Theodosius pacta Persarum rupta pro Christianis ab Attico susceptis epo, uel ab alijs in orbe Romano: q dū pśequerentur a rege Persarę inde fugissent,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed dum repeteret eos idem rex, a religioso principe minime sunt redditi. Nephas enim ducebat, ut fideles ad se confugientes, infidelibus redderet ad poenas. Magis enim bella suscipere elegit: quae per Ardaburiū militię magistrum strenue sunt gesta. Is enim Persicā regionem per Armeniae fines ingrediens: unā eius prouinciā Azamēsem ualde uastauit. Cui cum plurimo exercitu Narseus dux Parthorę regis occurrit: factaq; congressione deuictus est. Sic & alijs prælijs dño auxiliāte duces & exercitus pijssimi principis superiores & victores inuenti sunt: hoc illis prædicentibus angelis, ut confiderent & orarent, & deo crederent, quia Romanos uictoria sequeret, dicentes se mediatores belli directos a deo. Tādem in confinio Mesopotamiae congressione facta fortissimus Persarę exercitus, qui ab eis immortalis dicebat, a Romanis cæsus est. Porro rex Persarum infortunij sui causas agnoscens, legationem Romanorę suscipiens, pacem cum eis cōposuit. Et hoc modo bellū propter Christianos exortū, de Parthorę regione cessauit.

De Theodosij vita optima & vxoris. Cap. XI.

Itaq; erat imperatori filia ex Eudoxia noīe Eudocia. Hāc Valētinianus cōsobrinus eius Hesperiarę partium ab eo factus Imperator petijt uxorem. Cumq; Theodosius annuisset: Valentinianus muniens Hesperias, Cōstātinopolim uenit ad nuptias. Quibus celebratis uxore sumpta reuersus est. Theodosius igit̄ Imperator pro beneficijs sibi collatis a deo gratias referebat, plurimis honoribus Christo sua uota cōpensans, cōiugemq; suam Eudoxiā ad Hierosolymam destinauit. Hoc enim et ipsa uotum habuerat, si filiam uideret nuptam. Quae tam Hierosolymis ecclesias constituit, quam per singulas ciuitates positas honorauit: cum pergeret, & cum de nuo remearet. Theodosius Itaq; regaliter natus atq; nutritus nihil habuit ex pidum, sed sic fuit sapiens, ut inter fabulantes experimentum crederetur habere causarum. Perdurabat in frigore similiter & in æstu, plerunq; ieiunabat, & maxime IIII. feria & VI. studio Chrānitatis, nec aliter q̄ monasteria regalia uidebantur. Ipse nanq; mane tino ad suas sorores pergens, diuinas dicebat laudes. Quam ob rem etiam sacras literas sine codice recitabat. Loquentibus episcopis uelut olim sacerdos factus, ex diuina lectione respōdebat, congregabatq; sacros codices, & quoscūq; libet eorę interpretes seu expositores. Patientia atq; clementia, uniuersis hominibus eminebat: operibus iram, tristitiam, libidinemq; deuincens, & in nullo se ulcisci desiderās. Dum igitur a quodam familiarium interrogaretur, cur nullum se lædētem morti subijceret: Vtinam, inquit, esset mihi possibile ad uitam etiam mortuos reuocare. Sic enim fuit clemens, ut si quando quispiam dignum aliqd morte committeret, nec usq; ad ciuitatis portas moriturus perueniebat, sed ex eius clementia continuo reuocatio sequebatur.

De reliquijs beati Stephani per Orosium ad occiduū porrectis. Cap. XII.

Igitur Theodosio regnāte cum patruo suo Honorio, uel consobrino deinceps Valentiniano Constantij filio: ut omissa repetamus breuiter quę gesta sunt, Lucianus presbyter, cui reuelauit deus locum sepulchri & reliquiarum beati protomartyris Stephani, scripsit ipsam reuelationem Greco sermone ad omnium ecclesiarum personam. Quam reuelationem Auitus presbyter Hispanus genere, in Latinum uertit eloquium, & adiecta epistola sua per Orosiū presbyterū occidētalibus porrexit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perueniēs, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro ratione discenda animæ miserat: reliquias beati Stephani accepit, & patriam reuersus primus cōtulit occidenti. Miracula uero, quae dominus per uenerandas reliquias beati Stephani gessit, eisdem diebus in Aphrica, eximius doctor Augustinus plurima & ualde mirāda, quae pro certo nouerat facta in libris de Ciuita. dei cōscripsit. Cuius ingenij tot extant uolumina sano sensu & irreprehensibili ratione edita: ut quidā doctorę de eo ita dixerit: Mentitur, qui te totum legisse fatetur. Illo etiam iubente Orosius discipulus eius prædictus, libros VII. aduersus gentes nobiliter & utiliter composuit.

De diuersis apud Aphricam & Britanniam gestis, & obitu Augusti, & hinc Theodosij principis. Cap. XIII.

Qva etiam tempestate Aphricana prouincia, per Bonifaciū comitem Vuādalis tradita: et a Romano iure subtracta est. Qui Bonifacius dum in offensam Valentiniani ueniisset, malo publico se defendere uoluit: inuitatoq; ab Hispanijs Girzerico Vuādalorum rege, qui interfecerat Ermengarium regem Sueuorę, iniuriā sanctę Eulaliae in eodem ac si nolens ulciscitur. Confederāt enim Vuandali in Betica Hispaniae regione, annis LIIII. Hinc trāseunt in Aphricam cum omni familia, Alanis secū iunctis & Gothis, oīa ferro, flāma, rapinis simul & Arriana impietate foedauerunt. Tunc beatus Augustinus Hipponensis Episcopus & oīm doctor ecclesiarę, ne ciuitatis suae ruinā uideret, III. obsidionis eius mense migrauit ad dīm, V. Cal. Sept. cum uixisset annis L. XXVI. Quo tpe Vuandali capta Carthagine, Siciliā quoq; deleuerunt. His in diebus Agetius dux utriusq; militiae Patritius appellatur. Qui Burgundiones cōtra Romanos rebellātes perdomuit: cęsa XX. milia Burgundionum, Gothorę uero auxilia eis prębentiū IX. milia. Qua tēpestate Britoni Scotorę Pictorę q; infestationē nō ferentes, Romā mittunt, et sui subiectione promissa contra hostē auxilia flagitāt. Quibus statim missa legio magnā Barbarorę multitudinē sternit, cęteros Britānię finibus pellit. Haec legio domū reuersura p̄cepit socijs ad arcēdos hostes, murū trās Insulā inter II. maria statuere: qui absq; artifice et magistro magis cespite q̄ lapide factus, nil operantibus profuit. Nam mox ut discessere Romani, aduectus nauibus prior hostis, quasi maturā segetē, obuia quęq; subijcit, cędit, calcat deuorat. Iterę petituri auxilia Romā aduolant. Quę impetrata cæsum hostē trās maria fugāt, cōiunctisq; sibi Britānis murū non terra ut ante puluereū, sed saxo solidū inter ciuitates, q̄ ibidē ob metum hostiū fuerant factę, a mari usq; ad mare collocāt. Sed et in littore meridiano maris, qa et inde hostis timebaī, turres p̄ interualla ad prospectū maris statuunt. Sic ualedicūt socijs tanq̄ ultra nō reuersuri. Tunc eędem ad Scotos in Christū credētes ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinatus a papa Cœlestino Palladeus I. episcopus mittit̃. Igitur recedente a Britãnia Romano exercitu, hoc cognoscẽtes Scoti & Picti reuertunt̃, & totã ab aquilone Insulam pro indigenis murotenus ẽpessunt. Nec mora cẽ sis, captis, fugatis, custodibus muri, & ipso interrupto: etiã intra illũ crudelis p̃do grassatur. Mittit̃ epistola lachrymis ærũnisq; referta ad Romanæ potestatis uirũ Aetiũ ter consulẽ, XXIII. Theodosij principis anno petens auxiliũ, nec impetrat. Interea fames dira ac famosissima profugos infestat. Qua coacti, q̃dam hostibus dedere manus: alij de mõtibus speluncis ac saltibus strenue repugnabãt, ac strages hostibus dabant. Reuertunt̃ Scoti domum, post non multũ tẽpus reuersuri. Picti extremã insulę partẽ, dum primum et deinceps inhabitaturi detinent. Famẽ præfatã magna frugum opulentia, opulentiam luxuria, & negligẽtia, negligentiam lues acerrima & acrior mox hostium nouoꝝ .i. Anglorꝝ plaga secuta est. Ergo his ita gestis partibus Oriẽtis et Occiduis, Theodosius morit̃ Constãtinopoli post Honorij obitũ anno XXVI. regni: ætatis suæ XLVIII. post quem Martianus a militibus & ab exercitu Augustus appellatus, sublimat̃ in regnum.

De prælijs Hunorum regis contra Romanos, & alias gentes Cap. XIIII.

INterea Hunorꝝ rex Attila uinctos secũ Gepidas cũ Ardarico Gothoq; que cum Valamir diuersasq; alias nationes suis cũ regibus oẽm Illyricum Thraciãq;, et utrãq; Daciã, Misiã, & Scythiam populatus est. Contra quẽ Argenisdus magister militũ Misiæ egressus, ad Marcionopolim fortiter dimicauit, q̃ equo sub se decidente p̃uentus est: & nec sic quiescẽs bellare, occisus ẽ. Igit̃ Attila multis triũphis diuersarꝝ gentiũ atq; plurimorꝝ regũ, q̃s subiecerat suę ditioni, obsequis elatus, subiectiõe etiã Ostrogothorꝝ tũidus Gallias inuadere, Vesegothasq; opprimere p̃parabat. Misit itaq; ad Valentinianũ Imperatorẽ legatos, simulãs pacẽ, dicendo, q̃d ob iniuriã Romanorꝝ ulciscendã proparet ad occidentẽ, ut deletis Vesegothis alrjsq; nationibus partes Galliarꝝ atq; Hispaniam, quas illi tenebãt, Reip. redintegraret. Regẽ uero Vesegotharꝝ solicitare nisus est, ut pariter cũ eo Romanũ inuaderet imperiũ, & æqua possiderẽt sorte. Sed dolus nõ latuit imperatorẽ. Qui celeriter p̃ Aetiũ q̃ Gallijs tunc p̃erat Patritiũ, Theodoricũ Gothorꝝ regẽ partibus suis fauere fecit. Hinc iam truculẽtissimus rex Attila Galliarꝝ ciuitates atq; oppida longe lateq; subuersa, ad euertendam Aurelianorꝝ urbẽ festinus propabat. Tunc p̃ beatissimũ Anianũ Aurelianorꝝ ep̃m tam Aetius Romanorꝝ Patritius, q̃ et Gothorꝝ rex Theodoricus cũ filio suo Thorismodo fœderati obuiã ire Hunis festinabãt, cõgregatis undiq; bellatoribus aduersus regẽ ferocem. Hi em̃ affuerũt eorꝝ auxiliatores, Frãci, Sarmatę, Armoriciani, Burgũdiones, Saxones, Ripariolibriones q̃ndam milites Romani. Nõnulli etiã Celtici, & Germani. Attila uero dum multas nationes multosq; reges q̃s ditioni suę subdiderat secũ haberet Ostrogotharꝝ exercitus p̃minebat. Fit prima cõgressio, ut ferũt, circa Ligerim, sed protractũ est bellũ et in cãpis Catalaunicis, q̃ Mauriaci uocãtur, atrox bellũ et p̃tinax conseritur: cui simile in paucis antiquorꝝ inuenit̃ gestis.

Rex enim Attala circa horam diei nonam fieri certamen censuit: ut si uictores sui non longius prosequendo intercidente nocte ad castra remearent, sin autem uicti, noctis prędidio iuti, uires resumerent. Quo bello famosissimo, CLXV. milia ab utrisque partibus cæsa referuntur, exceptis XV. milibus Francorum & Gepidarum, qui mutuis uulneribus conciderunt. Itaq; Theodoricus Gothorꝝ rex ibi occubuit. Attila rex uictus in castra, q̃ de plaustris præparauerat, se recepit. Aetius autem Thorismodum Theodorici regis interfecti filium solicitans, ne fratres illius patris occisi inuaderent regnũ mox ad Toloſam ire coegit, quæ sedes erat Vesegotharum regni. Attila uero per legatos monuit simulans amicitias, ut cito ad sua repedaret regna: antequam noui hostes circumfusi maiora sibi inferrent detrimenta. Ipse autem Aetius utroq; reipublicæ deputans hostes, sic negotio infecto discessit. Attila autem nacta occasione discessu Vesegotharꝝ iam securus Gallias relinquens, ad oppressionem Romanorꝝ mouit procinctum. Primaq; adgressione, Aquileẽsem diu obsidebat ciuitatem, quam captam ita penitus deleuit, ut uestigia eius ruinę uix apparent. Inde audacior factus, Mediolanum occupat metropolim, pariter & Ticinum regias urbes, & æquali sorte deiecit uicinaq; loca sæuiens demolitur. Cumq; Romam intentus esset opprimere, Leo papa per se accedeus ad eum, mitiorem reddidit. Qui deposito furore, ultra Danubium promissa pace discessit.

De Aetij nece, & depredatione Romæ per Vuandalos. Cap. XV.

AEtius autem patritius, magna occidentalis Reip. salus: ab hostibus liberata Gallia reuertitur in Italiam. Denicq; factione Heraclij spadonis a Valentiniano principe occiditur, cũ quo Hesperiarũ cecidit regnũ. Valẽtinianus aũt a satellitibus Aetij, q̃s sibi delegerat milites, dolo Maximi p̃fossus interijt, imperatorem quoq; eiusdẽ Maximus inuasit. Qui cum Reip. profuturus per omnia crederetur, nõ sero documento, quid animo habebat probauit. Siquidem interfectores Valentiniani in amicitiã recepit, uxoremq; eius Augustam amissionem uiri lugere prohibuit: & intra pauciss̃imos dies in cõiugium suum transire coegit, sed hac incontinentia nõ diu potitus est. Nam post alterꝝ mensem nuntiato ex Aphrica Gaizerici regis aduentu, multisq; nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cum ipse quoq; data cunctis abeundi licentia, trepide uellet abscedere: a famulis dilaniatus est: & mẽbratim deiectus in Tyberim, sepultura quoq; caruit. Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lachrymis Romana captiuitas: & urbem omni præsidio uacuam Gaizericus obtinuit, occurrente sibi extra portas S. Leone episcopo. Cuius supplicatio ita eum dño agente leniuit: ut cum oĩa potestati ipsius essent tradita, ciuitatem ab igni tñ & cęde atq; supplicijs seruaret. Per XIIII. igitur dies secura & libera scrutatione oĩbus opibus suis Roma uacuata est: multaq; milia captiuorꝝ secum ducens, cum regina Eudoxia, quæ eum inuitaue rat, ut ferunt, & filiabus eius Carthaginem uictor Gaizericus reuersus est.

De restauratione Orientis Imperij per Marcianum principem, & de gestis Ger-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mani episcopi apud Britones. Cap. XVI.

IGitur Marcianus orientis Imperator regnum, quod decessores prædecessoresq; eius per annos fere LX. uicissim imperantes minuerunt, diuina promissione sic reparauit, ut exultatio ingens cunctis accresceret sibi subiectis. Hic nancq; cum Auito Hesperiarum Imperatore, quem Romani post Maximi necem tyranni & urbis depredationem Cæsarem creauerant, unanimitatis fœdus cõposuit. Qui utranq; rempub. concorditer administrantes rexerunt: demum VI. anno, sextoq; mense Imperij sui Marcianus in pace obijt. Cui Leo successit in regnum. Auitus aũt de Italia in Gallias secessit: ubi ab exercitu & Gothorũq; auxilijs destitutus reuersus Italiam, episcopus in Placentia est factus. Cuius instinctu Theodoricus rex Gothorum contra Sueuos mouit exercitum: qm̃ ipsi regiones quas Romanis rediderant, depredando uastabant. Fitq; congressio contra Sueuos in Tarraconensi Campania, ubi plurimi Sueuorũq; extincti. Richarius rex Sueuorũ fugiẽs nouissime cõprehẽsus, & in custodiã trusus: Sueui destructo corũq; regno, tradiderũt se Theodorico regi Gothorũ. Qua tempestate gens Anglorum siue Saxonum, Britanniã tribus longis nauibus aduehitur. Quibus dũ iter prosperatum domi fama referret, mittitur exercitus fortior, qui iunctus prioribus primo hostes abigit. Deinde in socios arma uertens, totam propeinsulam, ab orientali eius plaga usq; ad occidẽtalem igni uel ense subigit: cõficta occasione, quod pro se militantibus Britones sufficienter stipendia pro missa nõ darent. Tunc hæresis Pelagiana Britannorũq; turbat fidẽ: qui a Gallicanis episcopis auxilium quærentes, Germanum Vtissiodorensis ecclesiæ episcopum, & Lupum Trecasinum æque apostolicæ gratiæ antistitem, fidei defensores accipiunt. Cõfirmant antistites fidem, uerbo ueritatis simul et miraculorũq; signis. Sed & bellum Saxonum Pictorumq; aduersus Britones eo tempore iuncti uiribus susceptum, diuina uirtute retũdunt. Cũ Germanus ipse dux belli factus, non tubæ clangore, sed clamore halleluia totius exercitus uoce ad sydera leuato, hostes in fugam uertit immanes.

De crebris mutationibus principum. Et quo pacto Occidẽtis Imperium amiserint Romani. Cap. XVII.

LEO, ut diximus, Orientis Imperator post Marcianũ factus, apud Rauennam autem Maiorianus Cæsar est ordinatus. Qui cũ Theodorico rege Vesegotharum fœdus inijt per legatus, & ab Emerita Hispaniæ ciuitate quam tunc uastabat, ad Gallias est reuocatus, non tamen sine magna strage atq; populatione Sueuorum, aliarumq; gentium Hispaniæ in diuersis partibus habitãtium: quas per duces suos Theodoricus opprimere atq; depredare iusserat. Maiorianus autem Imperator pace composita cum Theodorico rege, tendit ad Hispanias, nauesq; præparare iusserat, ut inde transiret contra Vuandalos in Aphricam. Sed dum peruenisset ad Carthaginem Spartariam Vuandali classem, quam præparare iusserat, inuadunt atq; diripiunt. Itaq; Imperator cœpto negotio frustratus reuertitur in Italiam, & apud Tertonam occiditur: locũq; eius Seuerianus inuasit

inuasit, sed ipse tyrãnidis suæ III. anno uix expleto Romæ occubuit. Qua tempestate inter Francos & Burgundiones Diuione gestum est prælium: Gundeislo hoc dolose machinante contra fratrem suũ Gundobaudum. Ita que Gundeislus cum suis aduersus fratrem suum cum Frãcis dimicauit: fugatumque fratrem regnum ipsius paulisper obtinuit. Gaudebaudus autem Auinione se muniuit. Eodemq; anno resumptis uiribus Viennam obsedit, & captum fratrem suum Gundeislum interfecit: pluresq; Burgundionum morte damnauit, regnumq; fratris suo copulauit et tenuit. Tunc Leo Imperator Artemium diui Marciani generum ex Patritio Cæsarem ordinãs: ad Hesperium destinauit Imperatorem. Hinc per Ardaburem Asperis filium Bigenem Getarum regem interemit. Qui etiam Basiliscũ fratrem suæ Ausiæ contra Vuandalos cum exercitu direxit in Aphricam. Qui nauali prælio Carthaginem sæpe aggressus, pecunijs delinitus abscessit. Igitur Artemius ilico ut Romam uenit, Recimerem generum suum contra Alanos direxit, uirum egregium: qui & multitudinem Alanorum fugauit, & regem eorum Beorgum in primo statim certamine superatum interemit. Thodoricus ergo Vesegotharum rex crebam mutationem Romanorum principũ cernens, Gallias suo iure nisus est occupare. Quod cõperiens Artemius Imperator, Britonum solatia postulauit. Quorum rex Rotimus cum XII. milibus uenit ut ferret auxilia: cõtra quos rex Vesegotharum Theodoricus in numerum ductans exercitum, diuq; pugnans Rotimum Britonum regem antequam Romanis coniungeretur, effugauit. Qui amplam partem exercitus amissam, cum quibus potuit, fugiens ad Burgundionum gentem uicinã Romanisq; eo tempore fœderatam aduenit. Theodoricus uero rex Vesegotharũ Aruernam Galliæ ciuitatem, Artemio principe iam defuncto, qui cum Ricimere genero suo intestino bello sæuiens, Romam triuisset, ipseq; a genero peremptus, reliquit regnum Olybrio. Quo tempore in Constantinopoli Aspar, primus Patritiorum & Gothorum genere clarus, cum Ardubure & Patritiolo filijs, illo quidem olim patre patritio, hoc autem Cæsare generoq; Leonis principis appellato, spadonum ensibus in palatio uulneratus interijt, & necdum Olybrio octauo mense in regno ingresso obeunte. Glicerius apud Rauennam plus præsumptione q̃ electione Cæsar effectus: quem anno uix expleto, nepos Marcellini quondam patritij sororis filius a regno deijciens, in portu Romę episcopum ordinauit, et ipse regnum obtinuit. Tãtas uarietates mutationesq; Romanorũq; principum Theodoricus cernens (ut diximus superius) Aruernã occupauit ciuitatẽ, ubi tunc Romanorũq; dux præerat, Cedicius nobilissimus senatorũq;, & dudum Auiti Imperatoris, q ad paucos dies regnũ inuaserat, filius: Gothi capta ciuitate Aruernorũq; Nabornam etiã inuadunt. Contra q̃s Orestem magistrum militiæ Nepos Imperator direxit. Orestes uero suscepto exercitu uenit Rauennam ibiq; moratus Augustulũ filium suũ Imperatorem fecit. Quod audiẽs Nepos fugit Dalmatias, ibiq; regno priuatus defecit: ubi iam Glicerius dudum Imperator episcopatũ Solonitanũ habebat. Augustulo uero a patre Oreste

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Rauenna Imperatore ordinato, non multo post Odoacer, Torcilingorꝝ rex, habens secum Scyros Herulos diuersarꝝq; gentium auxiliarios Italiã occupauit: & Orestem interfectum Augustulũ filiũ eius de regno pulsum, in Lucullano Campaniæ castelo exilij pœna damnauit. Sic quoq; Hesperium Romanæ gentis imperium, quod LXXIX. urbis conditæ anno primus Augustorum obtinuit Octauianus: cum hoc Augustulo periit, anno decessorum prædecessorumue regni, D.XXII. Hinc iam respu. Romanorum partibus Hesperiarum, quæ hactenus gentibus imperauerat, regibus gentium gemens succubuit.

De Theodoro Gothorum rege, qualiter obtinuerit Italiam per Zenonis Imperatoris datum. Et de gestis eius. Cap. XVIII.

QVA tempestate Leo Imperator pro Thoma Chalcedonense per uniuersum orbẽ singulis orthodoxorꝝ episcopis, singulas consonantesq; misit epistolas: quid de eodem Thoma sentirẽt, rescribi sibi postulãs. Quorꝝ adeo cõsonãtia de uera Christi incarnatione suscepit omnium rescripta: ac si uno tempore unoq; dictante fuissent uniuersa conscripta. Quibus diebus Theodorus episcopus ciuitatis, quæ a Cyro Persarum rege condita Cyriæ nomen habet, scripsit de uera incarnatione domini saluatoris aduersus Euthicen & Dioscorꝝ Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit & historiã ecclesiasticam a fine librorꝝ Eusebij usq; ad suum tempus, id est, usq; ad imperium Leonis huius, sub q̃ & mortuus est. Tunc & Victorius iubente papa Hilario scripsit paschalẽ terminum D.XXXII. annorꝝ. Leo aũt nepotem suũ Leonẽ manib. suis coronauit: quo facto Imperatore, moritꝝ anno XVI. imperij sui. Itaq; admodũ puer Leo dum paruo superesset tempore, patrẽ suum Zenonẽ Imperatorem cõstituens, rebus excessit humanis. Zenon autem annum XVII. Orietis rexit imperium. Cognita Theodorici prosperitatis felicitate, quod in Illyrico cũ Ostrogothis exercitu resedisset: postq̃ e Pannonia cum patre Theodomir, alias quærendo sedes profectus esset, uicinasq; gentes ad quas accesserant, perdomitas subiugasset, missa ad eum legatione, mandãs Zenon ut ad se uenire nõ dissimularet: memor etiã esset quãtis honoribus sublimatus a Leone principe dũ fere X. annis prius obses apud eum esset, ad genitale solum, & genitoris præsentiam fuisset remissus. Theodoricus itaque nihil hæsitans, ad regiam festinus uenit urbẽ: ubi ab Imperatore Zenone benigne susceptus, magnificeq; sublimatus, & consul ordinarius est factus. Nec tantum hoc, sed & equestrem statuam ab Imperatore promeruit ante regiam collocari. Inter hęc ergo Theodoricus sub Zenonis imperio fœdere sociatus, dum ipse in urbe omnibus bonis frueretur, gentemque suam in Illyrico (ut diximus) residentem non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit potius solito more gentis suæ labore quærere uictũ, q̃ ipse otiose frui regni Romani bonis, & gẽtem suã mediocriter uictitare, secumq; deliberãs ad principẽ ait: Quãuis nihil deest nobis Imperio uestro famulãtibus, tñ si dignũ ducit pietas uestra, desideriũ mei cordis libẽter exaudi

exaudiat. Cumq; ei (ut solebat) familiariter facultas fuisset loquẽdi cõcessa: Hesperia, inquit, plaga q̃ dudum decessorꝝ prędecessorꝝq; uestrorꝝ regimine gubernata est, et urbs illa caput orbis & dña, quare nũc sub regis Torcilingorꝝ Rugorꝝq; tyrannide fluctuat? Dirige me cũ gẽte mea, si præcipis, ut & hic expensarꝝ põdere careas: & ibi salutus a dño uicero, fama uestræ pietatis irradiet. Expedit nãq; ut ego q̃ sum seruus uester & filius, si uicero uobis donãtibus regnũ illud possidebã, q̃ ut ille hostis tyrannico iugo senatũ uestrũ partẽq; reip. captiuitatis seruitio p̃mat. Ego em̃ si uicero, uestro dono uestroq; munere possidebo: Si uictus fuero, uĩa pietas nihil amittit, imo ut diximus, lucraẽ expẽsas. Quo audito q̃uis egre ferret Impator excessum eius, nolens tñ eũ cõtristare, annuit q̃ poscebat: magnisq; ditatũ muneribus dimisit a se, senatũ populũq; ei cõmendãs Romanũ. Igitur egressus urbe regia Theodoricus, & ad suos reuertẽs, cum oñi gẽte Gothorꝝ, q tñ ei p̃buerũt cõsensum Hesperiã tendit rectoq; itinere p Smirnos ascẽdit uicina Pannoniæ, indeq; Venetiarꝝ fines ingressus, ad pontẽ Sontij nuncupatũ castra metatus est. Cũq; ibi ad reficienda corpora hoĩm iumẽtorꝝq; aliq̃ tpe resedisset, Odoacer armatũ cõtra eũ direxit exercitũ. Quẽ Theodoricus in campis Veronẽsib. magna strage deleuit, castraq; soluta diripuit, Italiã cũ potiore audacia intrat: trãsfactoq; Pado amne ad Rauẽnã regiã urbẽ castra cõponit. Tertio itaq; anno obsessum Odoacrũ regẽ ad deditionẽ coegit, hũc priuatũ regno interemit. Hinc iã tota Italia Theodorico subiecta, III. ingressus sui anno Italiã cõsulu Impatoris, priuatũ suæ gẽtis uestitũ deponẽs, regiũ assumit amictũ: q̃ si iam Gothorꝝ Romanorꝝq; regnator. His itaq; gestis prospere, gentẽ Frãcorꝝ cupiẽs fœderatã habere, missa legatione ad Ludouicũ regẽ eorꝝ filiã eius pẽtẽs, impetratã matrimonio suo copulauit, ut Iordanis historicus refert: filiasq; suas uicinis regibus in cõiugio copulauit, unã Alarico Vesegothorꝝ & aliã Sigismũdo Burgũdionũ, neptẽq; suã Amalaburgã Thuringorꝝ regi Ermenfrido, sororẽ uero suam regi Vuandalorꝝ Trasemundo dedit, cupiens sic genus suũ nobiliter dilatare. Quo tpe Iohãn. Romanæ eccl'æ põtifex Cõstãtinopolim ueniẽs ad portã q̃ uocatur aurea, populorꝝ turbis ei occurrẽtibus in cõspectu oĩm roganti cæco lumẽ reddidit. Qui dũ rediẽs Rauennã uenisset, Theodoricus eum cũ comitibus carceris afflictione pemit: inuidia ductus qa catholicæ pietatis defensor Iustinus eũ honorifice suscepisset. Qui etiã Symmachũ patritiũ nullis extãtibus causis dũ trucidari Rauennæ fecisset, ira perculsus diuina & ipse anno sequenti ibidem subitanea morte periit: anno XXX. sui Italici regni, succedẽte in regnum Atalarico nepote eius. Legimus em̃ in Dialogo sancti Gregorij quẽdam sacerdotem uisibiliter uidisse Theodoricum uinctum trahi a Iohanne pontifice, & Symmacho patritio ad ollam ignis Siciliensis.

De Zenone principe, q̃liter amissum Impiũ recepit, & successore eius Anastasio. Ca. XIX.

IGitur Zenon Impator Chalcedonia dũ degeret, Augusta socrus sua Basilicum germanũ suũ in urbe Augustũ appellauit. Quod audiẽs Zenon secessit Hauriã, ne causa sui ciuilibus bellis aliquod incõmodum prouenire

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret. Basiliscus quidem ut fugam Zenonis cognouit, lætatus est, sed non diu: qm̃ Zenon reuersus in regnum & a suis receptus, Basiliscum exilio damnauit. Quidam autẽ Illus noīe Zenoni in priuata uita amicissimus, dum secreto detraheret Augustæ Ariagnæ, in zelum concitauit Augustum. Qui deliberans eam perimere, uni suorꝫ tacite rem demandauit. Quod dum ille ageret nitereturꝫ, cuidam cubiculario hoc prodidit. Quod dum regina comperisset, subterfugit ad Acatium episcopum, posteraqꝫ die Zenon rem æstimãs perpetratam, dum luctum quendam quasi gerens neminem suscepit: Acatius episcopus ingressus, & facti arguit Imperatorem, Augustamqꝫ suspitionis innoxiã cõpromittit, acceptaqꝫ fide Augusta reuertitur. Illus autem ab urbe discessit assumpta tyrannide: ab exercitu principis occiditur, Zenon uero in pace quieuit. Anastasius autem subito assumptus ab Augusta, Imperator simul & maritus innotuit, regnauitqꝫ annis XXVIII. tam infeliciter ut diuersis inimicorum uallatus agminibus: tam externorum quam & tyrannorum sæpius mœrens & gemens nullam suorum uindictam meruit audire inimicorum, quia nec ipse iura seruauit ecclesiæ, sed fauens hæresi Euthicis catholicos est persecutus, ipse autem diuino fulmine periit.

De persecutione Catholicorum à regibus Vuandalorum. Et quid in diuersis partibus gestum sit. Cap. XX.

QVA tempestate Honoricus rex Vuandalorꝫ Arrianus catholicas ecclesias clausit, plebem uariis affecit supplicijs. Et quidẽ ab innumeris manus abscindens et linguas, nec tamẽ loquelam catholicæ confessionis eripere potuit. Itaqꝫ Trasemundus successor Honorici Vuãdalorum rex, & ipse ecclesias catholicas clausit, et plures episcopos exilio damnans Sardiniam misit. Tunc Symmachus papa inter multa ecclesiarum opera, quæ uel a fundamentis creauit, uel prisca renouauit, & iuxta basilicas sanctorum Petri & Pauli, atqꝫ Laurentij pauperibus habitacula construxit, & singulis annis per Aphricam uel Sardiniã episcopis, q in exilio erant, pecunias & uestes ministrabat. Quibus diebus Hildericus Vuandalorum rex episcopos quos antecessores sui exilio damnauerant reuerti fecit, & ecclesias restaurare iussit, hæreticas submouit profanationes. Benedictus itaqꝫ abbas mirabilibus uita & moribus insignis claruit uirtutesqꝫ illius, beatus Gregorius papa in libro Dialogorꝫ scripsit. Eo etiam tempore Sigismundus rex Burgundionum a suis Francis traditus est. Quem secum Franci in habitu monachi deducentes cum uxore & filijs, demum in puteum proijcientes necauerunt. Post cuius necem Clodomeris rex Francorꝫ contra Burgundiones dimicans (ut fertur) in prælio occidit ur. Boethius etiã patritius, qui Arithmeticam latino sermone nobiliter duobus libris ediderat, aliosqꝫ libellos elegantissime cõscripserat, nouissime damnatus exilio, post libros consolationis philosophicæ, quos metrico stiloqꝫ prosaico luculẽtissime dictauerat, in territorio Mediolanẽsi occiditur.

De Belesario consule Iustiniani, qui in Aphrica Vuandalos deleuit, & in Italia Gothos cõtriuit, qui etiã cõtra Parthos dimicauit. Cap. XXI.

Quo

QVo tpe Iustinus Imperator cõsulẽs utilitatib. reipub. Iustinianũ nepotẽ ex sorore sua successorẽ designans imperij moritur, Iustinianus p annos xxxviij. Oriẽtis tenuit imperiũ. Cui post diuturna bella plurimosqꝫ labores cõtra Parthos gesta, p legatos fœdus cũ rege Parthorꝫ initum est. Igitur hac securitate pacis cõpositę, Iustinianus Romanũ de finib. Parthorꝫ reuocauit exercitũ. Hinc iã Belesariũ delegit consulem, eumqꝫ cũ exercitu ad Australẽ plagam cõtra Vuandalos mittit. Qui fauẽte dño qua uenerat facilitate, ea celeritate Vuandalos supauit, Libyãqꝫ ad corpus totius reipub. iungens, Vuandalorꝫ gentem deleuit Carthago q̃qꝫ anno excessiõis sue xcvi. recepta est, pulsis deuictisqꝫ Vuandalis & Gildemero rege eorꝫ capto, Costantinopolim misso, in urbe regia principi oblatus spectante populo Impator p Belesariũ de Vuandalis triũphauit. In Italia uero Theodorico rege defuncto, Atalaricus nepos eius ipso ordinante successit, viij, annos q̃uis pueriliter uiuens, matre tñ regnante Amalasuenta degebat, qñ & Gallias diu tentas Francis repetentib. reddidit, mortuoqꝫ Atalarico mater sua Theodohadũ cõsobrinum suum regni participẽ faciens: nõ post multũ ipso iubente occisa est. Et qa dudum se cũ filio suo cõmendauerat principi Iustiniano: is mortẽ eius audiens doluit, nec passus est inultã transire; sed mox eundẽ ducem belli, q Pœnorꝫ domitor fuerat & de opibus Vuandalicis triũphans adhuc in fascib. erat agmini diuersarꝫ proponens nationum, ad partes Hesperias destinauit: qui primo accessu mox Siciliã q̃adit, duce eius Sinderith supato: ubi dũ aliq̃tum tporis ob ordinãdã patriã resideret, cõperit ī Aphrica ciuilia bella intestinaqꝫ plia debacchari. Nam Stotzas pene ultimus militũ & Marcini clientulus magistri militũ tyrannidẽ arripiens, authorqꝫ seditiosorꝫ effectus, Cyrillũ, Marcellum, Farã aliosqꝫ diuersos iudices dolo pemptos, in ducẽ Solomonẽ sę uicibat, totãqꝫ Aphricam tyrannico ritu uastabat. Emenso ergo Belesarius a Sicilia in Aphricã pelago, solita felicitate rebelles fugat, prouiciã liberat, Solomonemqꝫ rursum Carthagine collocãs Siciliã redit. Vbi mox Euermud Theodohadi Gothorꝫ regis gener, q cõtra eũ cum exercitu uenerat, cernẽs prosperitatẽ consulis, ultro se ad partes dedit uictoris, hortataqꝫ ut iã anhelantem suoqꝫ aduentu suspectã ueniret ad Italiam. Constructo ergo Belesarius exercitu, & tã nauali q̃ equestri agmine uallauit Neapolim, paucisqꝫ diebus eam obsidens, p aquæductũ nocte inuasit: & tã Gothis, qui aderãt, q̃ Romanis rebellantib. interfectis, urbem plenissime spoliauit. Q̃ Theodohadus aĩaduertens, Vitigis unũ inter alios ductorẽ exercitus preponens cõtra Belesarium dirigit. Qui cum Campaniã ingressus, mox ad campos uenisset barbaricos, ilico exercitus consona uoce regem denunciat Vitigis. At ille regno sublimatus, directis e socijs Theodohadum Rauennam reuertentem extinguit, regnũqꝫ suũ confirmãs expeditionẽ soluit, & priuata coniuge repudiata, regiã puellã Matheſuentã Theodorici regis neptem sibi plus ui copulat q̃ amore. Dumqꝫ ille nouis nuptijs delectatur Rauennę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

consul Belesarius Romanã urbem ingressus est. Exceptusq; ab illo populo quondã Romano & senatu iam pene ipso noĩe cũ uirtute sepulto, cõsestim uicina occupat loca, urbiũ oppidoꝝq; mœnia. Primaq; Getica cõgressione Hunnila ductãte exercitũ per Vsinum ad oppidũ Belesarius Gothos superat, & plusq; vij. milia trucidatis, reliquos Rauennã usq; prurbat. Secundo uero cũ ipso Virigis Romanas arces uallante cõgreditur, machinasq; illius & turres quibus urbem adire tentabat igni cõsumptis, per anni spaciũ, q̃uis inedia laborans deludit. Post hæc usq; ad Ariminũ persecutus exinde eum effugatũ Rauenna clausum, in deditionẽ suscepit. Atq; unus cõsul dum cõtra Getas pene pari euentu de Francis, qui cũ Theodeberto rege suo ultra CC. milia aduenerant, triũphauit. Sed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantib. Francis pacem cõcessit, & sine suoꝝ dispendio de finibus Italicis expulit, sumptoq; rege & regina simulq; & opes palatij, ad principem qui cum miserat reportauit: sicq; intra pauci tpis spaciũ Iustinianus Imperator per fidelissimũ consulem, duo regna duasq; respub. suæ ditioni subegit. In Australibus atq; occiduis partibus his ita gestis, Parthi rupto fœdere Romanorum fines inuadunt, Celesyriæ oĩa ferro cędibus q; fœdando prędantes deuastant, Antiochiã usq; puenium. Quã presidio Romanoꝝ uacuã inueniẽtes, cuncta diripiunt, nec onusti p̃da recedunt, nec etiã Romanos fugientes insequunt: quũ audito consul Germanus coꝝ aduentu relinquẽs Antiochiã aufugit. Contra quos Imperator aliq̃s duces direxerat uicti ac territi minime p̃ualuerunt hostib. resistere. Nam iterꝝ necessitate Belesarius cõtra Parthos dirigitur, quos nõ ut alias gentes p̃domuit, sed tm̃ a finibus Romanoꝝ recedere cõpulit, & ad proprias sedes repedare: cõposita pace reuersus est ad principẽ. Ergo, ut assolet, rerꝝ mutatio & principũ uoluntas diuersa inuidia quidẽ senatores ac patritij exarsi, suggesserũt Imperatori, ut Belesariũ quasi ad sceptra aspirantẽ de gradu patriciatus ejiceret, ac dignitatib. priuaret. Quod factũ, Gothis respirantib. cęterisq; nationibus Romanis infestis, nõ modicã intulit audaciam: ipsumq; Imperatorẽ nõ longe post q̃d fecerat pœnituit, q̃n aulici Iustinianũ regno priuare, & quendam Florianũ Imperatorẽ creare dum aggrederent, Belesarij uiribus adiutus q̃uis immerito, trucidatis noua tentãtib. restitutus est Iustinia. in regnũ.

Iustiniano imperãte Franci cõtra Gothos dimicãtes eos regno Galliæ expulerunt. Qui & contra Saxones pugnantes vicerunt, & Britones subiugauerunt. Cap. XXII.

QVa tempestate in partibus Galliarꝝ orta est bellũ inter Alaricũ Gothoꝝ regem & Chlodoueũ regẽ Francoꝝ: q̃uis prius inter eos uario euentu plurima existerent certamina. Tunc demũ in Campania Vogłauense decimo ab urbe Pictauiensi miliario fit certaminis cõgressio. Vbi Chlodoueus Francoꝝ rex Alaricũ Gothoꝝ regem interfecit, & maximã partem illius exercitus trucidauit, regnumq; q̃d Gothi diu tenuerunt, a Ligere fluuio usq; ad Rodanũ per mõtes Pireneos usq; ad Oceanũ mare abstulit, & ditioni Francoꝝ subdidit. Mira dei dispensatione actũ est, q̃n auaritia consulũ Romanoꝝ stipendia sunt subtracta ab

ctã ab eis, qui fame & penuria coacti conspirauerunt contra Romanos in arma, Illyricũ depopulantes, Italiã inuadentes, Romã gentiũ dñam deprędantes, ut Alauricus, quẽ Gothi regem creauerant, ouans diuersis successibus prosperitatũ sublimarit gentem suam & regnum. Demum in Alarico gens & regnũ Gothoꝝ defecit, sicuti & Romanoꝝ in Hesperia sub Octauiano Augusto aliarꝝ gentium dña, & nouissime in Augustulo deficiẽs, ut supra retulimus, gentib. est alijs subiecta. Iustiniano itaq; imperãte, corpus S. Antonij monachi diuina reuelatiõe repertum Alexandriã defert, & in ecclesia B. Iohannis Bapt. humatur. Dionysius etiam paschales scripsit circulos, incipiens ab anno dñicæ incarnatiõis, D.XXXII. qui sunt anni Diocletiani, CCLVIII. Tunc quidẽ codex legum, qui nuncupatur Iustinianus, ab ipso principe institutus, orbi promulgatus est. Victor q̃q; Capuanus epũs, librũ de Pascha scribẽs, Victori arguit errores. Qua tempestate Chrãmnus cõtra Chlotariũ Francoꝝ regem, suũ scilicet patrẽ, rebellare p̃sumpsit: quidum a cœpta temeritate nõ quesceret ad Britanniã se cõtulit, gentẽq; illã cũ rege suo cõtra patrẽ armauit: quẽ Chlotarius insecutus cũ reliquis filijs suis & Francoꝝ exercitu interfecto Britonũ rege, Chrammus est cõprehensus, atq; cũ uxore & filijs quadã domo clausus, uiuus est incensus. Chlotarius uero de manubijs Britonũ triumphans, gentẽ illã Francis subiectã fecit tributariam. Saxones uero rebellantes grauissimis prelijs prostrauit, & nõ sine multo suorũ sanguine deuicit. Iustinianus igit̃ dũ xxx. & viij. annis Oriẽtis tenuisset impium, rebus excessit hũanis, cui Iustinus successit in regnũ.

De Narsete patritio, qui Gothos deleuit in Italia. & demum Longobardos, vt ferunt, prouocauit vt possiderent eam. Cap. XXIII.

IVstinus quidẽ minor annis Imperator xi. Qua tẽpestate post egressum Belesarij cõsulis ab Italia regem Vitigis Gothoꝝ reginãq; & opes palatij ad principẽ Iustinianũ, qui transportauerat (ut supius diximus) Gothi qui trans Padum in Liguria cõsistebant, recrudescentes aĩo ad bella cõsurgunt, & ordinato sibi regulo Hildebaldo, qui uix emenso anni spacio interficitur. Erarius aũt in eius locũ successit, qui & ipse necdum anno expleto remptus est. Tunc Totilã, qui & Baduila, sibi regẽ cõstituunt: qui uiribus resumptis cõtra Roma. dimicans, duces uicit, prosternit, inuadit. Romã inde progressus capit Siciliã, totam pene insultans Romanis deuastat Italiã. Cõtra quẽ Iustinus Impator Narsetẽ patritium direxit: qui in Italiã uenies cõtra Gothos uiriliter ac fortiter dimicans, Totilã eoꝝ regem occidit, gentemq; Gothoꝝ cędib. prostrauit. Qui iterꝝ respirantes Teiam sibi regem cõstituunt, quem ipsum Narses patritius occidit, Gothos funditus deleuit, Italiã ab eoꝝ iugo liberauit. Hinc cõtra Buçillinum Francoꝝ ducẽ cõgressione facta pugnauit, quem ut fertur cum oĩ exercitu suo interemit. Iam ab incursu hostiũ liberatã Italiam corpori reipub. restituit, Mediolanũ urbem regiam a Gothis & Burgundionibus demolitam redificauit, aliasq; urbes per Italiam destructas restaurauit. Qui deinde per inuidiam Romanorum pro quibus multa contra Gothos laborauerat, accusatus apud Iustinum & coniugem eius Sophiam, q̃uod seruitio premeret Italiam, secessit Neapolim

Universidad de Deusto
Biblioteca

polim Campaniæ, scripsitq; genti Longobardorũ, ut uenirent & possiderent Italiã. Tunc Iohãnes Romanę ecclesiæ pontifex ecclesiam apostolorũ Philippi & Iacobi, quã decessor eius Pelagius cœperat, pfecit & dedicauit.

De beato Gregorio & eius gestis. Cap. XXIIII.

Tyberio imperante, qui successerat Iustino, beatus Gregorius legatione fungens apud principem, dum Constãtinopolim Euticium eiusdem urbis episcopum in fide nostrę resurrectionis errasse, catholicis allegatiõibus approbans, Tyberio præsente conuicit: ita ut ipse Augustus librum eius, quẽ de resurrectione scripsit, deliberaret flammis cremari. Docebat enim idem Euticius, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, & uentis aereq; subtilius esse futurum, contra illud dominicum: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Igitur post Tyberium Mauritio regnante, idem B. Gregorius Romanæ ecclesiæ iam pontifex & doctor maximus, synodum episcoporum XXIIII. ad corpus beati Petri apostoli congregans, de necessarijs ecclesiæ decernit. Idem missis in Britanniam Augustino Mellito & Iohanne, & alijs pluribus cum eis monachis timẽtibus deum, ad Christum Anglos conuertit. Et quidem Edilberectus mox ad Christi gratiam conuersus cum gente Cantariorum, cui præerat, proximisq; prouincijs etiam episcopo doctoricq; suo Augustino: sed & cæteris sacris pontificibus episcopales sedes donauit. Porro gentes Anglorum ab aquilone Humbri fluminis sub regibus Aelle & Aedilfrido sitæ, necdum uerbum uitę audierãt, Gregorius scribens Augustino, Lundoniæ quoq; & Eboraici episcopis, accepto a sede apostolica pallio metropolitanos esse debere decernit: q moralia in Iob, gratia diuina inspirante, conscripsit, librum etiam pastoralem luculentissime edidit, Dialogorum uero ad imitandos uenerabiles uiros, q per hæc tempora claruerunt, libros dictans, ad nostram porrexit legendos posteritatem. In Ezechielem opus præclarum condidit. Homiliarum eius liber saluberrimas & spiritales gustantibus ministrat dapes. Epistolæ uero extant eius plures pro negotijs, quibus sunt compositę, legentibus utiles: imperante iam Phoca migrauit ad dominum.

De Longobardis Italiam inuadentibus, & de martyrio Herminigildi regis Gothorum filij. Cap. XXV.

QVA tempestate Albuinus rex Longobardorę a Narcete (ut præmissimus) inuitatus, relinquens atq; incendens Pannoniam in qua habitabat, cum omni populo suo ueniẽs comitãte fame & mortalitate inuadit Italiam. Eo etiam tempore Herminigildus Leuigildi Gothorę regis filius ob fidei catholicę confessionẽ inexpugnabilem a patre Arriano regni priuatus insulis, & uinculis alligatus, in carcerem est proiectus. Ad extremũ nocte sancta dominicæ resurrectionis securi in capite percussus, regnum cœleste pro terreno rex & martyr intrauit. Cuius frater Richardus mox ut regnum post patrem accepit, omnem Gothorę cui præerat gentem, insistente Leandro Hispolitano episcopo, q & Hirminigildũ docuerat, catholicam conuertit ad fidem. De gestis

De gestis Bonifacij Papæ. Cap XXVI.

IGitur Bonifacio papa rogãte, statuit Phocas Imperator successor Mauricij, sedem Romanæ & apostolicę ecclesiæ omnium ecclesiarę esse caput, quia Constantinopolitana primam se esse oĩm ecclesiarę scribebat. Idem etiam Phocas, petente papa Bonifacio, iussit in ueteri phano (quod Pantheum uocabatur) ablatis idololatriæ sordibus, ecclesiam beatę semper uirginis MARIAE & omnium martyrum fieri: ut ubi quondam oĩm non deorum, sed dęmoniorę cultus agebatur, ibi deinceps omniũ fieret memoria sanctorum.

De sex uniuersalibus Synodis. Cap. XXVII.

VT omissa superius paulisper repetamus, quæ sint uniuersales sex Synodi, quas totus Oriens recipit & concelebrat, qui catholicam fidem sana mente retinent, ostendamus. Prima eĩ uniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arrium, CCC. XVIII. patrum, temporibus Iulij papæ sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli, CL. patrum contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi papę & Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso, CC. patrum contra Nestorium Augustæ urbis episcopũ, sub Theodosio Magno principe, & papa Celestino. Quarta in Chalcedone, patrũ D.C.XXX. sub Leone papa temporibus Marciani principis contra Euticen, nephandissimorum præsulem monachorũ. Quinta item in Constantinopoli temporibus Vigilij papæ sub Iustiniano principe, contra Theodorum & omnes hęreticos. Sexta synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata, & græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agathonis, exequente ac residẽte pijssimo principe Constantino intra palatium suum, simulq; legatis apostolicæ sedis & episcopis CL. residentibus. Igitur a natiuitate domini Iesu Christi ob amorem dominæ meæ Augustæ IVDITH, aggressus sum opus, quod usq; ad Gregorij eximij doctoris obitum perduxi. De gestis etiam Bonifacij papæ quædam deinceps prælibando perstrinxi, Romanorum iudicibus & Gothis ab Italia & Gallijs depulsis, his Francis & Longobardis succedentibus in regnis. Hic terminum censui meorum imponere librorum.

FRECVLPHI EPISCOPI LEXOVIensis Chronicorũ Tomi posterioris, Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca